2

LEXICON

PHILOSOPHICVM GRÆCVM, OPVS SANE OMNIBVS PHILOSOPHIÆ ALVMNIS VALDE NECESSARIVM CVM PERSPICIENTIA

Philosophyſici ſermonis plurimum etiam ad cognitionem rerum vtile.

ACCESIT ADIICIENDA LATINO LEXICO SYLLOGE vocum & phraſium quarundam obſoletarum, minus vſu receptarum, nuper natarum, barmibarbararum, ſolæciſmorum & ὑποσολοίκων.

Cum eorum luculenta correctione & interpretatione.

Informatum opera & ſtudio

RODOLPHI GOCLENII

SENIORIS, IN ACADEMIA MAVRITIANA, quæ eſt MARCHIOBVRGI, Philoſophiæ Profeſſoris primarij.

CVM INDICE DVPLICI RERVM AC VERBORVM memorabilium polito, &c.

Ariſtot.

Qui verborum vim ignorant, facile decipiuntur.





MARCHIOBVRGI,

Typis Rudolphi Hutwelckeri, Impenſis PETRI MVSCVLI.

M. DC. XV.

Digitized by Google

Digitized by Google



ILLVSTRISSIMO, POTENTISSIMO LITERATISSIMOQVE PRINCIPI
ac Domino,

DN. MAVRITIO HASSIÆ LANDGRAVIO,

COMITI IN CATTENELNBOGEN, DIETZ, ZIEGENHAIN ET NIDA, &c.
εὐεργέτῃ suo clementissimo.



Vo (credat V. Cels. mihi affirmanti) in tanta rerum & animorum exulceratione publicæ priuataque, quietis sui studiosior; eo ingenia quædam mihi infesta fuerunt inquietiora, quasi conspiratione in me facta. Experiundo hoc per annos aliquot didici, ita vt quod Cicero (rebus à Cæsare & Pompeio turbatis) de se, id de me recte vsurpare posse videar: Incidi in hominum pugnandi cupidissimorum insanias: etsi mihi adhuc nihil magis fuerit curæ ac studio, quam vt sine insectatione aliorum agerem mea, hoc est, vna cum collegis meis etiam pacis cupidissimis nauim nostram repararem, ac de integro vnam, quod dicitur, Troiam ædificarem. Nec enim passus sum me ab officio meo adduersariorum & altratorum meorum, quærentium quoque iure, quaque iniuria nominis sui incrementum, & captantium theatri sui applausum, aculeatis scriptitationibus & calumniis abduci ad similem maledicentiæ rabiem, qua vel impediretur veritatis necessaria explicatio, vel doctrinarum optimarum studia, quibus pace & animorum tranquillitate opus est, interturbarentur. Hac in re & voluntas mea, & studium serium, & diuturna patientia sunt & ante oculos, & V. C. vt confido, spectata, & ad exteros quoque contestata: quorum me adeo

(:) ij non

non pœnitet, vt cur nunc etiam aliter animatus & affectus esse velim, causa appareat nulla. Memini enim vtrunque, & me in docendi, non in altercandi cum rixatoribus κακολόγοις statione præcipue collocatum esse, atque hic infracto præsentique animo esse debere, vt qui sciam calumniarum vanitatem sua futilitate flaccescere, tandemque in fumos abire: & mihi omni prouisione auertendum, quicquid nomen & decus Academiæ laudatissimę imminuere posse videatur. Huc accedit, quod ego natura abhorrens à contentionibus cum male feriatis hominibus, animi pacem, &, quam mihi præstiterunt humanitatis studia, placidissimæ vitæ tranquillitatem semper amaui, nec vllum odi magis scribendi munus, quam quod in amarulēta quoquo modo altercatione, ac disceptatione, præsertim cum vix semidoctis calumniatoribus, est constitutum, quippe qui non minus referre, quam inferre iniuriam & contumeliam nec boni viri duxerim esse vnquam, nec Philosophi. Quid? quod Ill. V. C. cuius mihi merito semper celebranda memoria est, sicut & Academiæ nostræ, iudicio de me præclaro contentus, videor facile & odia & conuitia ἀντιμάχων negligere: nec facile passus sum scriptis ὑβριστικοῖς interturbari aut interrumpi meas meditationes & operas didascalicas, quæ non procul absunt ab exitu, & confectæ, Deo volente, breui dabunt Apotelesma in luce publica appariturum. Ex his nunc edo Lexicon Scholasticum & Philosophicum partim Græcum, partim Latinum, opus sane Philosophiæ alumnis valde necessarium, cum perspicientia Philosophici sermonis plurimum etiam ad cognitionem rerum faciat. Nam, vt ait Aristot. οἱ τῆς δυνάμεως ὀνομάτων ἄπειροι ῥᾳδίως παραλογίζονται, hoc est, qui verborum vim ignorant, facile decipiuntur.

Cum autem de Patrono huic meo operi tribuendo pro more & instituto scribentium deliberarem, putaui mihi faciendum, vt V. C. istud dedicarem & consecrarem: tum vt ei constaret ratio mei otij in hac mea ætate ingrauescente; tum vt quoquo modo gratum animum cum omni obseruantia coniunctum testarer V. C. vt quæ me meosq; liberos omnes & singulos immortalibus beneficiis multos annos affecerit: tum denique, quia V. C. augustissima & literatissima Persona, quæ in conspicuo Mundi vniuersi theatro constituta est, hoc literarium munus non est alienum.

alienum. Itaque demisse peto, vt C. V. id gratum & acceptum habeat, suoque clementissimo patrocinio aduersus κακηγόρους defendat. Præterea oro Deum Opt. Max. vt V. Excels. cum Illustrissima coniuge, & suauissimis generosissimisque liberis suo præsidio diutissime incolumem tueatur, donis spiritualibus magis magisque exornet, omni denique felicitatis genere collocupletet.

Dat. festinanter Marchioburgi è Museo Idibus Martiis ANNO

MaVrItII æterno fLoreat aVLa Deo.

V. C. addictissimus Cliens

ROD. GOCLENIVS Senior, Philosophiæ in Academia Mauritiana Professor primarius.



AD LECTOREM PHILOSOPHIÆ CANDIDATVM συγγνωμονικόν.

Suum locum inuenit illud Auſoni:

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Cum fieri properat, gratia grata magis.




G o contra hic cunctantius ſoluo, quod ſoluendum fuit, Germana fide, mecum perpendens iſtud, Sat cito, ſi bene ſat. At tu humaniſſime lector, tarditatem meam eleganter feres pro tua ἐπιεικείᾳ, cum tibi ſint notiſſima hæc: τὸ καλὸν ἐξ ἀτελέστου γίνεται, & : nihil magnum à mediocri ingenio breui tempore proficiſci poteſt: Et, *Multa ſimul faciens abſoluit tardius vnum.* Hiſce ſatis purgaſſe videor moram meam, & ſuſtentationem, quam longiorem eſſe non ſiuit induſtria & egregia eruditio in vtraque lingua Dn. *Ioh. VVirZ ij Tigur.* qui non ſolum magnam partem huius operis deſcripſit, ſed etiam emendauit: quo nomine habenda eſt ei gratia ſingularis à Philoſophiæ candidatis. Habes igitur tandem Lexicon aliquod Philoſophicum & Scholaſticum ex promiſſo debitum, cuius ſylloge quanto mihi conſtiterit labore, pro æquitate tua iudices, quam vtile futurum ſit initiatis noſtris, experiundo diſcas licet. Habes, inquam, tandem à multis expetitam qualem qualem Philoſophiæ clauem. Sicut enim, quod imprimis te ſcire velim, veteres artifices conſueuerunt etiam abſoluta opera, quæ Græcis ſunt ἀποτελέσματα, pendẽte titulo inſcribere, vt; Appelles faciebat, Lyſippus faciebat, Λύσιππος ἐποίει potius, quã ἐποίησεν, tanq̃ affecta ſemper, non perfecta; vt contra iudiciorũ & cenſurarum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad συγγνώμην ſeu veniam velut emendaturo, quicquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus: (Nicol. Beraldus in explic. Angeli Politiani Syluæ, cui titulus eſt Ruſticus, & ipſe Politianus in centuria Miſcellaneorum:) Ita ego, humaniſſime Lector, Hoc Lexicon faciebam. Non enim obſcure præ me

fero

fero informatum vel certe affectum, non perfectum à me esse. Itaque diutius pressissem domi meæ relictum inter mea aduersaria, nisi veritus essem, ne filius mihi nasceretur posthumus. Sed cum volens nolens imaturum nunc prodire passus sim, quæ desiderari cum mihi, tum aliis, vel recognitione aut ἀναγνωρίσει ἐπανορθωτικῇ digna esse, aut appendiculæ alicuius indigere videbuntur, si vitæ vsura longior diuinitus mihi concessa fuerit, addam. Quod si quid breui de me fiet, aliquis existet ex meis, qui partim ex meis collectaneis, partim ex doctorum virorum monumentis supplementum promat, exquisitius quædam limet, adeoque hoc opus cumulate perfectum, hoc est omnibus numeris & partibus expletum absolutumque conficiat. Interea hoc, quod nunc damus, gratus vtere fruere: idque per te à mendis nonnullis partim Typographi, partim ministrorum à manu repurga.





A



Articula A Philoſophis interdum eſt privativa, Ut ingenium ἀφιλόσοφον (cave hîc dicas cum indoctis ἀφιλοσοφικὸν) *interdum ſimpliciter pureq́; negativa.* Lucretius lib. 4. de rerum natura ſordidas & illuvie immundas ab amatoribus ὑποκοριστικῶς vocitari ait ἀκόσμους quaſi necdum ornatas, neglectas, ἀπάκτους, non nimium in ornandis ſe occupatas.

Theophraſtus & Ariſtoteles ἄπεπτον vocaut non tantùm quod coctum non eſt, coqui tamen poteſt; ſed & quod nulla ratione à calore nativo poteſt concoqui: Illud autem propriè ὠμὸν, i.e. crudum dicitur: Hoc verò incoctum (h.e. non coctum) negata ſcilicet omni poteſtate coctionis & aptitudine.

Atque hac ratione ſalſum id, quod eſt in ſudore & urina incoctum dicitur Ariſtoteles ἀπεπτώτατον, h. e. incoctiſſimum dicit, quod ſcil. mutari non poſſit, atque in corporis alimentum converti.

Amara igitur & ſalſa dicuntur incocta à Philoſophis non ideò quòd ὠμὰ, i.e. cruda ſint: Sic enim aliquando coqui poſſent & corpus alere: Sed quod omninò ad coctionem inepta ſint. Hippocrates & Galenus Excrementa, quæ nulli ſunt uſui, ideoq; è corpore educuntur, nullam coctionem aſſequi dicunt, ut poſſint nutrire; ὠμὰ autem & ἄπεπτα intelligunt tantum quæ à calore nativo poſſunt in ſubſtantiam alendi corporis transmutari, etſi cruda ſint, qualis eſt pituita & crudus ſuccus, tum alii ſucci & excreméta, quę cū à naturali ſtatu receſſerint, coqui tamen aliquo modo poſſunt, non quidem ut nutriant, ſed ut ſtatui ſuo reſtituantur. Talis eſt putris concoctio & putreſcentium humorum, etſi propter materiæ ineptitudinem nequeunt corpus nutrire. D. Turlandus in lib. de Sudor: Theophraſti.

Ita ἄποιον (quod nullius qualitatis eſt) modó negat, modó privativé accipitur.

A *interdum difficultatem vel diminutionem ſignificat:* ac idem eſt quod vix vel ſub. Nam veteres & imminutam ac vix incoatam, & vitiatam ac corruptam coctionem vocabant ἀπεψίαν. Galenus diſtinguit ita ἀπεψίαν. Primam ſpeciem vocat nomine generis ἀπεψίαν, alteram βραδυπεψίαν, (tardam coctionem) Tertiam Δυσπεψίαν (difficilem coctionem.)

A *interdum eſt particula* ἐπιτατικὴ (intenſiva) ſeu adhibetur ἐπιτατικῶς (intenſivé) ut ἄβιος pro dives, habens πολὺν βίον. Der ſeins guts kein end weiß/ ut hyperbolicè loquuntur. Ἀσέλγεια id eſt petulantia vel protervia (συγγενῆ hæc ſunt) ab à part: intendendi, & urbe Selge, in qua omnes improbè vixerunt, teſte Suidæ interprete: etſi Demoſth: contrarium tradens à privandi particula deducat.

A *interdum* ἐκ περιττοῦ, *i. e. ſupervacaneum eſt:* Ut ἀστεροπὴ pro στεροπὴ, i. e. fulgur, per Atticiſmum.

Interdum vox incipiens ab à priv. reditur

A ditur

Digitized by Google

ditur affirmatè: ut ἀφθαρσία integritas, puritas.

In voce Ἀπάτωρ A *interdum significat* negationem definitionis, id est demonstrationis ac certitudinis. Sic ἀπάτορες dicuntur, qui vulgo sunt quæsiti seu σποράδην hoc est sparsim concepti. S. P. Patrem hi monstrare non possunt: ideo ne patrem quidem habere intelliguntur (fictione seu θέσει juris) licet revera (τῇ φύσει) habeant: *modò privationem*. Sic Orphani seu orbi patre dicuntur ἀπάτορες: vide Jurisconsultos.

Ἀγαπᾷν.

Platoni in Protagora est acquiescere, gratum & acceptū habere. Apud Lucianum, Xenoph: Plutar. est secum bene agi ducere, non pœnitere alicujus, einem nicht zu wenig sein düncken/ Plato. 2. de Repub. Ἀγαπητέον: boni consulendum, gratum habendum pro ἀγαπᾶν dicitur etiam στέργειν.

Ἀγάπη

Ἀγάπη dilectio est, seu caritas. Ἀγάπαι sunt convivia, quibus juvantur & recreantur pauperes. Sunt dapes Ecclesiasticæ, quibus fraternæ caritatis & consuetudinis usus exercebatur. Metonymικῶς. Hinc ποιεῖσθαι ἀγάπας. Cœna Domini etiā dicitur ἀγάπη à Tertulliano in Apologetico, quòd inopes refrigerio Eleemosynarum collatarum juventur.

ΑΔΙΑΙΡΕΤΟΝ

Ἀδιαίρετα vox est ὁμώνυμος 1. Ἀδιαίρετον est quod est simpliciter indivisibile, quod nullo modo dividi potest, ut sunt νοητὰ (εἴδη à quantitate secreta) 2. Quod dividuum est, etsi actu divisum in partes non sit, ut quantum omne continuum. 3. id quo dividuum est aliud, ipsum autem hac ratione, qua dividit, individuum est, ut: Superficie seu planicie dividitur corpus, sed eadem sectione ipsa nequit dividi, sic linea planiciem, punctum lineam dividit. Schegk. 8. demonstr. pag. 280.

ΑΔΙΑΦΟΡΙ´Α

Indifferentia est causæ & virtutis vel actionis.

Indifferentia causæ in eo consistit, quòd sit indifferens ad operandum & non operandum.

Huc pertinet Indifferentia Liberi Arbitrii, quæ est libertas arbitrii: Sic dicta quia indifferenter se habet ad omnes effectus, qui ab illa possunt emanare. Liberum est ad cujus oppositum non minùs quàm ad ipsum agens causa per naturam indifferens est. Aliâs Arbitrarium.

Indifferentia actionis in eo consistit, quod potest fieri vel omitti. Est & indifferens actio quæ per se neque bona, neque mala est moraliter. Aliâs media, ut edere, bibere, videre.

Effectus aliquis dicitur contingens propter indifferentiam causæ & virtutis ejus. Determinatè verò futurus, quia causa, quæ potest operari, & non operari, reipsa operatura est.

Dicitur & aliquid indifferens ad verum & falsum, ad futurum & non futurum. Mart. Becan. de scientia Dei: Propositio de futuro contingenti nec determinatè vera, nec falsa est, sed indifferens.

Secundum indifferentiam abstracta à materia dicuntur, quæ indifferenter inveniuntur, tam in rebus materiatis, quàm non materiatis: Ut ens verum, bonum. Peterius de Philosophia.

Indifferentia bona, adiaphora Græcè, sunt vel εὔχρηστα, bona benè utentibus, vel ἄχρηστα, Mala malè utentibus.

Etsi multa sunt in sese indifferentia seu ἀδιάφορα, tamen quicquid agimus, vel benè agitur, vel malè, nec dari potest medium. Th. Bez. tract. de Polygam.

lygam. Nazianzenus vocat Adiaphora ἐν μέσῳ κείμενα.

Adiaphorum vitæ genus est, quod per se neque justum, neque injustum est, cujusmodi est cælibum.

Ἀδικία, Ἀδίκημα.

Ex Ulpian: & St: Gentilis Originum lib: singul:

VLpian: li. 56. ad Edictum: Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur, hoc generaliter. Interdum injuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: ut in Lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem judicis significat. Nam cum quis iniquè vel injustè sententiam dixit, injuriam ex eo dictam quod jure & justitia caret, quasi non juriam: Contumeliam autem à contemnendo dictam.

Duplex hic notatio injuriæ. Et priori respondet apud Græcos nomen Ἀδίκημα, quod Arist. in Magnis Moral: omne factum injustè atq; immerito significare scribit. Posteriori τὸ ἄδικον, quod ab eodem Aristotele definitur injustum, contrà quàm legibus comprehensum est, ut rapere alienū, depositum fallere. Imò verò ἀδικία dicitur injuria, h. e. injusta sententia prætoris, ut rectè Justinianus? Ἀδίκημα verò damnum injuria sive culpa datum, ut in lege Aquilia: ὕβρις est contumelia, vel injuria contumeliosa.

Ἀδολεσχία Ἀδολεσχεῖν.

Ἀδολεσχεῖν est futiliter loqui.

Ἀδολεσχία est futilis repetitio, qua bis idem dicitur.

Estq; Manifesta vel occulta.

Manifesta cum idem nomen geminatur, id est bis sumitur.

Abstrusa seu occulta fit per mutationē nominis quæ fit synonymia, ut si dicas. Hominis proprium est ut sit capax disciplinæ & apprehendere posset multarum rerum scientiam.

Proprium primi mobilis Aristoteles ait esse omnium corporum mobilissimum. Jam si quis dicat proprium primi mobilis esse, ut sit quovis alio incitatius & inter orbes cœlestes mobilissimum, ἀδολεσχία est. Vide 5. Topic Aristotelis loco 4.

Ἀπάθεια.

Ἀπάθεια semper-passio est: & vel est κατὰ φύσιν, vel παρὰ φύσιν. Quæ κατὰ φύσιν est, est perfectiva ac sustinetur patibilium qualitatum causâ.

Qui igitur ἀπάθειαν definiūt τῷ πάσχειν (patiendo) παρὰ φύσιν, ii vocem pressius accipiunt, cùm J. Schecki⁹ ait, Apello ἀπαθής, quod semper contra naturam afficitur, quale est, quod habitu κατὰ φύσιν destituitur. Dicuntur autem res naturales ἀπαθεῖς, vel δυσπαθεῖς, habituum ratione.

Ἄθεος.

Ἄθεος dicitur qui vel apertè Deo renunciat, aut hunc ignorat prorsus, ita, ut hanc ignorantiā disertis verbis præ se ferat: quales olim Ethnici: vel occultè Deum aut providentiam ejus abnegat: Vel saltem ita impiè ac dissolutè vivit, ut nullo planè timore Dei nullo judicii divini metu præditum se esse clarè demonstret, ut Epicurei. D. Vorstii hæc descriptio est.

Socrates erat ἄθεος, id est Deos destruebat, Deos esse negabat. Non erat ἄθεος, quia unum tantùm Deum statuebat. Hinc intelligitur, quid sit Atheismus.

In Epistola Paul: ad Ephesios ἄθεοι sunt vel adversantes traditis de Deo & rebus divinis, id est cœlestis doctrinæ veritati, vel negantes esse DEUM, ut Diagoras, vel etiam expertes Dei in igne ratione veritatis, tam de natura

tura quàm de voluntate ipsius. Joachim: Camerarius.

Αἰνιγματῶδες

Αἰνιγματῶδες 1. est obscurum tectumq; vel per ænigma dictum 2. Impropriùm Augustinus vocat ænigmaticum. Ei ænigmatica definitio est definitio impropria, seu qualiscunq;: ut hæc ænigmatica Dei definitio est: Essentia invisibilis omni creaturæ incompræhensibilis totam vitam, totam sapientiam, totam æternitatem simul essentialiter possidens idem ipsa vita, ipsa, sapientia, ipsa veritas, ipsa justitia, ipsa æternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens.

Αἱρετικὸς

Αἱρετικὸς 1. Aristoteli est utens facultate eligendi. Physica & Ethica significatio 2. est sectæ seu factionis vel opinionis alicujus autor. Historica hæc significatio. 3. In Theologia hæreticus dicitur, qui vel doctrina vel vita sua adversus essentiale aliquod Christianæ fidei caput sic delinquit, ut proæreticam & pertinacem animi improbitatem cum errore in fundamento manifestè conjungat. D. Conrad. Vorst. vel qui vitiosæ sectæ opinionive alicui tenacius adhæret. Bellius. Alius ab eo est σχισματικὸς, qui autor est dissidii, qui separat se ab alio, licet idem cum ipso sentiat, quod ad doctrinam attinet, qui est consensionis & concordie dissipator, διχοστασιώδης. Hic Ecclesiam quasi scindit seu lacerat. Ἀναιρετικὸς pro non hæretico non dicitur: sed pro perniciali.

Αἰσθητικὸν

Αἰσθητικὸν primùm est quod habet vim sentiendi, Latinè sensitivum, ut Risivum, quod aptum est ad ridendum, ut δύναμις αἰσθητική, pars animæ αἰσθητική. Secundò est idem quod sensorium, i.e. pars corporis, quæ est instrumentum sensionis. Ac tum intelligitur μέρος αἰσθητικὸν; Sic Scal. Caro sentit, & in ea sensus est, non tamē ipsa est μέρος αἰσθητικὸν, sed Nervus, id est, Caro sentit per & propter nervum. Caro ergo sentit, id est aliquid quod in carne est sentit.

Ἀιτιολογία

Redditio est rationis, seu argumēti; αἰτία enim seu αἴτιον sæpe generaliter sumitur pro quovis argumento seu ratione. Ita in quolibet argumentorum genere, cum id quod argumentum ipsum non est, pro argumento sumitur, ut non effectum pro effecto &c. appellatur Sophisma ἀναίτιον ὡς αἴτιον, id est non causæ ut causæ. Ὅτι est conjunctio αἰτιολογικὴ id est, causalis sic dicta, nonquòd significet causam rei, sed quòd significet causam conclusionis, id est argumentum seu medium probationis. Quæ explicatio seu descriptio Theologiæ studiosis valde necessaria est. Nos scimus quod translati sumus de morte ad vitam quia diligimus fratres. Joh. in Epist. c. 3. Hic ὅτι notat argumentum seu signū, quo scimus nos esse translatos. Τὸ αἰτιολογικῶς opponitur sæpe τῷ εἰδικῶς, ut conjunctio ὅτι interdum vertenda est, Quod εἰδικῶς: ut scio quod redemptor meus vivit. Interdum αἰτιολογικῶς εἰδικῶς, ut cum τὸ ἐκβὰν, eventus significatur: αἰτιολογικῶς, ut cum ratio & causa alicujus affertur seu exponitur, ut creaturæ desiderant patefactionem gloriæ filiorum DEI, quia sperant se suo modo κοινωνοὺς fore illius gloriæ.

Αἴτημα

Αἴτημα est principium explicationis cujusdam indigens, quo concedi postulatur aliquid (Latinè *Postulatū* αἰτεῖν enim postulare seu petere est: ut in hac phrasi

phrasi Logicorum: τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖν, postulat quod est in principio) Aliquid inquam εὐτελὲς (facile) εὐπόριστον (parabile) εὐμήχανον (obvium) πρόχειρον (promptum) ut liceat à puncto ad punctum rectum in plano ducere & producere seu continuare, vel peripheriam describere. Opponunt ei problema, id est propositionem alienæ fidei & lucis indigentem, & axioma quod est principium per se manifestum, αὐτόπιστον (per se credibile) quod à magistro non accipitur, αὐτόπτικαὶ φανὲς, ἐνεργὲς, πρόχειρον τοῖς ἀδιδάκτοις, ineruditis, per se clarum.

Ἀκέφαλον

Ἀκέφαλον propriè, qui non habet caput. Metaphorice oratio ἀκέφαλος dicitur, quæ nihil certi proponit, vel quæ non habet principium, & versus ἀκέφαλος impropriè dicitur in quo capiti, hoc est, initio deest pars. Adducunt exemplum è Poëta: Fluviorum rex Erydanus. Impropriè dico, quia versui non deest caput. Vid. Micyllum & Scaligerum de re Poëtica; Et vocem in hoc Lexico Antipodes. Nā in ejusmodi versibus est πόδος ἀντιποδίας id est pes ponitur pro pede. Rumor ἀκέφαλος est qui non habet certum authorem, & populus ἀκέφαλος, qui non habet magistratum seu principem: revera multorum capitū bellua. Acephali sunt hæretici, docentes post unionem unam tantum in Christo esse naturam.

Ἀκόλουθον

Ἀκόλουθον accipitur modo pro consequente, modo pro reciproco, modo pro consectario, modo pro consentaneo. Opponitur ei ἀνακόλουθον, hoc est, inconsequens Aristoteles 4. Eth. cap. 4. Δόξειε δ᾽ ἂν ἀκόλουθον εἶναι καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας διελθεῖν: Sequitur ut de magnificentia disseramus. Hæc sunt ἀκόλουθα, hoc est, conversim de se invicem dicuntur. Erasmus lib. 1. de copia verborum cap. 7. Quædam, inquit, translationes reciprocæ sunt, sive cōmunes, quas græci vocant ἀκολούθας (ignoscāt nobis literatissimi viri manes: dicendum est ἀκολούθους; sed forté est, hic παράγραμμα ab exscribente commissum) Nam pro gubernatore non aurigam, sed pro auriga gubernatorem recté dixeris. Quædā unius sunt duntaxat partis (id est, non sunt reciprocę) quas ἀνακολούθας appellant(dicendum ἀνακολούθους vel latina terminatione flexuq; anacoluthas: ut parallelas lineas dicunt) siquidem ut verticem recté transferas ab homine ad montem, ita non recté cacumen ad hominem traduxeris.

Expositio ἀκόλουθος est, quę ex alia sequitur & interdū ei prorsus æquipollet.

Verborum ἀκολουθία est orationis structura quæ modo certa est, modò dubia seu anceps.

Ἀκολουθία λογικὴ est Dialectica consequentia seu connexio.

ΑΚΡΙΒΕΙΑ ACCURATIO, Certitudo, Perspicuitas.

Ἀκριβείας notio multiplex est 1. Etenim *latinè diligentia dici* posse videtur. Quamobrem jubet Aristoteles non in omnibus eandem ἀκρίβειαν, id est, diligentiam seu exquisitionem adhibendā 2. Meta. 1. Eth: hoc est, vult non omnia esse ad tenue elimāda, aut nimis enucleāda, ut Cicero loquitur.

2. Proximè puto hac voce *significari certitudinem*, quę maximè affinis esse videtur perspicuitati. Hæc consistit seu posita est, cum in singulorum expositione, tum in rei in ea principia dissolutione, quæ per se ipsa conspicua sunt, & probè intelliguntur & quibus maximè habetur fides. Prior illa

Digitized by Google

ἀκρίβεια potius in docente, quàm in rei natura posita esse videtur. Altera naturam Viæ seu Methodi videtur attingere. Hæc verò à duobus consuevit peti fontibus. *A Natura Demonstrationis, & Rei subjecta.*

Demonstrationis ἀκρίβεια (certitudo) non est uniusmodi, siquidem 1. certior ea perhibetur demonstratio, quæ idem facit ex causis, quàm illa, quæ rem tantùm esse ostendit. 2. aut si utraq; ducatur ex causis, erit illa certior, quæ è causis pendet certioribus, idest, natura prioribus& notiorib⁹ 3. Certior item demonstratio dicetur, quæ constabit è causis, quæ non modò natura, verum etiam nobis notiores sunt. Hæc postrema certitudo cõtinet quoq; subjectum. 1. Illud enim subjectum certius dicitur, quod nobis notius est, cujusmodi est animal in Methodo Physica 2. Sed& alia certitudo seu perspicuitas, accipitur à subjecto. Nam certior est Methodus ea, quæ non est de subjecto, id est, illa certior, quæ de sola forma, quam ea, quæ formam spectat in materia sensili. Sic certior est Arithmetica quam harmonica, quòd illa numerum ab omni qualitate sensili segregatum examinat: hæc verò illum cum sono spectat.

Usus

Usum hæc explicatio habet, in comparatione scientiarum inter se & Axiomate, præstat scientia duobus, Nobilitate subjecti, idest, rei, quæ tractatur, & ἀκρίβείᾳ. Omnium autem præstantissima est prima Philosophia. Nam quod ad perspicuitatem subjecti attinet, id notissimum est, quippe Ens, quod ab omnibus noscitur, & nihil se habet notius. Idem quoq; simplicius, quàm cæterarum facultatum subjecta, cum sit Ens universè, ad nullam certam rem applicatum: quod verò subiicitur cæteris sit aut ens mobile, aut quantum &c. Præterea divina Philosophia utitur causis omnium primis, unde cætera omnia impetrârunt, quod sunt. Itaq; hæ causæ sicut sunt altissimæ & omnium primæ natura, sic etiã natura notissimæ. Si qua huic scientiæ deest conditio, perspicuitatis illa est, quia non accipit nota nobis, sed natura nota: divinæ enim scientiæ quæ sunt, longissimè à sensu distant. De hac sic Schegkius lib. 2. demonstrat. Fastigium illud cognitionis appellat Plato νόησιν: Aristoteles σοφίαν, & in libris analyticis ἀναπόδεικτον ἐπιστήμην (indemonstrabilem scientiam) & aliâs ἀκριβεστάτην scientiam, ut in Ethicis, vocat. Mathematicæ scientiæ etiam habent gradus. Ea quæ considerat quantùm discretum, certior est, quàm ea, quæ continuum tractat, cum superet ἀκριβείᾳ seu perspicuitate demonstrationis, & simplicitate subjecti.

Quantum enim continuum habet se ad discretum ut includens positionem. Punctum enim est unitas cum positione, Vide Scalig. exer. 321. ubi disputat Geometriam esse minus subtilem & ἀκριβῆ quàm arithmetic. ex primo divinæ Philosophiæ. Si quid est, inquit, in quantitate subtilitatis id omne ex numerorum ratione haustum est. Subtilior est scientia (ut Arithmetica) quæ alterius (ut Geometriæ) statuit principia ac fundamenta. Quodcunq; accipit vel probat Geometria, per numeros dirigit. Geometriæ subjectum ab Arithmeticæ subjecto pendet. Accuratio autem Mathematica in Ethicis & Physicis ferè non est exigenda ex Aristotelis sententia. Porrò si scientiæ præstantiam metiaris ex nobilitate subjecti, phy-

sica præstantior est Mathematicis, quæ habitæ sunt à veteribus Philosophis προπαιδεία, id est APPARATUS quidam ad alias scientias.

Ακριβείας est omnia ad tenue elimare, omnia ad calculos exiliter revocare. Exquisitissimis argumentis aliquid persequi.

Ακρισία.

Ακρισία 1. Est judicij seu discretionis privatio κρίσεως στέρησις ἢ ἀπουσία.

2. Est temeritas judicii. Quæ à Sapiente Prudente & Magnanimo viro abest, teste Aristotele & Plat.

3. Est tumultuatio, confusio, perturbatio ordinis apud Polybil; de iis, qui in castris essent, loquentem.

4. Ακρισία interdum accipitur speciatim pro specie quadam occæcationis, qua quippiam confusè & imperfectè videtur, nec sub propria specie apprehenditur, qualis legitur Genes. 19. & 4. Reg. 6. Sodomitæ scilicet quærentes domum Lothi nec invenientes; & Syri videntes Helysæum, nec tamen recognoscentes percussi sunt hac cæcitate. Quidam, ut Grego. de ea accipiunt istud apud Lucam, Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Vide Dionys. Carthus. in Luc.

Ακρισία περὶ ἔπη, indiscretio verborum, non adhibitus delectus verborum. In vitio est.

Ακριτὶ & ἀκρίτως indictâ causâ. Mors ἄκριτος quæ irrogatur indictâ causâ.

Ευκρισία nuspiam reperitur. Δυσκρισία dicere audio, quia invenitur δύσκριτος & δυσκρίτως.

De ἀκριβεία hæ commonefactiones sunt. 1. Vera ἀκρίβεια non est facta aut fallax captiosaq; subtilitas. 2. Tandem manum de tabula quod proverbiale est. 3. ἀκρίβεια seu accuratio in contemplando, PHILOSOPHO in agendo POLITICO laudi datur.

Τὸ ἀκριβὲς distinguitur à Logico, ut illud sit philosophicum, hoc verò populare: ut cum dicimus, hæc non est definitio ἀκριβὴς, seu exquisita & analytica, sed λογική. Ita Claudius Alberius distinguit inter Genus ἀκριβὲς, hoc est, purè synonymum; & logicum, hoc est minùs exquisitum.

Pro ἀκριβεία etiam eleganter dicitur Ακρονύχησις hoc est ad vivum resectio: quæ philosophica accuratio affinitatem aliquam habere videtur cum politicorum ἀκριβοδικαίῳ seu strictè jure.

Ακρόστιχις Acrostichon; Cephalonomaticum.

GEnus versus ita factum, ut summæ, seu capitales literæ nomen aliquod includant, per capita versuum discurrendo. Sic Elogium servatoris nostri inclusit Sybilla in acrostichide. Tale est hoc Cephalonymum.

Scripturæ Ad Normam, Cum Tanta Volumina Scribam,
Theiologos Omnes Metior Atq; Sophos.

Hic Sanctus Thomas est (Aquinàs) si versuum initiales literas colligas.

Plautus suarum Comœdiarum argumenta composuit, hoc genere, ut:

Aulam repertam auri plenam domi Euclio
Vi summa servat, miseris affectus modis.
Lyconides istius vitiat filiam,
Vult hanc Megadorus indotatam ducere
Lubensq; ut faciat, dat coquos cū obsonio:
Aurum formidat Euclio, abstrudit foris,
Req; omni inspecta compressoris servulus
Id surpit, illic Euclio rem refert.
Ab eo donatur auro, uxore, & filio.

Singulorum versuum literæ capitales collectæ in unam vocem faciunt. AULULARIA.

EPITA-

Digitized by Google

EPITAPH. PER ACROSTICHON
à Joh. Wirtzio Tig.

Bustum tres no	*S tra Titanes*	*E ripit urbi a*	*H!*
E xcelso quis	*I am sancta ad ten*	*T oria cæl*	*O*
V escenda est data	*M anna. Ultrasi*	*F luctigerum isto*	*C*
M undi habitare sa	*L um potuissent,*	*R ore rigassen*	*T*
L iquenti & satis	*E xcocto, non*	*I mpare fruct*	*U,*
E gregium Tigu	*R um, & Mundi sy*	*S tema venustu*	*M.*
R egis at atheri	*I ndubié non*	*I d sine nut*	*V.*
U t vita hora bre	*V is nostra! velut*	*U mbrula, flos, ni*	*L!*
S perata haud ad	*S tat mors, & pede*	*S ternit adunc*	*O.*

Possunt etiam loco literatū integræ dictiones in versuū Principiis sensum constituentes poni, ut hîc CHRISTUS victima pro injustis peccatis Totius Mundi: *(dentis*
Christus ut *innocue mactandus opima bi-*
Victima *(sic patris fata tulere) fuit*
Pro injustis *justus, pro crimine criminis expers,*
Peccatis, *functus quis caret ipsus obit*
Totius *hoc legis vatūmq; oracula Christ',*
Mundi *hoc discipuli lumina sacra canūt*
Hæc ex TechnoPægnio Poetico.

Si videas carmē Erythrçæ Sibyllç, quod cecinit de extremo judicio rebusque novissimis, quod ab Augustino in lib. de Civit. DEI refertur; sanè facile ex primis literis cujusq; carminis colliges Græcè, Ἰησοῦς χριστὸς σωτὴρ θεοῦ υἱὸς σωτὴρ ☉: JESUS CHRISTUS Servator, DEI filius, crux.

Ἀκτὶν.

In Geometria Platoni ἀκτὶν est Radius, id est recta à centro ad perimetrum. Aristoteli in Mechanicis est, ἡ γράφουσα τὸν κύκλον, id est linea secans centrū Euclidi, Quæ ex centro, id est quæ ex centro est per periphrasin.

Ἀκυρολογία.

Ἀκυρολογία Locutionis seu sermonis est improp[ri]etas, κατάχρησις, ἄκυρον. Ei subjicitur *Insolentia* vocis vel sermonis ut σῆψις pro πέψις apud Hypoc. Ita ἀκυρολογεῖ interdum Augustin. in voce Locus & Ubi Tract. III. in Joh. cap. 17. Si loca dicenda sunt & quibus non corpora continentur & locus est cujusque rei ubi est, locus CHRISTI æternus ubi semper est, ipse pater est, & locus Patris Filius est, quia ego, inquit, in Patre, & Pater in me est. Et in hac orat. Sicut tu Pater, inquit, in me, & ego in te: Et locus interea noster ipsi sunt, quia sequitur ut & ipsi in nobis unum sint: & nos locus DEI sumus, quoniā templum ejus sumus. Hîc non intelliguntur spatiosæ capacitates, ut ipse Augustinns fatetur, qui loquitur hîc ex hypothesi. Idem in Ser. de Temp. Ser. 3. in quo exponitur Symbolum: sic inquit: Ubi est Christus ab ascensione? Sedet ad dextram Patris. Dextra DEI dicitur æterna felicitas. Dextra Dei dicitur ineffabilis, inæstimabilis, incomprehensibilis beatitudo & prosperitas. Hæc est dextra Dei, ibi sedet, ibi habitat, ibi manet. Hact: August. qui aliàs propriè Ubi Christi gloriosi facit Paradisum & cœlum, quod alicubi vocat Firmamentum spirituale & Regionem Angelorum

gelorum & habitationem Angelorum & supernam Patriam, & in Evangelium Johannis tractatu 50. & in sermone ad infantes ait: In cœlo, quo ascendit Christus, sedet ad dextram Patris. In cœlo est, modò sedes ad dextram Patris. Dextra igitur DEI propriè nec Ubi, nec Locus est. Ac impropriè dictum est, Christū in dextra Patris collocatum. Sic impropriè loquitur Philosophus, cùm materiam vocat Locum formarum.

Commonefactio seu observatio.

Una & eadem vox & propriè & ἀκύρως nonnunquam accipitur ad diversas voces relata.

Paulus ait, meliùs est matrimonium contrahere, quàm uri seu ardere. In nomine Melius κατάχρησις est seu ἀκυρολογία, quâ refertur ad verbum uri seu ardere. Neque enim significat Bonum esse Uri, hoc est, flammis vexari libidinis, sed locutio est hujus gemina & par: Melius est Christum confiteri & cum eo pati, quàm æternum pati in tartaro.

Ἀκυρολογία opponitur κυρολογία id est sermonis proprietas, quæ magna orationis virtus est.

ΑΛΛΑ' ΜΗ.

Ἀλλὰ μὴ est, Non autem. Docti etiam hîc peccant, cum sic loquuntur: positum est in mero Dei arbitrio dare hominibus quod ipsis sit utile futurum, non verò ut homines id possint à DEO demereri. Dicendum hic: Non autem. Plat. 2. Alcib. Καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχὴν, &c. Etenim grave esset si Dii ad nostra dona atque sacrificia respicerent, non autem ad animum. Hîc ne dicas, Non verò.

Ἀλλοίωσις, Alloeosis. Variatio.

In Physicis allœosis significat alterationem variationem, seu mutationem qualitatum. Galenus quandam alterationem ἐξομοίωσιν, hoc est, assimilatioñ vocat; partes omnes sanguis nutrit à quibus alteratur, & in substantiam ipsis similẽ convertitur; sed hæc γένεσις, seu generatio etiam est.

In grammaticis Enallagen, seu Parallagen, seu mutationẽ alicujus accidentis, seu heterosin significat.

In Doctrinâ prædicationū dicitur, cùm tribuitur aliquid alicui κατ' ἄλλο propter unionẽ: Ac Latinis est Alternatio, qualis est signorum & rerum. Dicitur etiam nominum permutatio, ἐναλλαγὴ τῶν ὀνομάτων, nominum mutua quædam variatio, & τρόπος ἀντιδόσεως, οἰκείωσις, appropriatio, ἰδιοποίησις. Hujus 1. Canon est in Theologia celebris. Scriptura Sancta alternatione quadã, quod externorum Symbolorum est solet rebus attribuere, & vicissim, quæ rerum sunt, attribuere Symbolis, id q; fit propter analogiam, & unionem mysticam. Sic Patres sæpè ita de rebus agunt, atque si de Symbolis loquerentur, & vicissim ita de Symbolis, ac si res ipsas & significata tractarent.

In Levitico DEUS passim dicitur sacrificiis placari, cùm tamen revera placetur tantum in Christo, qui illis sacrificiis significabatur. Hic proprietas rei significatæ attribuitur Symbolis; DEUS enim odoratus est mortẽ Christi in odorem suavitatis, non autem odores Vitulorum, Taurorum.

In Exodo scribitur. Pesah est transitio Domini. Atagnus ille, qui mactabatur, monumentum tantum erat trãsitus Domini. Judæi dicuntur in corpore circumferre fœdus, id est, signū fœderis. A Patribus dicitur corpus

Christi ore comedi manibus contingi, frangi (per alloeosin) Cyprianus de cœna. Qui usque hodie hoc veracissimum corpus suum creat. Hic quod convenit Symbolo, tribuitur rei ipsi (corpus Christi frangitur in mysterio seu Sacramento, id est, Symbolum, quod mysterium & sacramẽtum est corporis Christi, frangitur) panis Eucharistiæ, nonnunquã appellatur salutaris & vivific⁹: hic quod rei ipsi propriè convenit, ascribitur Symbolo. Vide Joach. Vadia. lib. 2. de Euchar. & Aug. ad Bonif. qui disertè ait, nomina rerũ ipsarum imponi signis.

II. Canon. Unius Christi naturæ proprium attribuitur personæ ab altera naturâ denominatę propter hypostaticam unionem, ut; Deus est visibilis, Filius Mariæ loquens in terris eodem tempore est in cœlis. Hæ locutiones Christo, quatenus unus est, sunt propriæ & eædem: vicissim non sunt propriæ; illi naturæ, quæ voce concretiva exprimitur. Deus hoc est Christus qui Dei filius est crucifixus esse, rectè dicitur. Etsi autem affigi cruci de Christo, quà unus, integer & indivisus est propriè dici potest; tamen illud ipsum, de Christo, quà Deus est, id est secundum Deitatem propriè reveraque dici nequit; Sic in cœlo esse, cum esset in terris, de Christo propriè dici potest. At idem de Filio hominis, quà erat Filius hominis, id est, de Christo secundùm humanam naturam nõ propriè dicitur. Gabriel Biel & alii Scholastici vocant hanc prædicationem, seu hunc modum loquendi, communicationem idiomatum; græcis est κοινωνία τῶν ὀνομάτων, vel ἰδιωμάτων. Scheckio alloeosis Logica prædicatorum dicitur, qua idem aliquid uni per se inest aut prędicatur, & alteri per accidens. Hęc, inquit, usurpatur respectu partis & totius, non partis unius, respectu alterius partis; Pars enim pro parte Synecdochice non ponitur.

Ἡ Ἀλλοίωσις τῶν προσώπων.

Allœosis personarum est, 1. Cum legato nomẽ legantis tribuitur, ut cũ nomen Jehova solius Dei propriũ, & creaturis ἀκοινώνητον, siquidem propriè & sine tropo sumatur, Angelo tribuitur. Hæc allœosis, est species Meton. Exem. vide Gen. 16. & 18. Exo. 3. & 12. Jud. 6. & 13. Videatur quoq; Aug. & Mer. 2. Cùm litigantium clientum advocati, personas suas, pro clientum personis usurpant. Pro Cæcinna Restituisse te dixti; nego me edicto prætoris restitutum esse. Sic Cicero Pisonem advocatum partis adversæ alloquitur, tanquam Ebutius id diceret Cæcinnæ. Audomarus Talæus lib. 1. Rhetor. cap. 5. qui hanc allœosin refert ad Metonymiam subjecti.

Allœotheta, ἀλλοιόθετα, sunt posita contra vulgatos & protritos canones grammaticos. Prisciano Variata, ut pars in frustra secant apud Virg. ubi illic scelus est, qui me perdidit apud Terent. Livius, Quatuor millia hominum exules oberati, Solœcophanes (speciem solœcismi pręse ferens.)

DE VERSIONE GRÆCISMORUM

ἅμα καὶ ἅμα.

Cum in auctore aliquo gravi verbum interpretandum occurrit, videndum est diligenter quamnam notionem (h. e. significationem) subjectam habeat, ut convenienter Latinè exprimatur. Cavendum etiam *ne versor sit latinitatis eversor.* Ἅμα καὶ ἅμα (simul & simul) Græcismus est Platonicus, pro quo Latini dicunt *Eadem operâ.* Rectè igitur Joh. Serranus in Apologia Socratis. μὴ ὑπείκων δὲ ἅμα καὶ ἅμα ἂν ἀπολοίμην, vertit Ne siquidem, quòd cedere recusaretur, eâdem operâ prę-

sentis

sentis exitii discrimen subire viderer.
Quòd Græcis est ἄνω κάτω, hoc Latinis, ut Plauto, est susque deque.

Ἁμαρτία.

Ἁμαρτία & ἁμάρτημα Græcis sunt ταυτὸ(actio prava vel habitus pravus) Sed Latinis scriptoribus Error & Erratum cognata quidem sunt, sed non omninò idem significant. Errata puerilia dicimus quæ Græcè dicuntur παιδικαὶ ἁμαρτίαι, vel παιδικὰ ἁμαρτήματα, li.3. cap. ult. de morib. Arist quod Joach. Perionius non rectè cõvertit errores pueriles, judice Dion: Lambino. Nã errore duci, & in errore versari dicũtur ii, qui falluntur, aut qui falsum aliquid opinãtur, aut quos fugit ratio. Erratum a. idem est q peccatũ, non rectè factũ. Scholastici & Canonici ita accipiunt errorem, cum dicunt laudãte eos The: Beza in aureo libello de Repud: & Divort; ex Lombard. sent. 4. d. 30. sponsalia interdum fieri errore, & quidem erroris species in hisce esse quatuor. 1. *Personæ*, ut cùm Lea pro Rachele est supposita. 2. *Status* seu conditionis deterioris, ut si serva cõperiatur, quam credideris esse liberã. 3. *Fortunæ*, cùm pauper est, quæ jactabatur dives. 4. *Qualitatis*, ut si capitosa & cervicosa est, quę habebatur pro morigera & commoda: & cùm Jurec. ajunt, In Errore non esse consensum.

Μνημονικὸν ἁμάρτημα est erratum seu lapsus memoriæ.

Scheckius & alii Philosophi peccatũ & errorem interdũ pro eodem accipiũt, ut cum ille ait peccatũ seu error tũ in praxi, tũ in theoria est. In expl. Or. Ar.

Ἁμαρτάνω.

Ἁμαρτάνειν propriè est lapsu, casu, fortuna, & errore quodã humano, delinquere, Montecatino judice, qui ei opponit ἀδικεῖν, quod proprie fit destinata malitia & consultò.

Ἁμαρτάνω est à recto, sive sit hoc verũ sive bonum, discedo: pecco. Idq; vel ἑκτικῶς (habitualiter) vel ἐνεργητικῶς (activè) ut docent Theologi,

Δύναμις peccandi, quæ potius ἀδυναμία est, Græcis est τὸ ἁμαρτητικόν.

Ἀμετρία.

Ἀμετρία modò significat immoderationẽ, quæ magis ad excessum pertinet, modò cõplectitur excessum & defectũ, seu discessum significat à modo, qui in utramq; partem fieri potest. Vitium igitur, sive excessu; sive defectu peccans sit, ἀμετρία dici potest. Ita interpretat⁹ est Carpentarius ἀμετρίαν. In cap. 2. Alcinoi Platon.

Ἀμετάπτωτον.

Ἀμετάπτωτον propriè est quòd firmitate sua fixum, ex uno loco in alium non recedit. Per Metaphoram est immutabile, ut cum dico: Scientia est notitia ἀμετάπτωτος, sciens est ἀμετάπτωτος.

AMPHIBOLIA.

1. Amphibolia est quędã ambiguitas estque in uno verbo ut Taurus. Hinc dicitur: Taurus dicitur ἀμφίβολος: vel in Sermone seu Syntaxi, ut Christum oportet cælum capere.

2. Speciatim Amphibolia dicitur, cùm in plurib⁹ vocabulis conjunctis, est ambiguitas. Sic accipit Melan. in 4. Dial. de Fal. cùm ait: Arist nominat Amphibola, cùm Syntaxis vel plura verba errorem pariunt, ut: Ajo te Æacida Romanos vincere posse, Et ita discernit amphibola ab æquivocis (quibus unius vocis ambiguitas notatur) Hîc igitur acceptio scholastica à Peripateticis distinguitur. Talia amphibola interdum dicuntur ἐπαμφοτερίζοντα, ambigua, quę utrolibet verti possunt.

3. Amphibola non tantùm de verbis, sed etiã de rebus dicuntur: Dicitur enim ἀμφίβολος φήμη, ambigua fama. Et ἀμφίβολον πρᾶγμα, res seu causa.

Coroll. *Est igitur Amphibolia in verbis vel rebus.*

Αμβλυωπία.

Αμβλυωπία est hebes, iners, obtusa oculorum acies: qui hoc vitium habet dicitur Αμβλυωπὸς. Hìc non est privatio totalis sed partialis. In ἀμαυρώσει verò est σέρησις ὁλικὴ ferè, id est, lux oculorum perit penè omnis: Latini vocant caliginem oculorum. Immo nōnunquam etiam pro cæcitate accipitur. Αμαυρόω est σκοτίζω, tenebras oculis offundo. Vide Dioscor. lib. 8. c. 13.

Αναβαλικός.

Αναβαλικὴ Physicis Medicis febris, est febris quędam συνεχτικὴ, id est continés, quæ paulatim succrescit, id est, incrementum suscipit, & indies invalescit: ἀναβαίνω enim est succresco, incresco. Μέτρον ἀναβαίνον & αναβαλικὸν dicitur quòd à monosyllaba incipiens dictione continué dictionibus plurium Syllabarum increscit. Alii vocant hoc Fistulare, ut Bebelius, ut:

Cur nobis juvenes decerpitis orbiculata
Poma, &c.

Ανάβασις.

Ανάβασις stellæ vel arcus in Sphæra, est ascensio ejus, quæ recta est vel obliqua. Ei opponitur κατάβασις, descensus. De utraque consule Johannem de RegioMonte Mathem. clariss. in Tabul. Directionū & profectionum.

De ascensu & descensu Musico res est per se nota. Sicut & de ascensu in Methodo, seu ratione Inveniendi, & descensu in Methodo præcepta ordinandi & disponendi.

Est & ἀνάβασις oratorum, qua increscit oratio & assurgit gradatim à minoribus ad majora. (Incrementum dicitur.

Est & Logicorum in arbore Porphyriana: cui συγγενὴς est ascensus & descensus politicorū, in arbore cōsanguinitatis.

Ανάγκη.

Ανάγκης vox est ambigua. Itaq; teneantur sequentes distinctiones.

Ανάγκη
- Πραγμάτων, rerum, absoluta, ut cùm prædicata subjectis insunt per se.
- Λογικὴ, ἐξ ὑποθέσεως, quæ inest in Syllogismis nō demonstrabilibus, cujus gratia necesse est positis quibusdam propter ea, quæ posita sunt sive vera, sive falsa, per se sequi conclusionem.

Ad Λογικὴν ἀνάγκην refer necessitatē prædicationis, quam quidam non male faciunt in his & similibus, Aeneas vicit Turnum, Paris rapuit Helenam. Adam est lapsus, respectu nimirum eventus, qui deinceps mutari nequit. Postquam Paris rapuit Helenam, necesse est eum rapuisse (factum enim infectum reddi nequit) Hæc necessitas prædicationis vocatur: Talium propositionum judicium, postquam prædicata jam evenerunt, dicitur certa cognitio, non scientia (quæ & rei subjectæ, & animi in quo est, ratione est, ἀμετάπτωτος hoc est, immota) Antequam verò, prædicata evenirent, dicitur opinio, ut hujus, Fortes creātur Fortibus; & illius, Heroum Filii noxæ. Rodolph. Snell. in Com. Dialect. lib. 2. pag. 95.

Ανάγκη Entis
- incōplexi
- complexi

utraq; est
- absoluta
- cōditionalis.

Ad ἀνάγκην Entis incomplexi pertinet Platonis χρεία ἀναγκαία lib. 2. de Rep. Quæ & simpliciter χρεία ab eo dicitur, id est, usus. Reip. Origo est χρεία, id est

id est, usus sive necessitas: Nemo enim hominum per se satis valet ad vivendum, sed multis rebus indiget, quas ab aliis petat. Hinc hominum congregatio est in unam quandam communitatem. Hinc primum extitit civitas. Itaq; necessitas hæc Πολιτική, id est civilis dicitur.

De absoluta ἀνάγκῃ intelligenda sunt, quæ Plato disputat. 10. de Repub ubi necessitati & pensum & thronum tribuit Poëticè. Cujus Disputationis hęc est summa. Rato certoque quoddam necessitatis decreto res omnes gubernantur, quęcunq; sunt in hac rerū universitate, &, ut dicā speciatim, humana pręcipuè societas, vita & mors, omnes denique res hominum, & singula ipsorum momenta illius decreti vi & potestate reguntur. Imò ipse Deus necessitati necessariò causarum εἱρμῷ subjectus est. Necessitas hæc quędam Dea est, cum tribus Filiabus, quæ sunt Lachesis, Clotho, Atropos, quarum pensis & staminibus res omnes nostræ gubernentur. Sed hæc posteriora mera figmenta sunt. Nam nobis hoc ratum, ac fixum esse debet, res omnes nostras à Deo gubernari, sed ipsum causis secundis minimè illigari, sed causarum secundarum εὐταξίαν, & ipsum substernere, & pro sua voluntate liberrima efficacem reddere.

ANAGRAMMATISMUS.

Anagrammatismus significat literarum trajectionem. Eodem sensu dicitur Metagrammatismus, id est, literarum inversio. Ac quidem 1. est Metaplasmus grammaticus, qui dicitur Metathesis, hoc est transpositio literarū, ut Thymbre pro Thymber, δαρτὰ, κραδία, κάρτος pro δρατὰ, καρδία, κράτος, i.e. facta, cor, robur. 2. Est ingenii ludus quidam, qui fit vel syllabarum μεταθέσει (trajectione, vel ἀποβολῇ (abjectione) vel προσθέσει (adjectione) Dicam clariùs & εὐδηλότερον: fit vocum in elementa sua, hoc est syllabas & literas, dissolutarum novo contextu, aut permutatarum collocatione syllabarum in novas, atque à prioribus diversas voces coagmentatione, vel manente, vel mutata significatione.

Exercetur vel in una voce, vel in pluribus: in una, ut Nicodemus, Demonicus; Theodorus, Dorotheus; Dorothea, Theodora; Calvin⁹ ἀναγραμματισθεὶς est Alcuinus: Corpus, Porcus; Navus, Vanus: in pluribus, ut Johan. Bodinus. Andius sine bono. Hujus usu valuit, ac propterea in admirationem venit apud Ptolomæum Philadelphum, Aegyptii regem Lycophrō Chalcidensis unus septem Poëtarum, quos conjunctos vocarunt πλειάδας. Is Ptolomæum μεταγραμματιζόμενον (per translationem literarum) solitus est appellare ἀπὸ μέλιτος quasi dicas à melle, Arsinoen verò ἴον ἥρας, Violam Junonis. Multus ejus usus est hodiè apud non nullos Latinos Poëtas, apud superioris seculi Poëtas parcius. Catharinę Medicę Reginæ Galliarū Henrici conjugis inscriptionem hác, Catharina de Medices Regina mater, per anagrammatismum conversa est in hoc elogium, Dira in me regnat Circe, Medea, Thais.

Frequens etiam eorum usus est apud Gallos, quorum lingua mollior ac delicatior: elisiones, divisiones, enūciationes diversas, & cognatione ambiguas, mutationes varias, & elegantes lepidasque, atque in transpositione concinnas, allusiones venustas plures recipit, quam reliquarum gentium linguæ. Concinna est nominum Francisci Valesii, & Henrici filii κατ᾽

ἀναγραμματισμὸν seu literarum inversionem commutatio François de Valoiis. Franciscus Valesius. Hoc nomen μεταγραμματιζόμενον, id est, si literæ transponātur, reddit talem sententiam: De Façon Suys Royal, id est, ipso gestu sum Regius. Henry de Valois κατ' ἀναγραμματισμὸν parit hanc sententiā: Royes de Nul hay, id est. rex es, quem nemo odit.

Hoc ingenii παίγνιον habet suas delicias, quæ si voluptatis causa & citra insectationem nominis & contumeliam cujusquam usurpentur, & si absit profanitas aut superstitio, cum primis ego laudaverim. Quæ eruuntur ex nominibus, αὐτομάτως (fortuito) sæpissimè insunt. (Sic in meo cognomine *Goclenius* est, En Logicus: Ἀντὶ περιαυτολογίας enim hoc accipi volo.) Itaq; inde divinationem hîc pro nulla habeo, hoc est, anagrammata non facio μαντικὰ (Divinativa) Vid. Casp. Peuc. in lib. de div. tract. de sortibus.

Fit anagrammatismus aut prosa aut versu, vel uno vel pluribus.

Exempla.

H. Buchneri hæc sunt.

Janus Gruterus.
Tu gnarus Vir es.
Daniel Cramerus
Mira luce ardens.
Rodolphus Goclenius
Lepor hoc lusu dignus.
Gregorius Bersmannus
Musis regor gubernans.
Johannes Strubinus.
Urbanus in honestis, Nō astus in verbis
Laurentius Rhodomannus,
Nisu dat Laurus honorem
Salomon Frencelius,
Non vel misces lauro.
Adamus Theodoricus Siberus,
Huic sub Musis ardor est à Deo.
Johannes Lauterbacchius,
Nu charus tute ac nobilis.
Johannes Weidnerus,
En navus a vir in Deo. Jamb. Dimeter,
Andreas Kleinius,
Canens lauderis.
Johannes Leiccavsius,
Fons in viva Ecclesia.
Petrus Schreccius,
Ecce Christus suprà.
Johannes Oexnerus,
Non reus es noxia.
Martinus Hugius,
Mihi gratus unus.
Pancratius Rulmannus,
Ars sana unit Pulcrum.
Joannes Mylius,
In senio asylum.
Henericus Lucius,
Usu hercle vincis.
Andreas Henoëus Poëta coronatus,
Honos decorat opera venusta.

Hæc omnia idem Buchnerus optimus elegiacus evolvit, & fusius clariusq; exposuit.

D. Hieronymi Treutleri Silesii hoc est, de duobus conjugibus, sene & juvencula.

Ludovicus Maria,
Juva dulcis amor.

D. M. Danielis Angelocratis Latinum ex hoc complexo, MAURITIUS Hassiæ Landgravius: &, JULIANA Comes in Nassovia, hoc est: Annos agimus in amore, salva justitiæ via: hinc laus est arduis.

Ἀναγραμματισμοὶ Poëtis interdum pariunt paronomasias in metris suis, ut inquiat aliquis. *Miror nō rimor* Christi, hoc sit quomodo corpus?

Respondeo.

Fas est *rimari* Christi, hoc sit quomodo corpus.
Et fas *mirari* facta stupenda Dei.

Jus & vis *tres literulæ dominātur in orbe.*

Dicuntur & Anagrammatismorum involucra. Itaq; Anagrammatismo sæpè sub-

pè subjicitur evolutio & illustratio aut explicatio: ut Epigramma aliquod ejusmodi.

Antigrammatismus est tropus grammaticus, quo litera pro litera ponitur.

Αναγωγὴ, Anagoge.

In Logica ἀναγωγὴ syllogismorum est seu ratiocinationum 2. & 3. figuræ ad primã reductio. In Politica Platonis ἀναγωγὴ est redhibitio.

In Ethicis est Disciplina, seu educatio: τῶν παίδων ἀναγωγὴ, id est, liberorum institutio Pædagogia.

In Theologia, Græcorum accipitur tum pro evectione in sublime generatim, tum speciatim pro θεωρίᾳ excelsa, seu superiore intelligentia, seu sensu oraculorum mystico & abstruso, qui nos meditando in cœlum subvehit. Undè ἀναγωγικὴ à Theologis nominatur ea pars Theologiæ, seu interpretationis Theologicæ, quæ hominem maximè ἀξιοπρεπῆ & speculabũdum requirit. Seu Anagoge est allegoriarum & typorũ Veteris Testamenti in Novo Testamẽto explicatio atq; applicatio. Sic dicta, quia quasi reducto velo quę sub involucris illis latebant, evolvuntur, propiusq; & clariꝰ spectãda proponũtur.

Sic si quis Christum cum Ecclesia, tanquam caput cum corpore, vel eundẽ Christum cum Mose, vel Christi carnem, & sanguinem cum pane & vino Eucharistiæ comparet, Analogia est. Aliud quàm Anagoge, est *Anagogia.* Hæc enim est ἀπαιδευσία, quando nulla prorsus est Pædagogia, seu disciplina. Sic utitur Plato in Politicis.

Sanguinis Anagoge in Physicis est sanguinis exscreatio, seu rejectio, quæ etiam dicitur αἵματος ἀναφορὰ à græcis Medicis, Latinè cruenta ejectio.

Αναγωγικὸς νοῦς dicitur, cùm sensus literalis, ut vocant, in spiritualem vertitur. Budæus.

Anagogicus sensus, scripturę opponitur literali, tropologico & mystico seu allegorico.

Anagogicꝰ dicitur Cabala, quia ea expositio quę dicitur ore Dei tradita Moisi, & accepta per successionem, semper ferè sequitur Anagogicũ sensum, qui inter omnes est sublimior & divinior, sursum nos ducẽs à terrenis ad cœlestia, à sensibilibus ad intelligibilia, à temporalibus ad æterna, ab infimis ad suprema, ab humanis ad divina, à corporalibus ad spiritualia. Exemplum: ꝓmittitur Hebręis in Prophetis Messiã nos liberaturũ à captivitate, & adducturum in terrã promissionis, & in Jerusalem & in templo congregaturum: ipsi hæc literaliter intelligentes, dici de captivitate mũdana, & de terra promissionis, quę est Judęa terrestris: similiter de materiali civitate Hierusalem & Templo, nõ possunt credere illum Messiam fuisse, per quem ejecti sunt de illa terra promissionis, & civitas destructa, & dirutum fuit templũ; quod si voluerint simul cũ Cabalistis anagogice exponẽdo scripturam intelligere, illa de cœlesti Hierusalem, de captivitate spirituali, de cœlesti terra viventium cognoscant, & confiteantur necesse est, illum verum fuisse Messiam, per quem totus plane orbis de manu Dæmonis, cui per idololatriam serviebat, fuit liberatus.

Ανάθημα, ἀνάθεμα.

Ανάθημα est donarium seu donum quod dicatur seu cõsecratur Deo, parietibꝰ & columnis templi appẽsum, ut sunt clypei, coronæ &c. Græcè etiam sunt ἀφιερώματα. Sunt & ἀναθήματα ornamẽta urbis, vel quælibet, ut convivii etiam, ut apparet, ex Odyssea Homeri. Estq; vox ducta à θῆμα, quæ significat locũ, in quo aliquid reponitur. Ανατίθημι suspendo est. Futurum hujus ἀναθήσω.

Ἀνάθεμα significat hominem sacrum, id est, exsecrabilem, cujus caput diris seu inferis diis devotum est: qui hominum communitate est indignus. Ἀνάθεσις est dedicatio seu consecratio. Chrysost. enarrans illud Rom. 11. Optabam anathema esse à Christo, interpretatur ἀνάθεμα separationem, quæ Græcis est ἀποχωρισμός. Quemadmodum enim, inquit, τὰ ἀναθήματα intacta sunt, ut Deo consecrata, hominumq; commercio ac usui exempta: Sic ab Ecclesia ejecti & extorres communione & convictu fidelium mulctati sunt & abstracti, ut convertit Guliel. Budæus verba Græca. Photius etiam apud Oecumenium Anathema esse interpretatus est de separatione & alienatione, ut sit χωρισθῆναι & ἀλλοτριωθῆναι, ac si eo loci dicatur hoc: O Judæi nolite existimare, ideò me vos solicitare, & ad Christi fidem evocare, quòd jam ad Christum transierim. Tanti enim mihi fuit vestra popularium meorum salus, ut si fieri posset, divinitus optarim vos ad fidem ascitos esse & me adhuc à Christo alienatum. Non nullo est numero hæc ἑρμήνεια seu interpretatio, quia apud Græcos interdum ἀνάθεμα idem est quod ἀνάθημα.

Ἐν παρέργοις hoc fit, quòd in Oeconomicis vasa distribui possunt in ὀργανικὰ, quæ usus, & ἀναθηματικὰ, quæ ornatus causa habentur.

Ἀνακόλουθον.

Ἀνακόλουθον est idem quod inconsequens; Estq; vel Logicum, vel Grammaticū vitium, quod species est Solœcismi. Ejusmodi sæpiuscule occurrunt in Ethic. Piccolhom. ut: Ordiens à prima difficultate, ea apprimè obscura est: Pro, Ut ordiar à prima. In libro 4. Vigilii hoc est. Illud etiam libet pertractare capitulum; in quo tota effrenata furoris vestri erupit insania, id intendentes asserere; pro qui intenditis cap. 7.

Anacoluthon Grammaticum etiam sic definiri potest: Cum vox, quæ in posteriori sententia parte ponitur, incōsequens est ad priorem, ut: Ter: in Eunucho. Phædr: Cur ergo in his te conspicor regionibus? Thr: vobis fretus. Donatus huc refert & illud Terentii: Omnia priùs experiri quàm armis sapientem decet. Cic: Diu commoratus Athenis, quoniam venti negabāt solvendi facultatem, erat animus ad te scribere. Cave, hoc imiteris.

Ἀναλεκτικὸν carmen.

Analecticū carmen dicitur, quod sparsa colligit Fortè & συλλεκτικὸν, & συναγαγικὸν dici possit. Sed ἀναλεκτικὸν significantius esse videtur. Ejus exemplum est inscriptum geniali thalamo D. Magistri Bernhardi Matthæi, Viri sanè piè humaniterque eruditi, hoc, (à me τῷ παχυτέρᾳ μούσῃ factum)

De benè laudato Matthæum stirpe creatū
(Doctor in hac veluti stella Philippus erat)
Relligio *decorat Bernhardum purior auro.*
Et Virtus *sacri lampas honosq; chori*
Myrteaque *exhilarat sponsum, Gestamen amoris,*
Sponsaque Elisa. Deus *gaudia casta probat,* *(valere:*
Otia amica probat: nunc Regia strata Fesso dulce quies Arbore *sub viridi.*
O nimium fœlix, quem nullo obstante, beārunt
Relligio Virtus, Myrtea, Sponsa, Deus. *(prolis*
Faxit is, ut longùm pulcra cùm germine Bernhardus jaceat fronde super viridi.

Ἀνάληψις.

Ἀνάληψις (Resumptio) 1. est supradictorum

rum repetitio eaq; brevis. Talis est l.3. Eth.Arist.c.8.In eo enim breviter repetit Ar. quæ de vitutute hactenus in genere dicta fuerunt.

2. Est cum id, quod κοινὴ id est, universim est dictum ex suis speciebus declarandum & illustrandum assumitur. Th.Zuinger.in schol.in 2. c. l. 1. Eth. Arist.

Ἀνάληψις & ἀνακεφαλαίωσις frequētes sunt in ordine resolutivo, ut, cùm sit omnium artificiosissimus, partium cohærentia melius observetur.

Ἀναλογία.

1. Ἀναλογία significat proportionalitatem, vel congruentiam rei ad aliquid relatæ, vel parilitatē, ut cum dicimus, Cicada habet magnas alas, pro proportione corporis; nā parvæ sunt, si ad alas conferantur Papilionum.

2. Hinc analogia tum est,
- Proportionis, cum inter duo, vel plura aliqua est convenientia, ut inter Lineas parallelas, Corporis humani formam externam, & verum hominem & ejus imaginem.
- Attributionis, cùm aliquid uni primo inest; alteri deinde propter illud. Talis analogia est inter Deum & creaturas, quia hæ ab illo dependeat, & inter substantiam & accidens. Entitas primò Deo, secundariò creaturæ tribuitur.

Tum analogia est
- Specialis, ut mathematica, quæ præcipuè est
  - Simplex
    - Arithmetica. Talis enim est inter Deū & creaturas:
    - Geometrica.
  - Quasi mixta, seu composita: Harmonica.
- Generalis, ut Logica, Talis est inter Deum & creaturas.

3. Analogia in grammatica, est regula in qua multa conveniunt: Opponitur ei anomalia. vel Exceptio (Græcè ἐξαίρεσις) ac regula hæc adjūgitur, 4. In quātitatis Syllabarum doctrina, est similitudo, & quædam velut proportio, qua voces alias cū aliis comparatas dijudicamus: Jac. Micyll. Argentoratens. de re metrica, ut quia amabilis penultima brevi, antepenultima autem longa efferri solet, Affabilis quoq; & similia, eodem modo pronuncianda censem⁹. Est enim ἀνάλογον illi, hoc est, ex eadem conjugatione, similiterminatione formatum.

Hæc analogia potissimum versatur in
- Terminatione
- Flexione
  - Conjugatione.
  - Declinatione.

Alii sic dicunt: Analogia est æqualitas diversorum nominum propter similitudinem derivationis, ut media in alumine producitur. Sic & in bitumine; ut antepenultima brevis in monumento, sic & in documentum (par hîc ratio) Hæc enim si ortum spectes sub eandem rationem cadunt.

Analogia Syllabarum proportionalium seu correspondentium, est, qua syllabas invicem collatas discernimus. Videntur enim plerumque ejusdem quantitatis esse, quæ eandem habent enunciciandi & derivandi rationem.

Regula. In analogiâ similibus, si valet ratio quædam in uno, valebit eadem quoq; in altero. Si dicere licet conditionatum, quid vetat, quo minus dicam etiam occasionatum.

Analogiâ similium eadem & par est ratio. Hîc par ratio modò æqualis, modò similis, intelligitur Quintilianus libr. 1. cap. 9. de hac analogia Grammatica. Consuetudo certissima loquendi Magistra, utendumq; est plane sermone, ut nũmo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt acre judicium, in analogia præcipuè, quàm proximè ex græco transferentes in latinum proportionem vocarunt. Ejus hæc est vis, ut id quod dubium est, ad simile aliquid, de quo nõ quæritur, regerat, ut incerta certis probet.

4. In Theologia Analogia est typorum, & allegoriarum Veteris Testamenti, & tropologiarum aptè & concinne tractandarum commune quoddam instrumentum.

Estq; comparatio rei unius relatæ.
- Ad se ipsam.
- Ad rem aliam.
- Ad signum aliquod, ut cum comparatur Christus cum Ecclesia, ut caput cum corpore, vel Christus cum Moise, vel Christi caro & sanguis cum pane & vino Eucharistico.

Usus Analogiæ Grammaticæ.

HOc in Quæstione versatur, An in Grammatica & Linguis valeat Analogia? In utranq; partem versata est à viris literatissimis.

Aristarchus nobilis Grammaticus Analogiã defendit: Crater contrà oppugnavit. Rationes utrinq; à M. Varrone explicantur in monimentis, quæ supersunt ipsius de Analogia Disputat & de eadem, quod jam ante innuit Quintilianus, & post eum P. Ramus in Scholis Gramm.

Ludovicus Vives emuncti ingenii & judicii vir de Analogia sic judicat in 13. lib. August. ad hæc verba ejus: Ab eo quod est oritur, fit verbum præteriti temporis ortus est, & si qua similia sunt, quæ tẽporis præteriti participia declinantur. Ab eo v. quod Moritur si quęramus præteriti tẽporis verbũ, responderi solet mortuus est, U literâ geminatâ. Sic n. dicitur mortuus quomodo fatuus, arduus, conspicuus, & si qua similia, quę non sunt præteriti tẽporis, sed quoniã nomina sunt, sine tempore declinantur. Verum hoc Augustini volo nunc in suspenso esse. Alibi dixi τὸ mortuum accipi interdum pro perfecto Græcorum τεθνηκὼς. Ex analogia est à Traha (pro quo Virg. in Georg. Trahea, ein Schlitte oder ein Schlitte) traharius, à plaustro enim est plaustrarius. Quidam negant rectè dici Proconsul, Proprætor: volunt dicendum pro Consule & pro Prætore. Hic opponitur Analogia, ut dicitur Proavus, pronepos, sic quoq; dicitur Proconsul, Protector, Proprinceps. Dicat fortè aliquis, ut à pius pietas; sic ab industrius industrietas. Resp. Analogia nihil conficitur, si destituitur usu seu exemplo & authoritate. At ut ab assiduus assiduitas; Sic ab Arduus arduitas.

Digitized by Google

duitas. Nam arduitas montium legitur apud Varr. 1. de re rustica. Non ut dicitur PróConsúl. duabus dictionibus. Sic quoq; dicitur pro avo pro proavus. Nō ut tum dicitur pro tunc: sic quoq; num dicitur pro nunc. Itaq; analogia non est ad omnia absolutè trahenda.

Quæritur; An rectè dicatur: Totus, toti, toto? Affirmo.

Affirmationis meæ ratio duplex est, Una Analogia; Altera Auctoritas. 1. ut Quotus quoti, quoto: sic totus, toti, toto.

Tu quotus es, totus esse velis, & cetera nolis,

Pulcra (absit φιλαυτία) γνώμη. Quotæ declinationis est noema, totæ est schema. 2. Unde verò inquis, huic assertioni fidem facies? Regulam Jureconsultorum de Collateralibus tacitus prætereo his verbis à quodam pronuntiatā: Quoto gradu uterq; distat à stipite, toto gradu inter se distant. Nam alii pro toto dicunt eodem. Laudo Buchanan. lib. 5. Sphær.

Pars ferruginea latitat tota Solis in umbra,
Tum quota pars Lunæ Solis subtenditur orbi,

& Manilium lib. 5.

Detrahitur summa tota pars, quota venit &c.

Ad παραλειπόμενα igitur Grammaticæ usitatæ pertinet quod Totus prima brevi à Tot Dativum habet Toto, Genitivum Toti.

An dicatur Meretrix?

Ex analogia sic quendam argumentatum memini, ut dicitur Genitrix, non Genetrix; Sic quoq; Meritrix nō Meretrix pro scorto meritorio. Cui alius negavit consecutionē. Quod, n. dicitur Genitrix nō Genetrix, inde est ajebat q masculinum est Genitor. Non a.

Meretrix est à merit or, sed, nisi fortè hallucinor, à meteo. Meritorium autem est, à meritor voce inusitata. Hæc ille.

Quæritur an rectè dicatur Internundinium?

Respondet hîc analogia seu similitudo; Ut dicitur Interlunium, trinoctium: Ita quoq; Internundinium, quod novem dies inter se continuos habet.

Dicendumnè Dubiitas, an Dubietas

Consule hîc analogiam: ut ab anxius anxietas, à varius varietas, à pius pietas, ab ebrius ebrietas; sic à dubiis dubietas: Quia ab adjectivis in JUS deducta substantiva I posterius genitivi mutant in E addito τας. At ut à strenuus strennitas, sic ab assiduus assiduitas, à fatuus fatuitas, quia ab adjectivorum in Uus & Us impurum Genitivis singularibus & Is terminatorum Dativis singularib⁹ deducuntur substantiva addito Tas, ut Firmi firmitas, tenui tenuitas, vidui viduitas, perspicui perspicuitas.

An dicendum Lapidicina?

Resp. Ut dicitur Homicida pro hominicida, sic dicitur Lapicida pro lapidicida, unde Lapidicina.

Ex analogia nonnunquam judicantur barbara: ut Barbarorum est Occasionatum; sic quoq; confessionatum. Idem fortasse judicabis de proportionatum, Complexionatum, & conditionatum, quæ tamen à multis Philosophis recepta sunt.

Analogiæ etiam magnus usus est ad cognoscendam quantitatem syllabæ, *veram notationem & facienda nova vocabula.* Ut sepulcrum est à supino sepultum, lavacrum à lavatu, aratrum ab aratu, mulctra à mulctu, plectrum à plectu: sic involucrum est à supino involutum, Lu igitur Syll: in voce In-

volucrum semper longa est; etsi non desint etiam χαρίεντες, qui corripuerunt. Ut funebris à funeris e brevi: Muliebris à mulieris e brevi: sic salubris à salutis u lõgo. Pueriliter igitur errant, qui Lu in salubris faciunt ancipité. ut anceps est syllaba, quæ proximè ultimã est in muliebris & funebris. Ut à θεραπὴρ est θεραπήριον, à θρεπτὴρ θρεπτήριον; sic à ποτὴρ est ποτήριον. Non itaq;, ut loquar ἐπ᾽ ἀδιαβάτως, ἐτυμολογεῖ qui dicit ποτήριον (poculum) dictum esse à πότος & τηρέω, quasi πότον τηρῶν, potum servans. T in voce ποτήριον, sumitur è voce πότος non è verbo τηρέω. Ποτήριον igitur si dicas est πότον τηρῶν, Allusio tantum fuerit, ut testamentum, testatio mentis. Ut à cœnatu cœnaturio: sic à generatu generaturio, i.e. cupio generare, à mercor mercaturio.

Quæritur, An rectè dicatur Occentare?

Sic quidam legunt apud Plautum, Occentare ad ostium amicæ, **Hoffiren/ ein Hoffrecht machen:** Sed Analogia suadet scribendum & legendum Occantare. Dicitur enim Incantare, Recantare, Decantare, excantare, non incentare &c.

Quæritur an Perpendiculum habeat antepenultimam brevem?

Resp. affirmate: Quia ut vehiculum habet brevem antepenult: à vehis; sic perpendiculum à perpendis. At redimiculum à redimis. Ut rudimentum, sic experimentum, periculum, quia dicuntur ab obsoleto perior, periri.

Ex Analogia interdum ostenditur Etymologia. A minister est ministro: Ergò à Magister est Magistro. A velum est velo, ab otium otior: Ergò & à Regnum est Regno; à stagnum stagno.

Ab honor est honoro; Ergò à labor laboro.

Hìc cavendum ne accipiamus imparia pro paribus. Non enim sequitur, probo est à probus: Ergò luceo est à lucus: Nuncio est à nuncius, Ergò scio est à scius, quo utitur Apulejus, unde nescius, inscius.

Analysis.

Analysis resolutio est vel dissolutio ejus quod compositum vel contextum est: Ἀναλυτικὸν resolutorium.

Analysis Organi Aristotelis pertinens ad necessitatem syllogismi ostendendam duplex est.

Aut enim ipsa formula collectionis, seu συλλογῆς consideratur, utrum syllogistica sit, an ἀσυλλόγιστος: *aut materia*, & res, quæ astringuntur his formulis ac modis, an necessariæ sint, & quæ veritatis causa aliter habere nequeat, considerantur. Priorem analysin prioribus duobus, posteriorem duobus posterioribus analyticis libris tractat Aristoteles.

Appellatur porrò hæc analytica, seu Resolutoria, quia docent στοιχεῖα ac principia, in quæ omnis ratio syllogistica dissolvitur, & ex quibus etiam omnis componitur. Hæc cognitio ad exquisitam eruditionem, quæ tractandis scientiis accommodata sit, pertinet. Διδασκαλικὸν hoc gen⁹ est. Topica popularis est, (id est, contenta rationibus popularibus seu communibus) & liberior probando & refellendo, disputandoq; in utramq; partem. Ac eo pertinet πειραστικὴ dialectica, quæ experiundi seu tentandi causa contra aliquem disputat, seu qua imperitiam alicujus refellimus profitentis aliquam scientiam, cujus tamen est ignarus.

Methodus analytica dicitur τρόπος ἀπὸ...

μῃς. Ejus peritiam Aristoteles definit παιδείαν, qua simpliciter est aliquis eruditus, ut possit quamq; rem suo & accommodato modo tractare rationibus veritati congruentibus. Hæc nos docet ne aut exquisitiores, quàm par sit rationes & demonstrationes in rebus contingentibus requiramus, aut in secretis & Mathematicis adhibeamus, quæ materiæ causa aliter se habere possunt. Vide Aristotel. Ethic. Et eundem in Metaphys.

Exercentibus logicam analyses sunt compositorum scriptorum resolutiones, quibus opponuntur geneses, seu compositiones (συνθέσεις.)

Ἐπιθυμίαν ἔχω τὸ ἀναλῦσαι 1. ad Phil. est Desiderium habeo remigrandi: vel, cum desiderio tendo ad remigrationem. Ph. Mel. paulò ante mortem decumbens dixit ad Joachim. Camerarium (Græcorum superioris seculi κορυφαῖον) se impensè delectari dicto Paulino, ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι, interrogavitq; eum, an aliquid de significatione verbi ἀναλύειν in hypomnematis suis annotâsset: quod cum incuria à se prætermissum esse Camerarius responderet, cœpit cum eo Melanchthon commentari de hoc vocabulo, & dixit, Interpretem non rectè vertisse, Cupio dissolvi. Nam ἀναλύειν significare abitum parare seu migrare, seu remeare. Unde καταλύειν divertere & commigrare, Einkehren/ denotat, & Κατάλυσις diversorium seu hospitium est. Putavit igitur Mel. hunc esse sensum verborum Pauli: Flagro desiderio discedendi seu migrandi ex hoc ergastulo in cœlum, & ad hanc profectionem seu migrationem toto animo me comparo. Ea re factum, ut hoc quoq, distichon in ore & animo subinde Melanchthon habuerit:

Sic ego quotidiè de lecto surgo precando,
Ut mens ad mortem sit duce læta Deo.

Apud Homer. Odyss. 10. est ἀναλῦσαι πρυμνήσια, solvere rudentes, quod est nautarum migraturorum. Iidem à Latinis dicuntur solvere oram Quintilianus eleganter, permittamus vela ventis, & oram solventibus benè precemur. Ora hîc est funis, quo navis ligatur. Solvamus ellipsis est, & metaphora pro Discedamus. Oram maris legere est littora seu loca terris proxima prætervehi.

ANALYTON.

Poëtis & Oratoribus Analyton est cùm unum in duo deducitur per conjunctionem copulativam, ut chalybem frenosque momordit, id est chalybeos frenos. In partem prædamq; vocari, id est partem prædæ Cic: Æstu febriq; jactati per æstuante febri. Al: Hendyadyo: Figura tamen magis Poetica, quàm Oratoria,

Ἀναμνᾶν.

Ἀναμνᾶν est in memoriam revocare seu ὑπομνᾶν.

Ἀναμνησθῆναι est in memoriam revocari: Plat. in Phædon.

Ἀνάμνησις est recordatio, id est præteritorum in memoriam revocatio. Physici:

Ἀνανταπόδοτον, & Ἀνταπόδοτον.

Antapodoton est, ubi aliqua pars orationis non redditur, vel cum deest aliquid orationi, ideoq; ut perfecta fiat, supplenda est. Epist. Cic. libr. 9. Ep. 16. videatur alicui esse anantapodoton (pro quo Keckermannus etiam dicit anacoluthon) vel imperfecta sententia. Etsi non facilè dijudicatur rumor verus & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi au-

rum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. cetera sunt signa communia. Sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo vereq; arbitror diligi &c. Verum observandum hîc est *Sed* poni pro *Tamen*, vel pro sed tamen, vel Attamen, vel Veruntamen ut ellipsis sit ꝟ Tamen. Interdum ellipsis est ꝟ etiam: Obliti estis non modó inimicorum Milonis sermones, sed nonnullorum imperitorum. Cic: pro Milone. Græcismus est; Græci enim interdum dicunt ἀλλὰ pro ἀλλὰ καὶ, vel ἀλλὰ δὴ καὶ.

Ἀναπνοὴ, *Anapnoe.*

Ἀναπνοὴ propriè est respiratio, seu reciprocatio Spiritus, cum aër accipitur & redditur. Hæc etsi cordi præcipuè servit: à corde tamen non proficiscitur, sed est diaphragmatis & pulmonum opus, allaborante cerebri motu & aliis. Aristoteli de mundo πολλαὶ ἀναπνοαὶ sunt multa spiracula.

Impropriè accipitur pro aura & vapore à Basil. in Epist.

Anaphora.

Anaphora signi vel cujuscuuque arcus Zodiaci in doctrina sphærica est portio, seu circumferentia aliqua æquinoctialis (hic enim circulus est mensura, qua ascensionum & descensionum tempora metimur) quæ cum arcu illo Zodiaci supra Horizontem ascendit. Latinè ascensio signi. Vide Firmicum. Ei opponitur καταφορὰ (descensio) utraq; fit in sphæra seu horizonte recto, vel in sphæra obliqua.

In Geometria anaphora est relata æqualitas, ut analogia est plurium rationum, ad minimum duarum anaphora, id est, relata æqualitas. Ad minimũ inquit; quia ponitur ad minimum 4. numeri (qui faciunt duas rationes) vel actu ut 2.4.6.12. & dicitur disjuncta, vel potentia (cum medius bis sumitur) ut 3. 6. 9. & dicitur continua analogia.

In Rhetorica Anaphora figura repetitionis est, (quæ & Anastrophe à nonnullis dicitur) quæ fit cum in principio singulorum membrorum aut versuum eadem dictio iteratur, ut Verres calumniatores apponebat. Verres de causa cognoscebat. Verres pronunciabat.

Anastrophe.

Anastrophe est inversio præpositionis vel trajectio conjunctionis, Virg. His accensa super Terent. Enim non sinam: quod obsoletum, Interdum ex duabus vocibus facit unam, ut ea propter. Eatenus pubetenus tecum. Et tum Tmesi opposita est, quæ est resolutio vocis in duas aliquo interposito.

Interdum ex una duas, ut I præ, id est, præi.

Ἀνατομία.

Anatomia generaliter & specialiter usurpatur.

Generaliter idem est quod Ἀνατομὴ id est disjectio vel incisio.

Specialiter sumitur pro humani corporis per sectionem investigatione. Ea propter non est Medici seu Physici. Posteaquam verò physiologi eam negligentius tractaverunt, quod nihili vel parum inde lucri una cognitione excepta, & plurimum invidiæ & insaniæ perceperint, Medici eam adse rapuerunt, summaq; diligentia ac industria, ut ad praxin utilissimam excoluerunt, judice Theod. Zuingero.

Antanaclasis.

Antanaclasis, generaliter voce accepta Plinio est motio reciproca & refracta: &

cta: alias vertitur repulsus & repercussio. Ita antanaclasis est in ludo pilæ, quo expulsim & datatim rejicitur, seu repellitur: à voce antanaclasis, quæ etiam significat repercussum, seu revibrationem, ut loquitur Plinius, (ab ἀνακλάω) seu ἀποστροφήν.

Antanaclasis in Rhetorica est figura λέξεως idem verbum repetens, paulum vel valdè diverso sensu, ut eum qui non novit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Hic posteriore loco significatur victima pro peccato, seu sacrificium expiatorium, Mundus nō est mundus. Ero mors tua ô mors. Vocatur etiam Ploce aliquando, Joh. 3. ὁ ἐκ τῆς γῆς ἐκ τῆς γῆς ἐστι. Antanaclasis est in qua iisdem verbis significatur, primò substantiæ origo, deinde ingenii affectio. Joh. Piscator in Joh.

Scitum & elegans hoc Augustini. *Assumpsit vita mortem, ut vita occideret mortem* (id est mortalem naturam) Tractat. 26. in Joh.

In specie Antanaclasis est ejusdem verbi contraria significatio, vid. Quint. lib. 9. cap. 3.


Significat nonnunquam ἀντιστροφὴν, ex altera parte responsum, reciprocationem, vel permutationem, seu commutationem reciprocam.

Ἀντανακλαστικαὶ ἀντωνυμίαι, sunt pronomina reciproca.

Qui participio partium orationis (id est specierum, vocum) numerum non augent. (Sed id ad nomen referunt) appellant, ipsum προσηγορίαν ἀντανάκλασον seu ἀντιστρέφουσαν id autem sonat appellationem reciprocam, itidemq; ex altera parte respondentem, quoniam sic dicatur, currens est cursor & cursor est currens. Scal. de causis lat. ling. cap. 141. lib. 6.

Antanaclasis Homonymiæ species est, cū nomen cū verbo, vel adverbio, vel verbum cum nomine & adverbio similem habet terminationem, sed tamen diversam significationem. Logici in doctrina fallaciarum, vocant σχῆμα τῆς λέξεως id est figuram dictionis. A Rhetorib⁹ dicitur Antanaclasis, ut jucundum est amari, si nihil insit amari. Amand. Polan. lib. 1. Logic. Emendatæ.

Ἀντί



In quibusdam significationem habet modò vicis modò contrarietatis.

1. Generis Exempla:

Ἀντίληψις receptio est. Ἀντέκλημα criminis relatio

relatio. Ἀντικατηγορία *est reciproca prædicatio.* Ἀντίδοσις *mutua donatio; Sic* ἀντίδωρον. Ἀντιπελαργεῖν *est benè meritis vicem rependere.* Ἀντιμέρεια *cum vox pro voce ponitur* Ἀντίχρησις *species pignoris dati loco usurarum (ut, exempli causa, domum oppignoratam usurarum vice inhabitat creditor) l. si servus caput quod cum eo.*

Ἀντίχειρ, *id est, pollex, quasi vicemanus: vicaria manus.*

Ἀντιβαλλόμενα *sunt æqualia, æquales vices habentia.* Ἀντίῤῥοπον *est æquilibre seu ἰσόῤῥοπον, æquè valens, ejusdem momenti.* Ἀντίπλασος *est similiter factus.* Ἀντίθεος *similis Deo, divinus,* θεομορφής.

II. Generis Exempla.

Ἀντιλεγόμενα, ἀντίλεκτα *sunt controversa, quibus opponuntur* ὁμολογούμενα, *(confessa)* Ἀντικείμενα *sunt opposita.* Ἀντιδιῃρημένα *sunt species ejusdem generis divisione juxta se seu è regione positæ* Ἀντίθεος *est adversus Deo.* Ἀντικατηγορία *est contraria accusatio.* Ἀντίδοτον *est quod datur cōtra venena.* Ἀντιδόξων *est, qui contrariæ est opinionis.* Ἀντιπρόσωποι *adversis frontibus sese aspicientes.*

Utriusq; significationis Exempla.

Ἀντίχριστος, *vicarius Christi, Prochristus, vel contrarius Christo. Sic* ἀντίθεος. Ἀντίλεξις. Nam ἀντίλεξις *ad Objecta est responsio: Et* ἀντίλεξις *est dictio* ἰσόῤῥοπος *hoc est significatione alteri par. Interdum significatio vicis & contrarietatis conjuncta est, ut in vocibus* ἀντιπάθεια, ἀντιπίπτω, *Hic contrà & vicissim simul significantur.*

Usus.

Distinctio hæc significatorum necessaria est in disputatione de satisfactione Christi pro nobis & peccatis nostris per pœnarū in ipsum derivatarum solutionem, quam impugnat Socinianus Michael Gottichius contendens in hoc argumento Pro *nobis aliter accipiendum, quam loco seu vice nostri. Refutat eum notio vocis* ἀντιλύτρου. Ἀντίλυτρον *enim significat 1. pretium quo redimuntur capti ab hostibus in bello aut piratis; 2. cum caput capite, vita vitā redimitur.* Ἀντιλυτρόω *enim est vicissim redimo. Jam verò Christus se pro nobis dedit* ἀντίλυτρον, *1 Tim. 2. Ergo Christus est pretium illud quo captivi redempti sumus è manu Diaboli, pretium, inquam, vita constans non pecunia. Voluit scilicet esse* ἀντίψυχος, *hoc est devotus pro nobis mortem subeundo Aliam significationem vox* ἀντίψυχος *non habet. Eaq; Decio Romano rectè tribuitur. Is enim voluit pro Romanis mori: Ita Christus* devotus *pro nobis factus* ἀνάθεμα *& piaculum animam pro nobis suam ultro devovit & exposuit, verè* ἀντίψυχος: *Verè* ἀντιλυτρωτής, *id est, redemptor pretio persoluto. Hinc arguo contra Socin.*

Ἀντίλυτρον *pro nobis redimendis solvere, est pro nobis satisfacere; Christus* ἀντίλυτρον *pro nobis redimendis solvit Matth. 20. Ergo Christus pro nobis satisfecit. Falsum igitur est, purum putum humanum esse commentum enunciationem: Christus loco nostri mortuus est; hanc verò tantum veram esse: Christus nostri causa mortuus est.*

Ἀντικατηγορούμενον.

Anticategorumenum in logica est prædicatum reciprocum, id est, quod cū subjecto convertitur, ut risivum cum homine. Aristot. 1. Topic. & in post. analyt. *Aliàs* talia dicuntur, ἐξισάζοντα & ἀντιστρέφοντα.

Anticategoria est reciproca seu mutua prædicatio. In Politicis anticategoria est

μα est ἀντέγκλημα vel ἀντίκλημα, criminis relatio recriminatio, si ita loqui liceat, (Budæus sanè ita convertit) Quintilianus vocat mutuam accusationem. Estq; criminis ejusdem, vel diversi. Si clamas *o Narr*, Sylva reclamat ὅρας.

Ἀντιλογία.

Antilogia est repugnantia vel repugnans sermo, ut hîc, Scipio se nunquã minùs otiosum esse ajebat, quàm cum otiosus, nec minùs solum, quam cum solus esset, si verba spectentur antilogia est, esse otiosum, eodem tẽpore, & minimè esse otiosum, maximè esse solum, & minimè esse solum. Quod si sensus verborum, tam admirabilium inquiratur, quasi ænigma erit, quod sic solvendum, ut otium & solitudo corporis, mentis autem occupatio intelligatur 1. Hieronymus Wolfius in Officia.

Antilogia Platoni est ars concertatoria, seu contentiosa sophistarum, aliàs dicta eristica & ἀντιλογική.

Antilogicus etiam nonnunquam accipitur in bonam partem, pro eo quod est refutandi peritus, δυνατὸς ἀντιλέγεσθαι. Antiloga Quintilian' vocat contradicta.

Ἀντιπεπονθὸς. *Reciproca passio.* Barb. *Repassum.*

1. Ἀντιπεπονθὸς in Ethicis generatim est jus, quo omnia ad æqualitatem rediguntur. Sicut 6. Euclidis docet Christophorus Clavius rectè quamcunq; inæqualitatis proportionem ad æqualitatem revocari. Ita accipit Aristoteles 2. pol. c. 2. Hoc jus excogitatum est, ad dandam reipub. salutem liberandamq; civitatem, (in qua sunt liberi & æquales homines naturâ) omnibus incommodis, quæ aliter necessariò illic orirentur.

Canon: ἴσον ἀντιπεπονθὸς maximè servat Rempubl. Itaque uniendi cives sunt, per adæquationem Arithmeticam, vel Geometricam.

2. Speciatim accipitur pro pœna Talionis, cum delicto seu injustè facto par supplicium auctori injuriæ affertur: vel pro jure Talionis, quo quod alteri fecimus, idem vicissim patimur. Gualterus Donaldsus in Synopsi Ethices Aristotelicæ.

3. In Physicis ἀντιπεπονθὸς est actionis reciprocatio, mutua effectio & passio, passionis reciprocatio retributa seu reciprocata actio & passio, ut loquitur alicubi eleganter Zabarella. Τὸ ἀντὶ n. (quod denotat vel contrarium, seu repugnantiam, discordiamvè oppositam convenientiæ consensus & cõcordiæ, vel vicem, aut vicissitudinem, aut proportionem naturæ communem vel similitudinem) interdum quoq; significat aliquid actionis, videlicet in resistentia, ut placet Scaligero. Definitio hæc huc pertinet. Quodcunq; habet cum alio materiam primam communem, agendo etiam patitur.

Explicat.

Repugnant.) *ut ἀντιπάθεια, est inter felem & murem Ille est ἀντίθεος, id est, contrarius Deo.* Ἀντίχριστος, *adversus Christo.*

Similitudinem) *ut Nestor, est ἀντίθεος, id est, est similis Deo apud Theognidem.*

Vicem) *Hic est Antichristus hoc est vicarius Christi.*

Reciprocæ figuræ in Geometr. Eucl. lib. 6. sunt ἀντιπεπονθότα σχήματα, cum rationum termini in utraque figura reciprocantur, seu convertuntur.

Ἀντιπεπονθὸς in Figuris Arist. est ἀντιστροφὴ ἀναλογίας & ἀναλογία ἀνάπαλιν. Sed reciprocatio figuris non attribui po-

test propriè id est, καθόλυ seu primò, quia omninò res Arithmetica est, teste Arist. lib. 5. Eth cap. 3.

Ἀντιπερίστασις, Circumobsistentia.

Antiperistasis dicitur ab opposito, seu obstante circumdante, seu à contrario circumstante, ut cum calor in interioribus augetur, & continetur, cohibeturque intrò, ita ut exire non possit propter frigus externum oppositum, & ipsi (calori) obstans eumque circumdans. Vox φυσιολόγων propria.

Calor κατ' ἀντιπερίστασιν, id est, per objectum contrarium foris obstans membra exteriora frigentia, circa partes vegetativas, ventriculum, cor, epar, in somno, qui σωτηρία est τ̃ ζώυ, compellitur, in unum locum coit, & fortius unitur ad coctionem perficiendam. Seu calor per antiperistasin cõctactus fit fortior circa interiora, ad quę revocatus est sub noctem, ideoq; cõcoctio meliùs potest perfici, & spiritus melius gigni de alimento. Revocationis autẽ caloris sub noctem ad interiora I. causa est sensus naturæ languescentis, quando corpus vivifico illo humore Solis destituitur. Nam sentit languorem nonnullum, & in sensu illo deficiente cor, domicilium vitæ, vult sibi consulere copiosiore pabulo, ne vis naturæ afferatur. Itaq; calorem cum spiritibus subtractum exterioribus introrsum revocat. Interdiu natura est aliquantò firmior, & integrior, dum Sol supra Finitorem commoratur, qui sua præsentia corporibus vigorem impertit, calor item est fortior, adeoq; coctio ipsa. IdeoMedici præcipiunt largiùs prandendum, cœnandum parcius, quia etiam debilis ventriculus largius prandium melius conficere potest, quam cœnam tenuem. Cerebrum etiam interdiu incalescit magis ex illi* contentionibus: Itaque qui ex alimento consurgunt vapores, nullo labore potest discutere & consumere. 2. Causa est ex defatigationibus & laboribus animæ pariter & corporis. Non enim ẽst patiens animus perpetu, laboris. 3. Causæ adjuvantes illam attractionem caloris sunt frigiditas noctium, fluxus & refluxus vaporum. 4. quies externorum membrorum. Tunc enim calor manet intus, & circa vegetativa membra maxime colligitur.

Hinc causa agens distinguitur ab interpretibus & commentatoribus nonnullis Internâ & Antiperistaticâ.

Usus

Usus hujus distinctionis est. Quæritur enim de causa somni. Ea duplex est, Primò enim interior est: deinde antiperistica. Principio cum cor minus ad cerebrum & exteriora caloris & Spiritus emittit, cerebrum, quod per se est pars corporis frigida, fit frigidi*, quam esse solet, quam refrigerationem id sequitur, ut halitus ex coctione eò pervenientes in liquorem densescant, qui liquor cerebrum & nervos humectans, & quadam etiam ex parte simul obturans ἀδυναμίαν quandam sensus & motus, nempe impotentiam sensus & motus pleni, vel ἀκινησίαν quietis & somni efficit.

Secundo hoc etiam tum fieri oportet, ut in arteriis cerebri, & extremarum partium minùs sit sanguinis & Spiritus, atq; ita venæ etiam, quæ habent communia cum arteriis oscula, minus plenæ sint, adeo quidem, ut de incisa dormientis vena sanguis minus profluat, & quia tum minus caloris est in extremis partibus, hæc etiam u-

na è

na è causis est, quod qui harum partium morbis laborant, sive ulcerum & apostematum, sive quibusdã aliis, 2. sub noctem & somni accessionem dolores sentiant majores, ut docent medici.

Deinde frigescentibus hoc modo externis partibus (omnes enim nervi tunc refrigerantur) hoc simul accidit, imo accidere necesse est, ut calor internarum partium cogatur & arctetur (per antiperistasin) atq; ita augeatur. Sicut frigus aëris obstans calorem ignis cogit, & acuit, ut est in disputationibus Theophrasti. Hæc ergò causa somni est secundaria, ita ut antiperistasis hæc quoq; fiat in somno naturaliter: illa verò prior est princeps causa.

Ἀντίποδες ANTIPODES ἀντίχθονες.

1. Antichtones & Antipodes in cosmographia sunt, qui sub ejusdem meridiani diversis medietatibus diversisq; Parallelis ab æquatore utrinq; versus polos mundi æqualiter remotos habitant. Breviter: qui in locis terræ ἐκ διαμέτρου oppositis habitant.

Sic dicti quasi pedibus obversis incedentes. His opponuntur Ἀντῶμοι quasi humeris sibi mutuo oppositi.

Antipodia igitur est diametralis, seu ἐκ τῆς διαμέτρου pedum oppositio.

2. Antipodia est, pedis pro pede positio. In Rhythmo inversu.

Versus antipodes sunt, cum pes pedem repræsentat, seu pes pro pede ponitur: sicut ἀντιμερία est, cùm pars pro parte ponitur, ex eorum genere sunt, qui non satis bene dicti sunt Ἀκέφαλοι, de quibus judicium Scaligeri ascribo. Ἀκέφαλοι versus quare dicti sunt? quippe caput carminis una nequit esse Syllaba. Capiti igitur pars deest, non caput carmini: Exemplum adducunt Fluviorum) rex Eridanus. Et ex Homero Βορέης καὶ Ζέφυρος. Quàm verò benè, videndum est: pes enim pedem repræsentat. Anapæstus dactylum (id est anapæstus est positus pro dactylo, inversus pes, pro recto.) Hoc dixere Græci ἀντισπᾶσθαι & ἀντιπάθειαν. Sic proceleusmaticus pro dactylo ponitur, ut resolutus dactylus. Genua, Ariete, suppeditant exempla. In utroq; fit quasi consonans secunda vocalis, quemadmodum & spondæum facias ex illa voce Fluviorum Βορέης quoq; alibi scriptum est Βορέας, & Βορρῆς. Sed quid videtur tibi de illo Ennij Hexametro,

Capitibus nutantes, platanos rectasq; cupressos: Hic S veterum more eliditur. Sic relinquitur capitibu ∪∪∪∪ pro spondæo. Tales versus etiam dici possunt Ἀντιπαθεῖς.

ANTIPHONA.

Antiphona & ἀντιφωνή Musicæ voces sunt, & significatur us vel responsus, vel ut sic dicã, contrasonantia vocis.

Aristoteles in problematis sect. 19. q. 7. de Musica habet chordas ἀντιφώνους, quas Gaza expositor reddit obsonas.

Echo, de quibus Physici, potest dici ἀντίφωνος, quod sit vocis repercussio quædam.

Antiphona in plurali numero accipiuntur pro choris qui sibi vicissim seu alternis succinunt. Psallendi seu modulandi rationem per antiphona, id est, choros sibi alternatim succinentes Constantinopoli instituisse legitur Dn. Johan. Chrysostomus. Zuingerus Theatri vitæ humanæ volum. 1. lib. 1. pag. 29. Socrat. lib. 6. c. 6. & Sozomeni lib. 8. c. 8.

Dicitur & in singulari à Gregorianis Antiphona, ut cum dicitur post antiphonam notis toni subiicitur Euouæ.

Digitized by Google

Pſalmi vel hymni clauſula, id eſt, SECULORUM AMEN.

Euoae per quandam Syllepſin ſeu Synecphoneſin ſunt duæ dictiones Euou Aë.

ANTISTROPHA.

1. Antiſtropha Latinis ſunt reciproca, reſpondentia ſibi invicem, pariter utrinq; reſpondẽtia, mutua, æquali a, & quæ ſunt æquali ambitu, ut unum & Ens, verum & bonum. Picus. Ut λόγος ἀντίστροφος eſt oratio quę reciprocatur. Interdum dicuntur ab Alexandro ἰσόστροφα. Dicuntur quoq; παλινδρομοῦντα.

2. Antiſtropha, ſeu ἀντιστρέφοντα ſunt talia vel ſimpliciter, & dicuntur ἀντικατηγορούμενα, id eſt, quæ inter ſe viciſſim ſubjecti & adjuncti vicem obtinent, ſeu quæ reciproca ſunt ex æquo, prædicatione ea, qua prædicatum per ſe de ſubjecto, & viciſſim per ſe ſubjectum de prædicato dicitur.

Hic igitur neq; primum, neq; poſtremũ, quo, aut quod prædicatur, ſed ex æquo utrumq; primum & poſtremum eſt; Hæc etiam vocantur ἐξισάζοντα (quaſi adæquantia.) Tale eſt medium apodicticum, quod nimirum cum extremis convertitur; & ἀποδεικτὸν (demonſtrabile) prædicatũ πάθος, quod cum ſubjecto & medio convertitur. Cum dicitur, Homo eſt riſibilis, neutrum extremorum dicitur ἄνω καὶ κάτω reſpectu alterius. Medii tamen argumenti ratione unum κάτω dicitur, id eſt, ſubjectum, & alterum ἄνω, id eſt, prædicatum. *Vel ſunt ἀντιστρέφοντα ſecundum accidens*, cum iisdem terminis conficiuntur demonſtrationes duæ, una ὅτι, altera διότι: illâ demonſtratur cauſa effecto: hâc vero effectus cauſâ.

3. Prædicatis, quæ dicuntur ἀντιστρέφοντα cum ſubjectis ſuis, opponuntur ἀντιστρέφοντα (quæ non reciprocant) Hæc Galeno dicuntur quidem συμβεβηκότα (accidentia) ſed non καθ' αὑτὸ (per ſe.)

Antiſtrophon argumentum eſt, cum argumentum referri contrà convertiq; in eum poteſt, à quo eſt propoſitum. Geil. lib. 5 cap. 10.

Relativa dicuntur πρὸς ἀντιστρέφοντα Philip. Mel. id eſt, ſunt mutuæ collationes, eſt mutuum inter ea iter.

In anatomicis primæ duæ coſtæ dicuntur ἀντίστροφοι.

In Ethicis εὔνοια ἀντίστροφος eſt mutua benevolentia.

Αντιστροφή.

Alia eſt antiſtrophe Rhetorica, alia Logica, alia Comica, alia Lyrica, alia Mathematica, Logicæ Germana.

Antiſtrophe Rhetoribus eſt figura Epanaphoræ contraria. Eſt enim, ut ait Aquila Romanus, ſpecies repetitionis, cum in eandem partem ſententiæ ſæpius deſinunt, id eſt, per antiſtrophen in membris orationis eadem dictio in fine repetitur, ut Cicero pro Font. Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus ampliſſimæ copiæ in Gallia, Equites numero plurimi è Gallia.

In Dialecticis eſt, terminorum ſeu ſimplicium, vel propoſitionum ſimplicium, ut converſio alterna mutuò à ſe pendentium, id eſt, relatorum. Sunt qui etiam ἀνάκαμψιν dixerunt, Dominus eſt ſervi dominus, & ſervus eſt domini ſervus: propoſitionum, ut Nullus homo eſt beatus, Nullus beatus eſt homo.

Lyricis antiſtrophe eſt genus ſaltationis, quo modo in dextram, modo in ſiniſtram choros agunt, atq; revocant. In hymnis

Digitized by Google

hymnis Deorum ἡ ἀντιστροφὴ opponitur τῇ στροφῇ Macrob. Illa huic accinebatur. Ac generatim loquendo antistrophe est idem, quod ἀντῳδή. *In Comœdiis* ἀντιστροφὴ est similis τῇ στροφῇ. Estq; pars παραβάσεως. παράβασις autem dicebatur cum chorus ad populum conversus aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur, utens plerumq; versibus anapæsticis.

Poetis Anstistrophe etiam seu παλινδρομία versuum est quo dicuntur antistrophi, id est, reciproci, recurrentes, retrogradi, παλίνδρομοι & μέτρα ἀντιστρόποδα, Suntque 1. unius sententiæ vel contrariæ Unius :Magnificato mihi Messiam Magnipotentem, Jesus Christus ego, en Dux, hostes exuperavi.

Res bona conjugium, res sacra consiliũ.

Contrariæ:

Conjugium tibi sit blandum, nec fœdera jungas
Irrita, sis fœlix, nec cito dispereas.
Dispereas cito, nec fœlix sis, irrita jungas
Fœdera, nec blandum sit tibi conjugiũ.

Item

Scis bene Grammaticos canones: nec carmina nescis
Scribere: scis logicen, haud rudis historiæ.
Historiæ rudis, haud logicen scis, scribere nescis
Carmina, nec canones Grammaticos bene scis.

2. Antistrophe fit vel integris vocibus, vel literis vocum ordine minimè interrupto collectis, vel utrisq; :

Integris vocibus, ut:

Musa mihi causas memora, quo numine læso.
Fata sibi Iudas fabricans est proditor atrox.

Literis :

Roma tibi subitò motibus ibit amor.
Mulos Anna tenet, non tenet Anna solũ
En giro torte Sol cyclos, & rotor igne.

Sol loquitur : scribitur autem hic giro pro gyro. (γυρόω Græcum est, latinum igitur gyro, id est gyros facio.)

Utrisq;:

Otto tenet mappam, mappam madidam tenet Otto. Vel, Otto tenet mappam madidam mappam tenet Otto.

Antistrophe seu conversio apud Mathematicos, præcipueq; Geometras propriè & primariò dicitur, cum Theoremata, conclusiones & hypotheses, seu quæsita & data permutantur, ita ut præcedentis propositionis quæsitum; quod Proclus conclusionem vocat; in sequenti propositione sit datum: quod ab eodem hypothesis vocatur: & ipsa hypothesis fiat conclusio.

Duplices a. sunt ἀντιστροφαὶ (conversiones) una quidẽ, quæ præcipua, & definita & uniformis, est quando ex dato seu hypothesi, fit quæsitum, aut conclusio, & contra. Altera varia & multiplex, qua utimur in compositis propositionib⁹, cum unũ ex quæsitis convertitur cum pluribus datis, & contra: & in multa se extendit theoremata.

Ἀντιστρέφουσα seu reciproca appellatio Scaligero in lib. de causis ling. lat. est par appellatio, id est, paris seu ejusdẽ potestatis. Sic & reciproca oratio. Non sunt orationes reciprocæ seu pares; Cursor est currens, & currens est cursor. Nam cursor designat nobis naturam ingeniumq; ad currendum. Currens autem dicit actum. Cursor significat τὸν πεφυκότα, id est, eum, qui ad currendum natus est.


Ibidem Scaligero ἀντιστροφὴ seu reciprocatio est transpositio, tum ex ijsdem, tum ex contrariis. Ex iisdem. Qui consulit senatum, Consul est, & qui Consul est, consulit senatum. Ex contrariis, ut Oratoria est dialectica diffusa. Dialectica est oratio pressa. Phi-

Philosophia est eloquentia disputatoria. Eloquentia est Philosophia Elocutoria. Palma est pugnus apertus; pugnus est Palma clausa.

Antithesis.

Antithesis 1. est thesis thesi opposita 2. nihil aliud est, quàm objectio. Sic accipit Ulpianus. Ei subjungitur λύσις 3. est oppositio logica, nempe duarum propositionum, quarũ altera est affirmativa, altera negativa 4. Rhetoribus est color seu σχῆμα λέξεως, vocatur etiam ἀντίθετον, quod fit vel cum singula singulis opponuntur, & contrariis contraria, ut vicit pudorem libido, timorem audacia, vel cum bina binis, ut nostri ingenii est, nostri auxilii est: vel cum sententiæ sententiis, ut dominetur in concionibus, jaceat in judiciis. Quintil. lib. 9. c. 3.

Antithesis etiam est assumptivi status qualitas, genus defensionis, in qua factũ per se haud probabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur Quintil. lib. 7.



Antitypon.

Primò accipitur Antitypon, pro figura seu typo, ut panis est antitypon corporis Christi, id est, repræsentat corpus Christi. Secundò accipi potest pro eo, quod typo seu signo, seu umbræ succedit, Turrianus. Præpositio enim ἀντὶ sæpe vim habet τῦ pro ut sit idem quod respondens typo ut πρωτότυπον: sed in hac significatione non memini me legere apud Græcos autores. 3. est repercutiens.

Ἄνω καὶ κάτω; Sursum & Deorsum.

Primum à Philosophis accipiuntur, ut sint differentiæ Loci, ut cum dicitur Coiens & moriens oculos sursum vertit, dormiens deorsum. Itaq; attribuuntur etiam acclivi & declivi, ut in lib. Arist de cœlo & Problemat: Secundò Passim, quoquo versus, undequaq;, variomodo. Galenus prima Method: Med: ἄνω καὶ Κάτωβάλλεσθαι, Secundum omnes partes mutari. Apud Platonem in Georgia est στρέφειν λόγυς ἄνω καὶ κάτω, id est, quoquoversũ. Sic dicunt Græci pro homine vano, & inconstante ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενον· ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν, sursum & deorsum miscere. Latine etiã dicunt susq; deq; facere. Ludovicum vide Septalium in comment: in Probl: Arist, pag. 295.

Per Metaphoram ἄνω significat eminentiam gradus & honoris. Ἄνω ergo est Situ, ut nubes: vel Qualitate, Dignitate, excellentia, ut res Spirituales & cœlestes,

Ex propositionum extremis τὸ ἄνω est prædicatum, ut superius, τὸ κάτω subjectum, ut inferius. Hinc dicimus: Naturaliter attribuitur su⸗erius inferiori. Ita ergo etiam τὸ ἄνω est Gen⸗s, τὸ κάτω est species vel individuum.

Usus.

Ad Coloss. 3. Quæ sursum sunt quærite. Hunc locum Augustinus sic interpretatur Jubemur sapere quæ sursum sunt spiritualia videlicet, quæ non locis & partibus mundi hujus sursum esse intelligenda sunt, sed merito excellentiæ suæ, ne in ejus mundi partibus figamus animum nostrum, quo universo nos debemus exuere.

Sursum n. aut deorsum in hujus mundi partibus est. Nam universus (id est non per partes, sed universaliter consideratus) non habet sursum aut deorsum. lib. 83. quæstionum quæst. 29. A-

Alii ſic explicant : Jubemur
ere quæ ſupra hunc mundum
ubi Chriſtus caput noſtrum eſt,
pe gloriam & beatitudinem &
ortalitatem cœleſtem ac perpe-
m, quæ non eſt in hujus mundi
itu, quem nos nunc incolimus.
q; interpretatio probabilis.

Ἀόριστον.

eſt indeterminatum ſeu indefini-
incertum, vagum, cui opponitur
nitum ſeu determinatũ, certum,
rium, ab aliis diſtinctum. Sic ma-
prima dicitur quid indetermi-
m. Materiatum verò dicitur Ens
rminatum ſeu definitum. Nullũ
perfectum eſt ἀόριστον, id eſt, omnia
ia perfecta habent certam, & de-
am eſſentiam, per quam ſunt id
d ſunt, & ab aliis diſtinguuntur.
ũquodq; Entium intra ſuam defi-
ionem vel propriæ naturæ ambi-
m continetur. At ἄπειρον eſt infini-
m, interminatũ, πέρας μὴ ἔχον, quod
em ſeu terminum non habet, quod
ἀνυπέρατος, ut immenſum dicitur,
od eſt ἄνευ μέτρου, ſine menſura, μέ-
ον μὴ ἔχον, menſuram non habens,
menſionem non recipiens. Sic De-
infinitus & immenſus eſt. Hieron.
anchius, & Matthæus Sladus.
ſua conſtat eſſentia propria ſeu pe-
liaris, eaque certa omninoque di-
ncta, aliaque à creaturis omnibus,
ab aliarum rerum eſſentiis verè
creta, ſeu, ut alii loquuntur eodem
nſu, Deus eſt hoc aliquid Spiritua-
ſſimum ἀμιγὲς, non mixtum cum
eatis rebus: & tamen Deus eſt ἄπει-
ſeu infinitus, quia non eſt ulla re
rcumſcriptus. Græci etiam dicunt:
on dicunt eſt πεπερασμένος (Nullam
c eſſe ἐναλλαλογίαν, πεφανέρωται ὃν ἔστι.)
gitur Deus infinitum negativè, id
cui nullus terminus præfixus ſeu

præſcriptus. Sicut autem ἄπειρον & concretè & abſtractè (ſignificat enim interdum infinitatem) accipitur: Sic etiam ἀόριστον.

Interdum ἀόριστον & ἄπειρον idem declarant, & utrumq; Deo attribuitur, à Græco Theol. Baſ. M.

Ἀόριστος πρότασις eſt propoſitio infinita, ut creatio eſt actio non Phyſica.

Corollaria

1. Si Ἄπειρον id eſt infinitum dicitur τὸ μὴ ἔχον πέρας quod nõ habet extrema, ſeu terminos, infinito mediũ aſſignari nequit.

2. Infinitum in prima Philoſophia eſt: nempe ſine principio principium, τὸ ἄλλο id eſt Deus, qui eſt alius à natura, & omni creatura, cumq; omnia in eo ſint, extra tamen omnia ſubſiſtit Ergo & extra locũ & extra tempus: ſeu tẽpore non continetur, μὴ περιέχεται χρόνῳ. 3. Itaq; æternũ eſt. 4. Itaq; immortale, ἀνώλεθρον.

5. Eſt & ἀκατάληπτος id eſt infinita eſſentia ſapientia ac potentia, non quidem παθητικῶς ſed ἐνεργητικῶς.

Itaq; t. ubiq; eſt, loco nõ aſtringitur, omneſq; res ſunt ipſi præſentiſſimæ, ut dicitur à Poeta,

Omnia nuda oculis ſunt & aperta Dei.
2. Nec minui nec augeri poteſt:

Ἀπείρως.

In Philoſophia modò infinitè, modò ſine experientia ſignificat. Hermogenes in lib. de Ideis ubi loquitur, de ἐπιεικείᾳ ait βάσκειν δὲ ἀπείρως ἔχοντα λόγων εἰς δικαστήριον εἶναι, vertit hoc Bonfinis: item dicere ſe cũ infinita dicendi copia veniſſe in judiciũ: ſed perperam: vertendum n. Et dicat ſe inexpertum, ſeu inexercitatum in dicendo veniſſe ad judicium. Græci n. eleganter dicunt ἀπείρως λόγων ἔχειν, pro eo, quod eſt, uſu parũ poſſe in diſputando, vel dicendo. vid. 2. παρέργων F. Luiſini Utinenſis Sic dicunt ἔχει ἀνιάτως, eſt inſanabilis, incurabilis.

ἀπλῶς

Digitized by Google

volucrum ſemper longa eſt; etſi non deſint etiam χαρίεντες, qui corripuerunt. Ut funebris à funeris e brevi: Muliebris à mulieris e brevi: ſic ſalubris à ſalutis u lõgo. Pueriliter igitur errant, qui Lu in ſalubris faciunt ancipité, ut anceps eſt ſyllaba, quæ proximè ultimã eſt in muliebris & funebris. Ut à δρχηστὴρ eſt δρχηστήριον, à θρεπτὴρ θρεπτήριον; ſic à ποτὴρ eſt ποτήριον. Non itaq;, ut loquar ἀναλφαβήτως, ἐτυμολογεῖ qui dicit ποτήριον (poculum) dictum eſſe à πότος & τηρέω, quaſi πότον τηρεῖν, potum ſervans. T in voce ποτήριον, ſumitur è voce πότος non è verbo τηρέω. Ποτήριον igitur ſi dicas eſt πότον τηρεῖν, Alluſio tantum fuerit, ut teſtamentum, teſtatio mentis. Ut à cœnatu cœnaturio: ſic à generatu generaturio, i.e. cupio generare, à mercor mercaturio.

Quæritur, An rectè dicatur Occentare?

Sic quidam legunt apud Plautum, Occentare ad oſtium amicæ, **hoffiren/ ein hoffrecht machen:** Sed Analogia ſuadet ſcribendum & legendum Occantare. Dicitur enim Incantare, Recantare, Decantare, excantare, non incentare &c.

Quæritur an Perpendiculum habeat antepenultimam brevem?

Reſp. affirmate: Quia ut vehiculum habet brevem antepenult: à vehis; ſic perpendiculum à perpendis. At redimĩculum à redimĩs. Ut rudimentum, ſic experĩmentum, perĩculum, quia dĩcuntur ab obſoleto perior, periri.

Ex Analogia interdum oſtenditur Etymologia. A miniſter eſt miniſtro: Ergò à Magiſter eſt Magiſtro. A velum eſt velo, ab otium otior: Ergò & à Regnum eſt Regno; à ſtagnum ſtagno. Ab honor eſt honoro; Ergò à labor laboro.

Hîc cavendum ne accipiamus imparia pro paribus. Non enim ſequitur, probo eſt à probus: Ergò luceo eſt à lucus: Nuncio eſt à nuncius, Ergò ſcio eſt à ſcius, quo utitur Apulejus, unde neſcius, inſcius.

Analysis.

Analyſis reſolutio eſt vel diſſolutio ejus quod compoſitum vel contextum eſt: Ἀναλυτικὸν reſolutorium.

Analyſis Organi Ariſtotelis pertinens ad neceſſitatem ſyllogiſmi oſtendendam duplex eſt.

Aut enim ipſa formula collectionis, ſeu συλλογῆς conſideratur, utrum ſyllogiſtica ſit, an ἀσυλλόγιστος: ***aut materia,*** & res, quæ aſtringuntur his formulis ac modis, an neceſſariæ ſint, & quæ veritatis cauſa aliter habere nequeãt, conſiderantur. Priorem analyſin prioribus duobus, poſteriorem duobus poſterioribus analyticis libris tractat Ariſtoteles.

Appellãtur porrò hęc analytica, ſeu Reſolutoria, quia docent στοιχεῖα ac principia, in quæ omnis ratio ſyllogiſtica diſſolvitur, & ex quibus etiam omnis componitur. Hæc cognitio ad exquiſitam eruditionem, quæ tractandis ſcientiis accommodara ſit, pertinet.

Διδασκαλικὸν hoc genus eſt. Topica popularis eſt, (id eſt, contenta rationibus popularibus ſeu communibus) & liberior probando & refellendo, diſputandoq; in utramq; partem. Ac eo pertinet πειραστικὴ dialectica, quæ experiundi ſeu tentandi cauſa contra aliquem diſputat, ſeu qua imperitiam alicujus refellimus profitentis aliquam ſcientiam, cujus tamen eſt ignarus.

Methodus analytica dicitur τρόπος ἐπισ-

Digitized by Google

μης. Ejus peritiam Aristoteles definit παιδείαν, qua simpliciter est aliquis eruditus, ut possit quamq; rem suo & accommodato modo tractare rationibus veritati congruentibus. Hæc nos docet ne aut exquisitiores, quàm par sit rationes & demonstrationes in rebus contingentibus requiramus, aut in secretis & Mathematicis adhibeamus, quæ materiæ causa aliter se habere possunt. Vide Aristotel. Ethic. Et eundem in Metaphys.

Exercentibus logicam analyses sunt compositorum scriptorum resolutiones, quibus opponuntur geneses, seu compositiones (συνθέσεις.)

Ἐπιθυμίαν ἔχω τὸ ἀναλῦσαι 1. ad Phil. est Desiderium habeo remigrandi: vel, cum desiderio tendo ad remigrationem. Ph. Mel. paulò ante mortem decumbens dixit ad Joachim. Camerarium (Græcorum superioris seculi Κορυφαῖον) se impensè delectari dicto Paulino, ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι, interrogavitq; eum, an aliquid de significatione verbi ἀναλύειν in hypomnematis suis annotâsset: quod cum incuria à se prætermissum esse Camerarius responderet, cœpit cum eo Melanchthon commentari de hoc vocabulo, & dixit, Interpretem non rectè vertisse, Cupio dissolvi. Nam ἀναλύειν significare abitum parare seu migrare, seu remeare. Unde καταλύειν divertere & commigrare, Einkehren/ denotat, & Κατάλυσις diversorium seu hospitium est. Putavit igitur Mel. hunc esse sensum verborum Pauli: Flagro desiderio discedendi seu migrandi ex hoc ergastulo in cœlum, & ad hanc profectionem seu migrationem toto animo me comparo. Ea re factum, ut hoc quoq, distichon in ore & animo subinde Melanchthon habuerit:

Sic ego quotidiè de lecto surgo precando,
Ut mens ad mortem sit duce læta Deo.

Apud Homer. Odyss. 10. est ἀναλῦσαι πρυμνήσια, solvere rudentes, quod est nautarum migraturorum. Iidem à Latinis dicuntur solvere oram Quintilianus eleganter, permittamus vela ventis, & oram solventibus benè precemur. Ora hîc est funis, quo navis ligatur. Solvamus ellipsis est, & metaphora pro Discedamus. Oram maris legere est littora seu loca terris proxima prætervehi.

ANALYTON.

Poëtis & Oratoribus Analyton est cùm unum in duo deducitur per conjunctionem copulativam, ut chalybem frenosque momordit, id est chalybeos frenos. In partem prædamq; vocari, id est partem prædæ Cic: Æstu febriq; jactari per æstuante febri. Al: Hendyadyo: Figura tamen magis Poetica, quàm Oratoria,

Ἀναμνᾶν.

Ἀναμνᾶν est in memoriam revocare seu ὑπομνᾶν.

Ἀναμνησθῆναι est in memoriam revocari: Plat. in Phædon.

Ἀνάμνησις est recordatio, id est præteritorum in memoriam revocatio. Physici:

Ἀνανταπόδοτον, & Ἀνταπόδοτον.

Antapodoton est, ubi aliqua pars orationis non redditur, vel cum deest aliquid orationi, ideoq; ut perfecta fiat, supplenda est. Epist. Cic. lib. 9. Ep. 16. videatur alicui esse anantapodoton (pro quo Keckermannus etiam dicit anacoluthon) vel imperfecta sententia. Etsi non facilè dijudicatur rumor verus & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi au-

rum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. cetera sunt signa communia. Sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo vereq; arbitror diligi &c. Verum observandum hic est *Sed* poni pro *Tamen*, vel pro sed tamen, vel Attamen, vel Veruntamen ut ellipsis sit ꝫ Tamen. Interdum ellipsis est ꝫ etiam: Obliti estis non modò inimicorum Milonis sermones, sed nonnullorum imperitorum. Cic: pro Milone. Græcismus est; Græci enim interdum dicunt ἀλλὰ pro ἀλλὰ καὶ, vel ἀλλὰ δὴ καὶ.

'Αναπνοὴ, *Anapnoe*.

Ἀναπνοὴ propriè est respiratio, seu reciprocatio Spiritus, cum aër accipitur & redditur. Hæc etsi cordi præcipuè servit: à corde tamen non proficiscitur, sed est diaphragmatis & pulmonum opus, allaborante cerebri motu & aliis. Aristoteli de mundo πολλαὶ ἀναπνοαὶ sunt multa spiracula.

Impropriè accipitur pro aura & vapore à Basil. in Epist.

ANAPHORA.

Anaphora signi vel cujuscunque arcus Zodiaci in doctrina sphærica est portio, seu circumferentia aliqua æquinoctialis (hic enim circulus est mensura, qua ascensionum & descensionum tempora metimur) quæ cum arcu illo Zodiaci supra Horizontem ascendit. Latinè ascensio signi. Vide Firmicum. Ei opponitur καταφορὰ (descensio) utraq; fit in sphæra seu horizonte recto, vel in sphæra obliqua.

In Geometria anaphora est relata æqualitas, ut analogia est plurium rationum, ad minimum duarum anaphora, id est, relata æqualitas. Ad minimũ inquit; quia ponitur ad minimum 4. numeri (qui faciunt duas rationes) vel actu ut 2.4.6.12. & dicitur disjuncta, vel potentia (cum medius bis sumitur) ut 3. 6. 9. & dicitur continua analogia.

In Rhetorica Anaphora figura repetitionis est, (quæ & Anastrophe à nonnullis dicitur) quæ fit cum in principio singulorum membrorum aut versuum eadem dictio iteratur, ut Verres calumniatores apponebat. Verres de causa cognoscebat. Verres pronunciabat.

ANASTROPHE.

Anastrophe est inversio præpositionis vel trajectio conjunctionis, Virg. His accensa super Terent. Enim non sinam: quod obsoletum, Interdum ex duabus vocibus facit unam, ut ea propter. Eatenus pubetenus tecum. Et tum Tmesi opposita est, quæ est resolutio vocis in duas aliquo interposito.

Interdum ex una duas, ut I præ, id est, præi.

Ἀνατομία.

Anatomia generaliter & specialiter usurpatur.

Generaliter idem est quod Ἀνατομὴ id est disjectio vel incisio.

Specialiter sumitur pro humani corporis per sectionem investigatione. Ea propter non est Medici seu Physici. Postea quam verò physiologi eam negligentius tractaverunt, quod nihili vel parum inde lucri una cognitione excepta, & plurimum invidiæ & insaniæ perceperint, Medici eam adse rapuerunt, summaq; diligentia ac industria, ut ad praxin utilissimam excoluerunt, judice Theod. Zuingero.

ANTANACLASIS.

Antanaclasis, generaliter voce accepta Plinio est motio reciproca & refracta: &

Digitized by Google

ἐπιστροφὴν: alias vertitur repulsus & repercussio. Ita antanaclasis est in ludo pilæ, quo expulsim & datatim rejicitur, seu repellitur: à voce antanaclasis, quæ etiam significat repercussum, seu revibrationem, ut loquitur Plinius, (ab ἀνακλάω) seu ἐπιστροφὴν.

Antanaclasis in Rhetorica est figura λέξεως idem verbum repetens, paulum vel valdè diverso sensu, ut eum qui non novit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Hîc posteriore loco significatur victima pro peccato, seu sacrificium expiatorium, Mundus nō est mundus. Ero mors tua ô mors. Vocatur etiam Ploce aliquando, Joh. 3. ὁ ἐκ τῆς γῆς ἐκ τῆς γῆς ἐστι. Antanaclasis est in qua iisdem verbis significatur, primò substantiæ origo, deinde ingenii affectio. Joh. Piscator in Joh.

Scitum & elegans hoc Augustini. *Assumpsit vita mortem, ut vita occideret mortem* (id est mortalem naturam) Tractat. 26. in Joh.

In specie Antanaclasis est ejusdem verbi contraria significatio, vid. Quint. lib. 9. cap. 3.

Significat nonnunquam ἀντιστροφὴν, ex altera parte responsum, reciprocationem, vel permutationem, seu commutationem reciprocam.

Ἀνταναχλάσις καὶ ἀντωνυμίαι, sunt pronomina reciproca.

Qui participio partium orationis (id est specierum, vocum) numerum non augent. (Sed id ad nomen referunt) appellant, ipsum προσηγορίαν ἀντανάκλασιν seu ἀντιστρέφουσαν id autem sonat appellationem reciprocam, itidemq; ex altera parte respondentem, quoniam sic dicatur, currens est cursor & cursor est currens. Scal. de causis lat. ling. cap. 141. lib. 6.

Antanaclasis Homonymiæ species est, cū nomen cū verbo, vel adverbio, vel verbum cum nomine & adverbio similem habet terminationem, sed tamen diversam significationem. Logici in doctrina fallaciarum, vocant σχῆμα τῆς λέξεως id est figuram dictionis. A Rhetoribus dicitur Antanaclasis, ut jucundum est amari, si nihil insit amari. Amand. Polan. lib. 1. Logic. Emendatæ.

Ἀντὶ

Ἀντὶ significationem habet

- Indentitatis & consensionis cujusdam, Nempe
  - Relationis &
  - Redditionis. Huc refertur significatio vicissitudinis, alternationis, mutuæ compensationis (quam barbari vocant Recompensationem) Exæquationis, æquipollentiæ.
  - Comparationis
    - Æquiparationis.
    - Assimilationis.
- Diversitatis & Oppositionis ut Contrarietatis.

In quibusdam significationem habet modò vicis modò contrarietatis.

1. Generis Exempla:

Ἀντίληψις receptio est. Ἀντίκλημα criminis relatio

relatio. Ἀντικατηγορία *est reciproca prædicatio.* Ἀντίδοσις *mutua donatio; Sic* ἀντίδωρον. Ἀντιπελαργεῖν *est benè meritis vicem rependere.* Ἀντιμέρεια *cum vox pro voce ponitur* Ἀντίχρησις; *species pignoris dati loco usurarum (ut, exempli causa, domum oppignoratam usurarum vice inhabitat creditor) l. si servus caput quod cum eo.*

Ἀντίχειρ, *id est, pollex, quasi vicemanus: vicaria manus.*

Ἀντισηκούμενα *sunt æqualia, æquales vices habentia.* Ἀντίρροπον *est æquilibre seu isόῤῥοπον, æquè valens, ejusdem momenti.* Ἀντίπλαστος *est similiter factus.* Ἀντίθεος *similis Deo, divinus,* θεοειδής.

II. Generis Exempla.

Ἀντιλεγόμενα, ἀντίλεκτα *sunt controversa, quibus opponuntur* ὁμολογούμενα, *(confessa)* Ἀντικείμενα *sunt opposita.* Ἀντιδιῃρημένα *sunt species ejusdem generis divisione juxta se seu è regione positæ* Ἀντίθεος *est adversus Deo.* Ἀντικατηγορία *est contraria accusatio.* Ἀντίδοτον *est quod datur cōtra venena.* Ἀντίδοξων *est, qui contrariæ est opinionis.* Ἀντιπρόσωποι *adversis frontibus sese aspicientes.*

Utriusq; significationis Exempla.

Ἀντίχριστος, *vicarius Christi, Prochristus, vel contrarius Christo. Sic* ἀντίθεος. Ἀντίληξις. Nam ἀντίληξις *ad Objecta est responsio: Et* ἀντίληξις *est dictio* ἰσόῤῥοπος *hoc est significatione alteri par. Interdum significatio vicis & contrarietatis conjuncta est, ut in vocibus* ἀντιπάθεια, ἀντιπίπτω, *Hic contrà & vicissim simul significantur.*

Usus.

Distinctio hæc significatorum necessaria est in disputatione de satisfactione Christi pro nobis & peccatis nostris per pœnarū in ipsum derivatarum solutionem, quam impugnat Socinianus Michael Gottschius contendens in hoc argumento Pro *nobis aliter accipiendum, quam loco seu vice nostri. Refutat eum notio vocis* ἀντίλυτρον. Ἀντιλυτροῦν *enim significat 1. pretium quo redimuntur capti ab hostibus in bello aut piratis; 2. cum caput capite, vita vitâ redimitur.* Ἀντιλυτρόω *enim est vicissim redimo. Jam verò Christus se pro nobis dedit* ἀντίλυτρον, *1 Tim. 2. Ergo Christus est pretium illud quo captivi redempti sumus è manu Diaboli, pretium, inquam, vita constans non pecunia. Voluit scilicet esse* ἀντίψυχος, *hoc est devotus pro nobis mortem subeundo Aliam significationem vox* ἀντίψυχος *non habet. Eaq; Decio Romano rectè tribuitur. Is enim voluit pro Romanis mori: Ita Christus* devotus *pro nobis factus* ἀνάθεμα *& piaculum animam pro nobis suam ultrò devovit & exposuit, verè* ἀντίψυχος: *Verè* ἀντιλυτρωτής; *id est, redemptor pretio persoluto. Hinc arguo contra Socin.* Ἀντιλυτροῦν *pro nobis redimendis solvere, est pro nobis satisfacere; Christus* ἀντιλυτροῦν *pro nobis redimendis solvit Matth. 20. Ergo Christus pro nobis satisfecit. Falsum igitur est, purum putum humanum esse commentum enunciationem: Christus loco nostri mortuus est; hanc verò tantum veram esse: Christus nostri causa mortuus est.*

Ἀντικατηγορούμενον.

Anticategorumenum in logica est prædicatum reciprocum, id est, quod cū subjecto convertitur, ut risivum cum homine. Aristot. 1. Topic. & in post. analyt. Aliâs talia dicuntur, ἐξισάζοντα & ἀντιστρέφοντα.

Anticategoria est reciproca seu mutua prædicatio. In Politicis anticategoria est

γία est ἀντέγκλημα vel ἀντίκλημα, criminis relatio recriminatio, si ita loqui liceat, (Budæus sanè ita convertit) Quintilianus vocat mutuam accusationem. Estq; criminis ejusdem, vel diversi. Si clamas ὦ Νάπ, Sylva reclamat ὄνας.

Ἀντιλογία.

Antilogia est repugnantia vel repugnans sermo, ut hîc, Scipio se nunquã minùs otiosum esse ajebat, quàm cum otiosus, nec minùs solum, quam cum solus esset, si verba spectentur antilogia est, esse otiosum, eodem tẽpore, & minimè esse otiosum, maximè esse solum, & minimè esse solum. Quod si sensus verborum, tam admirabilium inquiratur, quasi ænigma erit, quod sic solvendum, ut otium & solitudo corporis, mentis autem occupatio intelligatur 1. Hieronymus Wolffius in Officia.

Antilogia Platoni est ars concertatoria, seu contentiosa sophistarum, aliàs dicta eristica & ἀντιλογική.

Antilogicus etiam nonnunquam accipitur in bonam partem, pro eo quod est refutandi peritus, δυνατὸς ἀντιλέγεσθαι. Antiloga Quintilian' vocat contradicta.

Ἀντιπεπονθὸς. *Reciproca passio.*
Barb. *Repassum.*

1. Ἀντιπεπονθὸς in Ethicis generatim est jus, quo omnia ad æqualitatem rediguntur. Sicut 6. Euclidis docet Christophorus Clavius rectè quamcunq; inæqualitatis proportionem ad æqualitatem revocari. Ita accipit Aristoteles 2. pol. c. 2. Hoc jus excogitatum est, ad dandam reipub. salutem liberandamq; civitatem, (in qua sunt liberi & æquales homines naturâ) omnibus incommodis, quæ aliter necessariò illic orirentur.

Canon: ἴσον ἀντιπεπονθὸς maximè servat Rempubl. Itaque uniendi cives sunt, per adæquationem Arithmeticam, vel Geometricam.

2. Speciatim accipitur pro pœna Talionis, cum delicto seu injustè facto par supplicium auctori injuriæ affertur: vel pro jure Talionis, quo quod alteri fecimus, idem vicissim patimur. Gualterus Donaldsus in Synopsi Ethices Aristotelicæ.

3. In Physicis ἀντιπεπονθὸς est actionis reciprocatio, mutua effectio & passio, passionis reciprocatio retributa seu reciprocata actio & passio, ut loquitur alicubi eleganter Zabarella. Τὸ ἀντὶ n. (quod denotat vel contrarium, seu repugnantiam, discordiamvè oppositam convenientiæ consensus & cõcordiæ, vel vicem, aut vicissitudinem, aut proportionem naturæ communem vel similitudinem) interdum quoq; significat aliquid actionis, videlicet in resistentia, ut placet Scaligero. Definitio hæc huc pertinet. Quodcunq; habet cum alio materiam primam communem, agendo etiam patitur.

Explicat.

Repugnant.) *ut ἀντιπάθεια, est inter felem & murem Ille est ἀντίθεος, id est, contrarius Deo.* Ἀντίχριστος, *adversus Christo.*

Similitudinem) *ut Nestor, est ἀντίθεος, id est, est similis Deo apud Theognidem.*

Vicem) *Hic est Antichristus hoc est vicarius Christi.*

Reciprocæ figuræ in Geometr. Eucl. lib. 6. sunt ἀντιπεπονθότα σχήματα, cum rationum termini in utraque figura reciprocantur, seu convertuntur.

Ἀντιπεπόνθησις in Figuris Arist. est ἀντιστροφὴ ἀναλογίας & ἀναλογία ἀνάπαλιν. Sed reciprocatio figuris non attribui po-

test propriè id est, καθόλν seu primò, quia omninò res Arithmetica est, teste Arist. lib. 5. Eth cap. 3.

Ἀντιπερίστασις, Circumobsistentia.

Antiperistasis dicitur ab opposito, seu obstante circumdante, seu à contrario circumstante, ut cum calor in interioribus augetur, & continetur, cohibeturque intrò, ita ut exire non possit propter frigus externum oppositum, & ipsi (calori) obstans eumque circumdans. Vox φυσιολόγων propria.

Calor κατ' ἀντιπερίστασιν, id est, per objectum contrarium foris obstans membra exteriora frigentia, circa partes vegetativas, ventriculum, cor, epar, in somno, qui συμπάθεια est τῆς ζωῆς, compellitur, in unum locum coit, & fortius unitur ad coctionem perficiendam. Seu calor per antiperistasin cōtractus fit fortior circa interiora, ad quę revocatus est sub noctem, ideoq; cōcoctio meliùs potest perfici, & spiritus melius gigni de alimento. Revocationis autē caloris sub noctem ad interiora I. causa est sensus naturæ languescentis, quando corpus vivifico illo humore Solis destituitur. Nam sentit languorem nonnullum, & in sensu illo deficiente cor, domicilium vitæ, vult sibi consulere copiosiore pabulo, ne vis naturæ afferatur. Itaq; calorem cum spiritibus subtractum exterioribus introrsum revocat. Interdiu natura est aliquantò firmior, & integrior, dum Sol supra Finitorem commoratur, qui sua præsentia corporibus vigorem impertit, calor item est fortior, adeoq; coctio ipsa. Ideo Medici præcipiunt largiùs prandendum, cœnandum parcius, quia etiam debilis ventriculus largius prandium melius conficere potest, quam cœnam tenuem. Cerebrum etiam interdiu incalescit magis ex illi⁹ contentionibus: Itaque qui ex alimento consurgunt vapores, nullo labore potest discutere & consumere. 2. Causa est ex defatigationibus & laboribus animæ pariter & corporis. Non enim ēst patiens animus perpetu, laboris. 3. Causæ adjuvantes illam attractionem caloris sunt frigiditas noctium, fluxus & refluxus vaporum. 4. quies externorum membrorum. Tunc enim calor manet intus, & circa vegetativa membra maxime colligitur.

Hinc causa agens distinguitur ab interpretibus & commentatoribus nonnullis Internā & Antiperistaticā.

Usus

Usus hujus distinctionis est. Quæritur enim de causa somni. Ea duplex est, Primò enim interior est: deinde antiperistica. Principio cum cor minus ad cerebrum & exteriora caloris & Spiritus emittit, cerebrum, quod per se est pars corporis frigida, fit frigidi⁹, quam esse solet, quam refrigerationem id sequitur, ut halitus ex coctione eò pervenientes in liquorem densescant, qui liquor cerebrum & nervos humectans, & quadam etiam ex parte simul obturans ἀδυναμίαν quandam sensus & motus, nempe impotentiam sensus & motus pleni, vel ἀκινησίαν quietis & somni efficit.

Secundo hoc etiam tum fieri oportet, ut in arteriis cerebri, & extremarum partium minùs sit sanguinis & Spiritus, atq; ita venæ etiam, quæ habent communia cum arteriis oscula, minus plenæ sint, adeo quidem, ut de incisa dormientis vena sanguis minus profluat, & quia tum minus caloris est in extremis partibus, hæc etiam u-

na è causis est, quod qui harum partium morbis laborant, sive ulcerum & apostematum, sive quibusdã aliis, 2. sub noctem & somni accessionem dolores sentiant majores, ut docent medici.

Deinde frigescentibus hoc modo externis partibus (omnes enim nervi tunc refrigerantur) hoc simul accidit, imo accidere necesse est, ut calor internarum partium cogatur & arctetur (per antiperistasin) atq; ita augeatur. Sicut frigus aëris obstans calorem ignis cogit, & acuit, ut est in disputationibus Theophrasti. Hæc ergò causa somni est secundaria, ita ut antiperistasis hæc quoq; fiat in somno naturaliter: illa verò prior est princeps causa.

Ἀντίποδες ANTIPODES ἀντίχθονες.

1. Antichtones & Antipodes in cosmographia sunt, qui sub ejusdem meridiani diversis medietatibus diversisq; Parallelis ab æquatore utrinq; versus polos mundi æqualiter remotos habitant. Breviter: qui in locis terræ ἐκ διαμέτρου oppositis habitant.

Sic dicti quasi pedibus obversis incedentes. His opponuntur Ἀντῶμοι quasi humeris sibi mutuo oppositi.

Antipodia igitur est diametralis, seu ἐκ τῆς διαμέτρου pedum oppositio.

2. Antipodia est, pedis pro pede positio. In Rhythmo inversu.

Versus antipodes sunt, cum pes pedem repræsentat, seu pes pro pede ponitur: sicut ἀντιμερία est, cum pars pro parte ponitur, ex eorum genere sunt, qui non satisbene dicti sunt Ἀκέφαλοι, de quibus judicium Scaligeri ascribo. Ἀκέφαλοι versus quare dicti sunt? quippe caput carminis una nequit esse Syllaba. Capiti igitur pars deest, non caput carmini: Exemplum adducunt Fluviorum) rex Eridanus. Et ex Homero βορέης κ̀ ζέφυρος. Quàm verò benè, videndum est: pes enim pedem repræsentat. Anapæstus dactylum (id est anapæstus est positus pro dactylo, inversus pes, pro recto.) Hoc dixere Græci ἀντιποδίαν & ἀντιπάθειαν. Sic proceleusmaticus pro dactylo ponitur, ut resolutus dactylus. Genua, Ariete, suppeditant exempla. In utroq; fit quasi consonans secunda vocalis, quemadmodum & spondæum facias ex illa voce Fluviorum βορέης quoq; alibi scriptum est βοῤῥᾶς, & βοῤῥῆς. Sed quid videtur tibi de illo Ennij Hexametro,

Capitibus nutantes, platanos rectasq; cupressos: Rx. Hic S veterum more eliditur. Sic relinquitur capitibu υυυυ pro spondæo. Tales versus etiam dici possunt Ἀντιπαθεῖς.

ANTIPHONA.

Antiphona & ἀντιφωνή Musicæ voces sunt, & significatur iis vel responsus, vel ut sic dicã, contrasonantia vocis.

Aristoteles in problematis sect. 19. q. 7. de Musica habet chordas ἀντιφώνους, quas Gaza expositor reddit obsonas.

Echo, de quibus Physici, potest dici ἀντίφωνος, quod sit vocis repercussio quædam.

Antiphona in plurali numero accipiuntur pro choris qui sibi vicissim seu alternis succinunt. Psallendi seu modulandi rationem per antiphona, id est, choros sibi alternatim succinentes Constantinopoli instituisse legitur Dn. Johan. Chrysostomus. Zuingerus Theatri vitæ humanæ volum. 1. lib. 1. pag. 29. Socrat. lib. 6. c. 6. & Sozomeni lib. 8. c. 8.

Diciturꝫ in singulari à Gregorianis Antiphona, ut cum dicitur post antiphonam notis toni subiicitur Euouae.

Psalmi vel hymni clausula, id est, Saculorum Amen.

Euoae per quandam Syllepsin seu Synecphonesin sunt duæ dictiones Euou Aë.

Antistropha.

1. Antistropha Latinis sunt reciproca, respondentia sibi invicem, pariter utrinq; respondétia, mutua, æquali a, & quæ sunt æquali ambitu, ut unum & Ens, verum & bonum. Picus. Ut λόγος ἀντίστροφος est oratio quę reciprocatur. Interdum dicuntur ab Alexandro ἰσόστροφα. Dicuntur quoq; παλινδρομοῦντα.

2. Antistropha, seu ἀντιστρέφοντα sunt talia vel simpliciter, & dicuntur ἀντικατηγορούμενα, id est, quæ inter se vicissim subjecti & adjuncti vicem obtinent, seu quæ reciproca sunt ex æquo, prædicatione ea, qua prædicatum per se de subjecto, & vicissim per se subjectum de prædicato dicitur.

Hic igitur neq; primum, neq; postremũ, quo, aut quod prædicatur, sed ex æquo utrumq; primum & postremum est; Hæc etiam vocantur ἐξισάζοντα (quasi adæquantia.) Tale est medium apodicticum, quod nimirum cum extremis convertitur; & ἀποδεικτὸν (demonstrabile) prædicatũ καθόλου, quod cum subjecto & medio convertitur. Cum dicitur, Homo est risibilis, neutrum extremorum dicitur ἄνω καὶ κάτω respectu alterius. Medii tamen argumenti ratione unum κάτω dicitur, id est, subjectum, & alterum ἄνω, id est, prædicatum. *Vel sunt ἀντιστρέφοντα secundum accidens*, cum iisdem terminis conficiuntur demonstrationes duæ, una ὅτι, altera διότι: illâ demonstratur causa effecto: hâc vero effectus causâ.

3. Prædicatis, quæ dicuntur ἀντιστρέφοντα

τα cum subjectis suis, opponuntur ἀναστρέφοντα (quæ non reciprocant) Hæc Galeno dicuntur quidem συμβεβηκότα (accidentia) sed non καθ' αὑτὸ (per se.)

Antistrophon argumentum est, cum argumentum referri contrà convertiq; in eum potest, à quo est propositum. Geil. lib. 5. cap. 10.

Relativa dicuntur πρὸς ἀντιστρέφοντα Philip. Mel. id est, sunt mutuæ collationes, est mutuum inter ea iter.

In anatomicis primæ duæ costæ dicuntur ἀντίστροφοι.

In Ethicis εὔνοια ἀντίστροφος est mutua benevolentia.

Ἀντιστροφή.

Alia est antistrophe Rhetorica, alia Logica, alia Comica, alia Lyrica, alia Mathematica, Logicæ Germana.

Antistrophe Rhetoribus est figura Epanaphoræ contraria. Est enim, ut ait Aquila Romanus, species repetitionis, cum in eandem partem sententiæ sæpius desinunt, id est, per antistrophen in membris orationis eadem dictio in fine repetitur, ut Cicero pro Font. Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus amplissimæ copiæ in Gallia, Equites numero plurimi è Gallia.

In Dialecticis est, terminorum seu simplicium, vel propositionum simplicium, ut conversio alterna mutuo à se pendentium, id est, relatorum. Sunt qui etiam ἀνάκαμψιν dixerunt, Dominus est servi dominus, & servus est domini servus: propositionum; ut Nullus homo est beatus, Nullus beatus est homo.

Lyricis antistrophe est genus saltationis, quo modo in dextram, modo in sinistram choros agunt, atq; revocant. In hymnis

hymnis Deorum ἡ ἀντιστροφὴ opponitur τῇ στροφῇ Macrob. Illa huic accinebatur. Ac generatim loquendo antistrophe est idem, ꝙ ἀντῳδή. *In Comœdiis ἀντιστροφὴ* est similis τῇ στροφῇ. Estq; pars παραβάσεως. παράβασις autem dicebatur cum chorus ad populum conversus aliquid extra argumentum fabulæ loquebatur, utens plerumq; versibus anapæsticis.

Poetis Anstistrophe etiam seu παλινδρομία versuum est quo dicuntur antistrophi, id est, reciproci, recurrentes, retrogradi, παλίνδρομοι & μέτρα ἀντιστρόφοδα, Suntque 1. unius sententiæ vel contrariæ Unius :Magnificato mihi Messiam Magnipotentem, Jesus Christus ego, en Dux, hostes exuperavi.

Res bona conjugium, res sacra consiliũ.

Contrariæ:

Conjugium tibi sit blandum, nec fœdera jungas

Irrita, sis fœlix, nec cito dispereas.

Dispereas cito, nec fœlix sis, irrita jungas

Fœdera, nec blandum sit tibi conjugiũ.

Item

Scis bene Grammaticos canones: nec carmina nescis

Scribere: scis logicen, haud rudis historiæ.

Historiæ rudis, haud logicen scis, scribere nescis

Carmina, nec canones Grammaticos bene scis.

2. Antistrophe fit vel integris vocibus, vel literis vocum ordine minimè interrupto collectis, vel utrisq;:

Integris vocibus, ut:

Musa mihi causas memora, quo numine læso.

Fata sibi Iudas fabricans est proditor atrox.

Literis:

Roma tibi subitò motibus ibit amor.

Mulos Anna tenet, non tenet Anna soliũ

En giro tortè Sol cyclos, & rotor igne.

Sol loqnitur: scribitur autem hic giro pro gyro. (γυρόω Græcum est, latinum igitur gyro, id est gyros facio.)

Utrisq;:

Otto tenet mappam, mappam madidam tenet Otto. Vel, Otto tenet mappam madidam mappam tenet Otto.

Antistrophe seu conversio apud Mathematicos, præcipueq; Geometras propriè & primariò dicitur, cum Theoremata, conclusiones & hypotheses, seu quæsita & data permutantur, ita ut præcedentis propositionis quæsitum; quod Proclus conclusionem vocat; in sequenti propositione sit datum: quod ab eodem hypothesis vocatur: & ipsa hypothesis fiat conclusio.

Duplices a. sunt ἀντιστροφαὶ (conversiones) una quidẽ, quæ præcipua, & definita & uniformis, est quando ex dato seu hypothesi, fit quæsitum, aut conclusio, & contra. Altera varia & multiplex, qua utimur in compositis propositionib⁹, cum unũ ex quæsitis convertitur cum pluribus datis, & contra: & in multa se extendit theoremata.

Ἀντιστρέφουσα seu reciproca appellatio Scaligero in lib. de causis ling. lat. est par appellatio, id est, paris seu ejusdẽ potestatis. Sic & reciproca oratio. Non sunt orationes reciprocæ seu pares; Cursor est currens, & currens est cursor. Nam cursor designat nobis naturam ingeniumq; ad currendum. Currens autem dicit actum. Cursor significat τὸν πεφυκότα, id est, eum, qui ad currendum natus est.

Ibidem Scaligero ἀντιστροφὴ seu reciprocatio est transpositio, tum ex ijsdem, tum ex contrariis. Ex iisdem. Qui consulit senatum, Consul est, & qui Consul est, consulit senatum. Ex contrariis, ut Oratoria est dialectica diffusa. Dialectica est oratio pressa. Phi-

Digitized by Google

19. Alii sic explicant: Jubemur quærere quæ supra hunc mundum sunt: ubi Christus caput nostrum est, nempe gloriam & beatitudinem & immortalitatem cœlestem ac perpetuam, quæ non est in hujus mundi ambitu, quem nos nunc incolimus. Utraq; interpretatio probabilis.

Ἀόριστον.

Ἀόριστον est indeterminatum seu indefinitum, incertum, vagum, cui opponitur definitum seu determinatū, certum, proprium, ab aliis distinctum. Sic materia prima dicitur quid indeterminatum. Materiatum verò dicitur Ens determinatum seu definitum. Nullū Ens perfectum est ἀόριστον, id est, omnia Entia perfecta habent certam, & definitam essentiam, per quam sunt id quod sunt, & ab aliis distinguuntur. Unūquodq; Entium intra suam definitionem vel propriæ naturæ ambitum continetur. At ἄπειρον est infinitum, interminatū, πέρας μὴ ἔχον, quod finem seu terminum non habet, quod est ἀνυπέρατος, ut immensum dicitur, quod est ἀνυμέτρος, sine mensura, μέτρον μὴ ἔχον, mensuram non habens, dimensionem non recipiens. Sic Deus infinitus & immensus est. Hieron. Zanchius, & Matthæus Sladus.

Deo sua constat essentia propria seu peculiaris, eaque certa omninoque distincta, aliaque à creaturis omnibus, seu ab aliarum rerum essentiis verè secreta, seu, ut alii loquuntur eodem sensu, Deus est hoc aliquid Spiritualissimum ἀμιγὲς, non mixtum cum creatis rebus: & tamen Deus est ἄπειρος seu infinitus, quia non est ulla re circumscriptus. Græci etiam dicunt: Non dicunt est πεπερασμένος. (Nullam hic esse ἐναντιολογίαν, ἐκφανέστατόν ἐστι.)

Est igitur Deus infinitum negativè, id est, cui nullus terminus præfixus seu

præscriptus. Sicut autem ἄπειρον & concretè & abstractè (significat enim interdum infinitatem) accipitur: Sic etiam ἀόριστον.

Interdum ἀόριστον & ἄπειρον idem declarant, & utrumq; Deo attribuitur, à Græco Theol. Bas. M.

Ἀόριστος πρότασις est propositio infinita, ut creatio est actio non Physica.

Corollaria

1. *Si Ἄπειρον id est infinitum dicitur τὸ μὴ ἔχον πέρας, q; nō habet extrema, seu terminos, infinito mediū assignari nequit.*

2. *Infinitum in prima Philosophia est: nempe sine principio principium, τὸ ἀλλὰ id est Deus, qui est alius à natura, & omni creatura, cumq; omnia in eo sint, extra tamen omnia subsistit Ergo & extra locū & extra tempus: seu tēpore non continetur, μὴ ὅλως ἔχεται χρόνῳ. 3. Itaq; æternū est. 4. Itaq; immortale, ἀνώλεθρον.*

5. *Est & ἀκατάληπτος id est infinita essentia sapientia ac potentia, non quidem παθητικῶς sed ἐνεργητικῶς.*

Itaq; 1. ubiq; est, loco nō astringitur, omnesq; res sunt ipsi præsentiss.mæ, ut dicitur à Poëta,

Omnia nuda oculis sunt & aperta Dei.

2. Nec minui nec augeri potest:

Ἀπείρως.

In Philosophia modò infinitè, modò sine experientia significat. Hermogenes in lib. de Ideis ubi loquitur, de ἐπιεικείᾳ ait βάσκειν δὲ ἀπείρως ἔχοντα λόγων εἰς δικαστήριον εἶναι, vertit hoc Bonfinis: item dicere se cū infinita dicendi copia venisse in judiciū: sed perperam: vertendum n. Et dicat se inexpertum, seu inexercitatum in dicendo venisse ad judicium. Græci n. eleganter dicunt ἀπείρως λόγων ἔχειν, pro eo, quod est, usu parū posse in disputando, vel dicendo. vid. 2. παρέργων F. Luisini Utinensis Sic dicunt ἔχει ἀνιάτως, est insanabilis, incurabilis.

ἁπλῶς

ἁπλῶς est

1. Secundum ſeipſum, ſecundum propriam naturam.
Abſolute omnino: universè ſummatim καθόλυ ſine ulla prorſus relatione ad aliud, ſine ullo reſpectu conſideratum ἄνευ προσθήκης, ſine additione.
Opponitur ei πῶς, πῆ, κατάτι, cum coarctatione, cum reſtrictione ex ſuppoſitione, aliqua ex parte, cum exceptione.
2. Per ſe ut opponatur ei per accidens. Si hanc ſignificationem malis referre ad primam ſeu eam illi adjungere, non repugnaverim.
3. Abſtractè purè & ſolitariè, ut opponatur ei complexè, compoſitè, concretè.
4. Propriè, ut res dicuntur, ad literam, nudè non ornatè vulgariter, inelaboratè, ut opponatur ei impropriè, tropicè figurate, ἐσχηματισμένως.
5. Principaliter, & primariò, cui opponitur Secundariò & minus principaliter.

EXEMPLA.

Ariſtotelis lib. 1. poſter. Analytic. Contex. 6. Simpliciter (ἁπλῶς) de omni numero id eſt ſine reſtrictione universè. Cauſæ priores, notioresq; ſunt ἁπλῶς effectibus, id eſt ſecundum propriam naturam ſine ullo ingenij noſtri reſpectu, ratione noſtræ infirmitatis ſepoſita. Αιτια (cauſæ) & principia natura ſua, vi ſua, ſponte & per ſe ipſa notiora eſſe debuerant effectis, niſi mentis noſtræ imbecillitas obſtaret Martyr. int. Ethic. Ariſtotelis. Oppoſitum Notiora ſeu manifeſtiora nobis ut ſunt effecta.

Simpliciter, ſeu ἁπλῶς propria πῶς (nempe uſu) ſiunt communia. Ariſt. 2. Politic. 3. c.

Hoc bonum eſt non ἁπλῶς, id eſt non omnino, ſed κατάτι, ſeu modo quodam.

Concluſio eſt vera. non ſimpliciter ſed ex hypotheſi, ſi vera ſunt præmiſſæ.

Paralogiſmus παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς, eſt fallacia ſeu captio ab eo quod quadantenus vel ex parte dicitur ad illud, quod ſimpliciter alicui tribuitur. Ad primã etiã ſignificationem refer, cum ſignificat τὸ ἐξ ἀνάγκης, id eſt, ex neceſſitate, ut ſimpliciter verum, id eſt neceſſario. Suidas.

Beatus eſt beatus, vel ſimpliciter, vel ex conditione.

Exemplum 2.

Æneas vicit Turnum, id ſimpliciter, id eſt, per ſe contingens eſt, multis Philoſophis ut Schegkio, ſed neceſſarium eſt, propter irrevocabilem temporis Circumſtantiam.

Exemplum. 3.

Senio, ternio, eſt ſimpliciter, id eſt, abſtractè numerus: eſt numerus ſimplex, id eſt, abſtractus. ἁπλῶς canit, non πολυποικίλως ſeu variatim, non πολυτρόπως

Τὸ γελαστικὸν ſeu riſivum, prædicatur de homine ἁπλῶς id eſt ſolitariè ſeu ſolum. At par & impar ſimul & conjunctim cum disjunctiva particula prædicantur de numero: Omnis numerus eſt par vel impar. Non eſt proprium numeri par, ſimpliciter ſeu ſeorſim acceptum.

Exemplum 4.

Α'πλῶς λέγει ἡ ἀλήθεια. Veritatis ſimplex eſt oratio. Verſus ἁπλόλογοι & ἁπλοσχήμονες, ſunt quorum dictio & concinnitas ſimplex

simplex est, hoc est inelaborata.

Explicatio 5. significationis cum Exemplo.

Interdum Aristoteles sic utitur τῷ ἁπλῶς ut quoddam primum & principale inter multa significet (ut in iis quæ dicuntur ἀφ' ἑνὸς) sic τὸ prius ἁπλῶς usurpatur respectu temporis, id est prius tempore reliquis significatis prioris potius antiquius & prius esse ducitur Nam lib. 1. de ortu & interitu inquit Philosophus τὸ δὲ ἁπλῶς ἤτοι τὸ πρῶτον σημαίνει καθ' ἑκάστην κατηγορίαν τοῦ ὄντος ἢ τὸ καθόλου καὶ τὸ πάντα περιέχον, id est, vocabulum simpliciter aut primum significat, in unaquaq; Categoria Entis, aut id quod universum est, & omnia continet.

Substantia est Ens primò: Substantia est Ens simpliciter. Accidens est Ens secùdò: Accidens estEns secundumq d.

Interdum differunt hæc duo πρώτως & ἁπλῶς, ut τὸ simpliciter conveniat ei cui non convenit τὸ primò: aliud est esse seu subsistere nunc simpliciter in utraq; natura τὸν λόγον, & aliud primò, quorum quidem illud verum, hoc vero falsum: Primò enim ὁ λόγος subsistit in natura divina æterna.

Interdum primum & simpliciter conjunguntur, manente significationum differentia. In propositionibus: Christus est factus secundùm humanitatem, incepit esse secundùm humanitatem; Factus & Incepit distrahuntur per τὸ secundum humanitatem, ad significandum primum esse simpliciter, non Christi, sed humanitatis (quæ non est Christus, sed substátia, quæ est aliquid Christ) ita valent hæ; (præjacentes vocant) Christi humanitas est facta: coepit esse; quæ si falsæ essent, falsæ quoq; essent judicandæ reduplicativæ vel specificativæ illæ, Gabriel Biel lib. 3. dist. 7. quæst. un.

Τὸ simpliciter interdum opponi Efficaciter ostendit hoc exemplum, seu potius hæc distinctio: quædam signa significant simpliciter, quædam efficaciter. Sic Biel lib. 4. dist. 1. quæst. 2. Aliud est instituere signum ad significandum simpliciter, & ad significandum efficaciter.

Αντία φύσεως.

Αλλὰ φύσεως & παρὰ φύσιν differunt Mercato sic. Secundum naturam illa maximè dicuntur quæ proveniunt à principiis, materia & forma convenienti modo se habentibus. Secundi ordinis κατὰ φύσιν sunt quæ solum ab alterutro principio fiunt alteroplutimú vitiato aut corrupto & quia forma magis est natura quã materia ideo in quibus forma servatur ejusq; vis illa magis secundum naturam haberi debent quam ea in quibus forma vel penitus vel quasi est deperdita vel obscura residet, propria tamen materia remanet.

Ea contrà ἀλλὰ φύσεως dicuntur quæ subjectum excessu magno & notabiliter lædunt, ut ait Merca. Ac quibus neq; forma neq; materia similis servatur toto genere contra naturam oensenda sunt, quia tota natura in his ferè deficit.

Media inter hæc extrema vocari possunt præter naturam. Morbus igitur est quid præter naturam quia in eo forma partis materia manente evertitur & mutatur, ita ut extra limites naturæ sit. Morbus enim est vitium formæ non materiæ, sive formam intelligas accidentalem sive partialem. Ita causæ etiam & Symptomata præter naturam appellátur, quia formam vel materiam ejus, cujus Symptomata & causæ sunt, vitiant.

Morbi tamen qui sunt in tota substan-

E tia

tia (id est quoad materiam & quoad formam) CONTRA naturam esse rectè dicuntur ut Elephantiasis & similes habituales ac fixissimi. Hi à materiæ vitio originem trahunt & mox formam partis vitiant. Alii verò morbi incipiunt à vitio formæ & in materiam parum vel nihil agunt. At enim inquis. Galenus lib. de morb. & symptom. cap. 8. ait, quosdam morbos esse secundum naturam. Si omnes morbi lædunt naturam, & existunt à principio externo violento, quomodo quidam κτ̀ φύσιν, existunt ut sextus digitus, Polypus, Pterygion, caro adaucta in hulcere & alii qui originem trahunt ab utero. Respondetur: sunt secundum naturam seu naturales κτ̀ ἢ, id est, non quidem quod sua natura non sint contra naturæ institutum sed quòd fiant à principio interno, à nutriente potentia seu anima: quod principium cum non habeat se modo naturali & convenienti ac secundum naturam: seu quoniam fiunt modò dicti morbi à principio cooperante ad eos, sed à causa, quæ vicem externæ habet, & impedit naturam, quo minùs rectè operetur: ideo quoque non secundum naturam esse dicũtur.

Mechanica opera multa, ut admirabilia, fiunt præter naturam, non contra naturam.

Interdum ἀντίον φύσεως & παρὰ φύσιν accipiuntur pro eodem ut cum dicit Johannes Serranus, pæderastiam seu masculum venerem esse vitium, παρὰ φύσιν, & contra naturæ leges:

Ἀπὸ pro Ex.

Ἀπὸ φρενὸς λέγειν pro ἐκ καρδίας λέγειν, i. e., ex animo.

ἀπὸ { Μνήμης / Γλώσσης / Στόματος } { λέγειν / Εἰπεῖν } { Id est, memoria exponere, ut Cicero loquitur, außwendig sagē

Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχει τέλυς,
Vom anfang bis zum end.

Græcorum hæc phrasis duplicem habet significationem: 1. Rhetores Græci aliquando per τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχει τέλυς id est, per ea, quæ ab initio ad finem usque sunt, intelligunt circumstantias. Hæ enim ab initio negotii usq; ad exitum ejus sunt considerandæ. Cic. in offic. per Synecdochen vocat Tempora. Græci καιρὸς. Temporibus necessariũ, διὰ καιρὸς τινάς ἀναγκαῖον, id est, necessarium propter aliquas circumstantias.

2. Aliquando Græci per illa intelligunt è summo genere per species intermedias ad individuum usque, & minutissimas ipsius individui partes progressionem, aut tam simplicium quàm conjunctarum quæstionum è locis suis accuratam tractationem, quibus in locis circumstantiæ nonnullum locum obtinent. Hieron. Wolf. in Cic. Off. pag. 486. si tibi fas est, lege.

Ἀπόδοσις.

1. Ἀπόδοσις in Log. est altera comparationis pars; Latin. Redditio. Ejus nota, Ita seu sic. Ei respondet πρότασις, i. e. similitudinis propositio.
2. Est nonnunquam idem quod ἀντιστροφὴ in doctrina relatorum. Conversio est relati cum correlato: hæc Græcis est ἀπόδοσις & ἀνάκαμψις, i. e. commutatio, quæ in explicatione dicitur fieri, vel casu eodem, ut, Miles est Ducis miles, & Dux est militis dux (Sic commilito est commilitonis commilito. sine repetitione, quia hìc relata sunt unius nominis vel diverso, ut autor est operis author, & opus est effectum ab autore. Sensus rem sensilem sentit, & res sensilis à sensu sentitur.

3. Rhe-

3. Rhetoribus nonnunquam est idem quod expositio seu fusior explicatio, significantior expressio ejus quod dictum est. Hermóg.

4. Politico est solutio vel restitutio, repræsentatio, assignatio. Ἀποδίδωμι enim est interdum repræsento, attribuo, satisfacio.

Usus ejus in doctrina de justitia.

Ἀποδύεσθαι.

Ἀποδύεσθαι est & vestes exuere, & aliquid aggredi, ut ad pugnam se accingere. Sumptum à luctaturis, qui deponunt vestes ut ad pugnandum sint aptiores & expeditiores.

Ἀποκατάστασις,

Ἀποκατάστασις est vox Politica & Physica.

1. Significat restitutionem in pristinum statum.

2. Compositionem turbulentæ rei.

3. Periodum planetarum anno vertente in eodem signo. Sic Solis ἀποκατάστασιν dicitur temp⁹ periodicum, quo Sol redit in eandem partem Zodiaci à qua primùm processit.

In Actis Apostol. accipiuntur χρόνοι ἀποκαταστάσεως pro fine seculorum seu die judicii universalis, quo omnia restituentur in integrum. Cap. 3.

Apologus.

Apologus & fabula differunt, ut species & Genus. Apologus est fabula, seu narratio fabulosa, in qua bruta animalia inducuntur loquentia.

Ex fabulis Poëticis ex Apologis eruitur aliquid ad formandum vitam, & mores, vel ad explicandum naturam rerum utile, diversum ab eo, quod simplici fabulæ narratione continebatur. Id vocant Affabulationem, fabulæ quasi appendicem, Græci ἐπιμύθιον (Aphthonius Soph:) quod expositæ fabulæ adjungitur Tractationis plenioris Apologi exemplum pulchrũ placet subiicere.

Apologus Antisthenis de concione Leporum inter Leones, pertinens ad sententiam Hesiodeam ἄφρων ὃς &c. stultus, qui vult pugnare contra potentes.

Leo olim omnibus animantibus conventum indixerat, ut communi consilio constitueretur de iis, quæ ad rempub. seu communem utilitatem animantium pertinerent. Sæpe ille audierat querelas multarum animantium imbecilliorum, præsertim, quod ungues & dentes reliquarum reformidare cogerentur.

Sæpe illum lepores, sæpe timidæ damæ, sæpe cuniculi rogaverant, ut defenderentur. Ipsos etiam mures fama est felem accusasse, Et quæ præterea alias animantes infestas habebant, questæ fuerant. Ergo ille indicto concilio rebus legitimè mederi conatus est. Ibi cum omnibus concessa esset libera fandi copia, & exponerent omnes consilium suum, lepores præcipuè magna contentione rem agebant.

Hos inter reliquis habitus sapientior unus,
Surgit & hæc illi concio dicta fuit.
Fœlices nimium populos, fœlicia regna,
Sors ubi jure pari civibus æqua datur.
Lex ubi justa viget, non omnia fortior au-
(det,
Non validi vires legibus ante ferunt.
Non premit imbelles passim vis improba cives,
Omnia sed placido mitis concordia vul-
(tu
Dirigit unanimi constituitq; modo
O utinam inter nos etiam ita viveretur,
Non tunc tot cædes passim fierent.

Quod si mihi dicendum est, quod sentio, sic omnia rectè constitutum crediderim iri. Primum Rex ipse cum suis abstineat à cæde, & rapinis. 2. reliqui qui sunt potentiores assuescant & ipsi parcere debilibus. Tali ratione crediderim rectissimè constitui posse Rempub. animantium.

Hæc & plura in hanc sententiã cõcionabatur. Nec mora, laudatur sentẽtia leporis à pluribus, præsertim imbecillioribus, qui omnes dicebant rectissimum id esse, quod lepores suadebant.

Regius at contra solio leo frendet in alto,
Terribili reddens talia verba sono:
Optima nimirum verbisq; ornata disertis
Concio laudati Rhetoris ista fuit.
Scilicet æquari summis vilissima quoq;
Judicio rectum Rhetoris hujus erit.
Quis neget? Ast unum sermoni defuit isti:

Ungues videlicet & dentes leonini, quibus confirmaret concionem suam. Ne tamen frustra optimum consilium nobis dederint lepores, purpurea toga illos induendos esse censeo.

Dixit & extemplo leones omnes in lepores impetum facere jubet, & lacerare universos, atque ita purpurea toga illos donavit.

Affabulatio.

Fabula quid moneat facile sine carmine nostro
Quilibet indicio pervidet ipse suo.

Nil agit qui conatur in ordinem redigere potentes, *quibus ipsa potentia lex est*; Imò non tantùm nihil agit, sed & periculo exponit se & sua omnia.

Huc jam exempla accommodanda.

Aptet Chalcantẽ, qua fortuna usus fuerit.
Dixerat hic regi: contempti injuria Chrysæ
Nos premit, inde lues, quæ dat tot corpora letho,
Funera plura dabit, virgo nisi reddita patri
Placatum nobis fecerit esse Deum.

Ibi tum ille (Agamemnon) furit mentis vix compos. Quod nisi Achilles pro Chalcante stetisset, fuisset trucidatus.

Concludatur Enthymemate: Scilicet hic regum mos est, ut quod illis libet etiam liceat. Et hoc est axioma ipsorum: Sic volo sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Hinc leges figunt & refigunt. Præcipuè verò hæc fortuna eorum esse solet, qui sunt fideles præcones Christi. Hi sæpè sunt lepores leonibus legem dicentes, & accidũt illis longè tristissima exilia, supplicia, exagitationes, & alia id genus. Exempla sunt in medio prorsus innumerabilia. Nam quia Dei immutabilis hæc voluntas est, quod non tantùm docere suos vult ministros veritatem, sed etiam impietatem mundi acriter reprehendere, accusare & damnare, fit hoc quod videmus. Arma parant hostes, stringunt enses, laqueos expediunt, & omnis generis supplicia exquirunt, ut tollant eos, à quibus arguitur ipsorum impietas. &c.

Afferatur exemplum Esaiæ, qui serra fuit dissectus à Manasse: Joannis, qui obtruncatus: Et tandem ipsius Christi, qui crucifixus. Sed tamen manet & manebit in perpetuum ministerium verbi cœlestis. Infine precatio addi potest, ut Deus confirmet illos qui leonibus concionantur.

Ἀποπλεῖν.

Ἀποπλεῖν Ciceroni est conficere, i. e. ad exitum perducere. Sic & Plato accipit.

Apotelesma.

Apotelesmata sunt effecta, quæ ex actionibus proveniunt. Latinè absoluta opera,

pera, à Græco ἀποτελέω, id est perficio. Quibus opponuntur affecta, id est, propè perfecta. Apotelesmata Astrologis sunt eventa seu effecta cœlestium motuū, certiq; positus astrorum.

Theologi ἔργα seu effecta personalia seu θεανθρώπινα, ad quæ concurrunt τοῦ λόγου & assumptæ carnis ἐνέργειαι seu operationes, vocāt apotelesmata (θεανδρικά) ut vivificare, Redimere Ecclesiam: vocantur hæc etiam nonnunquam ἐνεργήματα.

Sic Physici compositum ex materia & forma, vel omninò perfectum ex concursu causarum sociarum vocare possunt ἀποτέλεσμα.

Jurisconsulti apotelesmata vocant opera seu corpora, quæ post operam navatam perfecta exstant, qualis est dom⁹ exstructa. Hęc est architecti ἀποτέλεσμα. Ac distinguunt Apotelesmata ab ἔργοις. Vide Paulum IC. lib. 2. ad edictum in l. 5. §. 1. de verb. signific. Ἔργον vocant ipsum laborem & operam architecti, domum illam construentis & ædificantis.

Quod a. Jureconsulti Apotelesma nominant, Philosophi vocant σῶμα vel μηχάνημα. *Veteres Scriptores* mundum hunc Dei ἔργον ἀποτέλεσον (opus perfectum) vocant, Vide L. Danæum in examine l. D. Chemnit. de duabus naturis pag. 282.

Patres Græci etiam generaliter ἀποτέλεσμα *vocant effectum plurium simul eodem tempore, circa unum & idem subjectum agentium, sive illæ opus aliquod post suam actionem seu operationem edant ac relinquant, (qualis est nostra regeneratio.) sive non relinquant* (qualis fuit Christi prædicatio, quæ in ipsa illius actione tota est consumpta.)

CANON *in quo indicatur Usus Vocis*

Quarum causarum simul & circa idem subjectum agentium, apotelesmata sunt communia, earundem actiones seu operationes manent propriæ & alteri nequaquam ὄντως communicantur, ut:

Locutio hominis est cōmune animæ & corporis opus, alia tamen est animæ in eo opere actio, alia corporis. Anima est dictatrix, res orationi suppeditans, corporis autem membra vocem & sonum, qui auditur, formant.

Scriptura est hominis apotelesma, *Alia hic est anima operatio, alia corporis:* animæ est directio & gubernatio manus, & characterum imaginatio: manus est calami apprehensio, linearum ductio, attamenti illitio.

Culter est apotelesma fabri: commune animi & corporis: propria actio animi non communicatur corpori vel contra: Fabri enim anima formam cultri fingit, & quasi præscribit. Manus autem malleum id est ferrum tractat & incudem ferit.

Hominis illius qui à primo ortu erat cæcus, sanatio fuit duarum naturarum Christi opus & ἀποτέλεσμα commune: in eodem tamen singularum naturarum agentium operationes manebant propriæ: divinæ naturæ erat virtutem videndi in oculos cœci infundere: Humanitatis erat lutum è sputo conficere & oculis applicare.

Canon.

Ἐνέργειαι, id est, operationes ad apotelesma destinantur.

Apotelesma Christi, quod est officii totius personæ Christi, à Damasceno vocatur θεανδρικὴ ἐνέργεια, Dei virilis actio.

Digitized by Google

Etenim in Christo operante, ut θεανθρώπῳ, ad extra considerantur.

Agens seu principium Quod, ἐνεργῶν.
Principia Quibus, ἐνεργητικὰ (vi agendi prædita) quorum alterum κύριον αἴτιον (causa princeps) alterum instrumentale.
Operationes, ἐνέργειαι, ἐνεργήσεις.
Apotelesma: effectum personale: ἐνέργημα.
Officij nomen ἀξιωματικόν.

Exempli causa.

Si consideretur ἀπολυτρώσεις, seu redemptio generis humani, Agens σύνθετον est Christus seu θεάνθρωπος: principia seu formæ secundum quas agit, sunt ὁ λόγος & Humanitas assumpta, ad unũ apotelesma coordinata sociataq; & συνεργοῦντα. Actio τοῦ λόγου est traditio humanitatis in mortem, & illius sustẽtatio. Actio humanitatis est effusio sanguinis & perpessio mortis. Effectum personale seu Apotelesma Redemptio. Nomen officii seu ἀξιώματος Redemptor. Si consideretur Christi dominatus in omnia, Agens est Christus: τὰ ἐνεργητικὰ, seu formæ secundum & per quas persona agit, sunt λόγος παντοδύναμος, & humanitas divinissima. Ενέργεια τοῦ λόγου est omnium motio cum patre. Actio humanitatis est consensus & approbatio omninoq; cooperatio illa, quæ ex ejus πλειώσει, id est, perfectione eximia & exaltatione existit. Apotelesma seu ἐνέργημα προσωπικὸν, id est personale est παναρχία seu exercitiũ omnis in cœlo ac in terra ἐξουσίας hoc est potestatis. Nomen officii seu axiomatis Regii est παντάρχης, unde colligitur primo Apotelesma & nomen officii differre, ut abstractum & concretum. 2. Errare illos ut ἀπαιδεύτους qui apotelesmata & ἐνεργείας confundunt. Nam quorum unitorum substantia seu natura diversa est, eorum apotelesma quidem unum esse potest, sed actio una omnino esse nequit.

Mori pro mundi vita singularis ἐνέργεια est Christi, secundum humanam naturam, non est Apotelesma, utriusque naturæ, nec est ἐνέργημα Christi, secundum utramq; naturam: Divina enim natura non moritur pro mundi vita. vide Miscellaneorum meorum partem primam.

Facio syllogismum. Apotelesma est totius personæ Christi κατὰ μέρη considerata, sed mors pro mundi vita est Christi secundum carnem tantùm ejus propriam & singularem seu à cõmuni exemptam, non etiam secundùm deitatem. Ergo non est apotelesma, quo de hic agitur.

Speciatim Apotelesmata in Astrolog. dicuntur.

Apotelesmaticũ n. accipitur ab Astronomis, pro eo, quod est docẽs de prædictionibus, seu divinationibus, ex dispositione & motu astrorum. Ac Astrologia dividitur in εἰσαγωγικὴν, quæ tradit principia Astrologiæ, & ἀποτελεσματικὴν.

Astrologiæ Apotelesmaticæ partes duę sunt
- Μαντικὴ καθόλου
- Γενεθλιολογικὴ.

Μαντικὴ seu divinatrix universalis, est de prædictionibus universalibus, de regione aliqua, vel urbe, de aeris mutationibus cæterisq; magnis & parvis effectibus. Genethliologica est, quæ

ad

ad genesin singulorum hominum attinet: ex qua de præcipuis corporis & animæ fortunæq; bonis malisvè, quantum physicæ causæ permittunt, divinat.

Apotelesmatici igitur dicti sunt prædictores, seu divinatores genethliaci ab apotelesmatibus, quæ sunt Astrologorum responsa, vel effecta horoscopi (ejus cœli partes, quæ genituræ tempore ab oriente emergit supra Finitorem orbem) seu ea, quæ cœlũ ex stellarum compositione, cotradiatione, & aspectu mutuo in natali cujusq; hora efficere putantur. Græci dicunt ἐκβάντα ἐκ τῶν ἄστρων πρὸς ἄλληλα διακειμένων συναυγασμῶ.

Apotelesmatica ars dicitur, quæ relinquit post se apotelesma, id est, opus ἔργον ποίημα, μηχάνημα. Unde & ποιητικὴ & δημιουργικὴ dicitur, & μηχανική. Opponitur ei πρακτική, quę post actionem non relinquit opus.

Ἀποτομὴ & *Anatome* ἀνατομή.

Apotome & Anatome differunt: illud est vocabulum Geometricum & Musicum. Significat enim ἀποτομὴν & segmentum & semitonium (Boetio) Anatome vero seu anatomia est φυσιολογούντων: ac interdum sumitur pro actu secandi, seu incisione ipsa, ac separatione partium, quæ fit ab Anatomico. Interdum usurpatur pro habitu animi, seu arte, quæ sua habens theoremata & principia inquirit ea, quæ sensibus in corpore humano præcipuè possint perfici perfectionem certa ratione factã, (non quomodolibet) quæ manifesta non essent, nisi fieret sectio, ut sunt compositio membrorum, figura & conformatio, connexus seu colligatio cum aliis, situs, numerus, substantia & cõsistentia (an sint partes duræ, an molles, an mediæ inter duras & molles) color, usus, actio & officium. Hæc ars corpus distinguit in tres ventres & artus. Vel dividit truncum seu molem corporis in quatuor partes, Caput, thoracem, ventrem & artus. Horum singula rursus dividuntur in partes exteriores & interiores: quarum quædam sunt homogeneæ seu similares; quædam compositæ & instrumentales: atq; hæ aut sunt principales, ut cerebrum, cor, epar: aut sunt famulatrices seu inservientes, seu usum aliquem præbẽtes vel principalibus, vel toti corpori.

In Algebra numerus residuus dicitur Apotome. Ram. lib. 1. Algeb. el. 2.

Ἀπόστημα.

Ἀπόστημα 1. significat intervallum, interjectum spatium, distantiã. 2. digressionem. 3. degenerationem aliquam. Vis enim vocabuli defectum quendam in se continere videtur Zuinger. lib. 1. de moribus cap. 12. 4. Suppurationem vel transitum corporis ex inflammatione ad pus.

Bergius 1. Eth. cap. dicto ἀποστήματι interpretatur discessum à majorum virtute & moribus. Lambinus magnum interjectum spatium.

Ἀποφόρητα ξένια.

Apophoreta in genere dicuntur, quæ auferri possunt, ab ἀποφέρεσθαι. Speciatim sunt 1. munuscula, quæ dabantur post cœnam convivis domum secum auferenda. Sueton. in Domit. 2. sunt munera Saturnalitia, id est, quæ dari consueverunt ipsis Saturnalibus, & nunc dantur Calendis Januarii, quæ annum novum inchoant. Sueton. in Calig. vocat strenas.

3. Sunt liber in quo dona illa describuntur: vel ipsi versus, pro apophoretis missi

missi datiq; (Ita etiam Xenia usurpat Martialis, quæ propriè sunt munera data missave hospitibus.)
Ex hoc genere est Alphabetum Votivum Illustriss. juxta ac Literatiss. P. ac D. D. Mauritii Landgr. Hassiæ; quod quia artificiosum est adscribere placet.

VOTUM

PRO INGREDIENTE ANNO M. DC. XIV.

TOTI NOSTRAE AULAE ET OMNIBUS EJUS statibus sacrum.

ANnus abit transactus, adestq; recentior annus;
  Bis sit prosperior qui venit, atque abiens.
Christe rogo primum votum largire petenti,
  Da PACEM nobis, optime CHRISTE, tuam;
E verbo sincera tuo DOCTRINA resultans
  Floreat in templis, floreat inq; scholis.
GRATIA sit populo DIVINA parata misello;
  Hassia quos RITUS jam tenet, obtineat.
JUSTITIA ad normam sacrati Codicis, aptæ &
  Leges JUDICIUM constituantq; FORUM.
MARTIS OPUS, MILES PATRIUS, sint rite parati,
  Nec quicquam timeant prælia, si sit opus.
Ordo DOMUM talis regat ut benè prosit utrinq;
  Pauperibus quo det divitibusque suum.
QUÆSTUS proveniant liciti, benedictus AGELLUS
  Ruricolis largo fœnore reddat opes.
Sanus sit PRINCEPS, CONJUX, SOBOLESq; beata,
  Tuta sit à bello PATRIA tota truci.
Votis Annue Christe meis, sic aulica multùm
  Χένια conducent prosperitate tua.
Τῷ Θεῷ, fac sit concordia firma piorum,
  Zona velut Regis cingit utrumque latus.

Απόχρησις.

Απόχρησις est abusus vel rerum, ut bonorum, vel vocum: ut Tapeinophrosyne propriè est virtus, sed τῇ ἀποχρήσει, id est, abusu vocis est vitium, quo quis ταπεινὰ, id est, humilia φρονεῖ id est sentit & terrena, & abjecti est animi ita ut patiatur se veluti bubalum duci nari-

Digitized by Google

naribus dogmatis & præceptis hominum. Eraſ. & Hieronym. in 2. cap. ad Coloſſ.

In bonam etiam accipitur, ut abuſus: Eſt enim idẽ quod uſu conſumptio: ut abuti eſt uſu abſumere.

Aptota nomina.

Απτωτα dicuntur quæ ſunt indeclinabilia, & hac ratione dicuntur non habere caſus (ut verba quæ carent perſonis dicuntur *ἀπρόσωπα*) Grammatici tamen Monoptota pro iisdem capiunt. Sed Monoptoton ait Sergius non bene dicimus, cum *ἄπτωτον* dicendum eſt, ut nequam. Nam Monoptota illa ſunt, quibus unus tantùm caſus eſt, ut ſponte; Aptota verò ſunt illa, ubi omnes quidem ſunt caſus, ſed nulla ratione variantur, ut eſt frugi. Priſcian⁹ ita judicat: Aptota & Monoptota indeclinabilia ſunt: Similiter n. non variant terminatione, ſed immobilem eam ſervant: Aptota ſunt propriè dicenda, quæ nominativum ſolum habent, qui plerunq; & vocativus invenitur. & non accipitur etiam pro obliquis, ut Juppiter, Dieſpiter: Non enim licet eodem pro Genitivo, vel alio caſu obliquo uti: Ideò a. dixi propriè dicenda, quia inveniuntur etiam Aptota pro Monoptotis, monoptota pro Aptotis poſuiſſe. Neutrum v. ſi ſit aptoton, neceſſariò etiam pro accuſativo & vocativo accipitur ejus, nominativus quod generale eſt omnium neutrorum: ut fas, nefas, hir, pus: Monoptota v. ſunt, quæ pro omni caſu una eademq; terminatione fungũtur, qualia ſunt nomina literarum & numerorũ à quatuor usq; ad centũ. Mille quoq; indeclinabile eſt, & ſi qua inveniuntur ſimilia, ut hoc A hujus a: hoc alpha, hujus alpha: hi quatuor, horum quatuor: hoc gummi, hujus gummi: hic & hæc & hoc nequam, hujus nequã: hi quot, tot, horum quot tot, & barbara plurima: ſed magis omnia, niſi ea ad Græcam vel ad noſtram regulam flectamus, vel ab authoribus flexa inveniamus.

Αρεςον.

Αρεςον 1. eſt placens, acceptum, placitum, gratum. Minus eſt quàm gratioſum.

2. Eſt æquum *Ευάρεςον* bene acceptum.

Uſus.

Uſus eſt Luc. 12. c. in Actis Apoſt. *Ευάρεςος θεῷ* bene acceptus ſeu bene placens Deo; Wolgefellig.

Ανθρωπάρεσκοι, ſtudentes placere hominibus. In Ep. ad Epheſ. cap. 6.

ΑΡΕΤΗ.

Αρετη

Αρετὴ
- Perfecta, quæ omnibus numeris est absoluta, quæ nulla crescit adjunctione.
  - καθόλου virtus: Justi viri. Oculi. Sutoris. Equi.
  - ἐν μέρει in certo genere: propriè, ἰδίως.
- imperfecta
  - quę citra summum gradum est, affecta, id est, incoata, non consummata.
    - καθ' ὑπεροχὴν, virtus hominis quâ homo: moralis. intellectualis.
  - ἀκύρως, id est, impropriè & ὁμωνύμως dicta, ut virtus furum & tyrannorum.

Ita accipit Aristot. 3. Polit.

Αρκτικόν.

Arcticum elementum, ἀρκτικὸν στοιχεῖον, id est, litera extensiva seu protêdens, teste Terentiano, à Græcis vocatur S. propter hanc vim, quod brevem literam potest producere. Ait enim Terentianus, quem sequitur Melissus, In iis, quæ à principio S cum muta habent, id est, quæ incipiunt ab sc. sp. st. ut: scutum, scopus, spuma, stamen, stetit, schola, scribo, fieri positionem, etiamsi ad sequentem dictionem ambæ consonantes referantur, priorq; vocalis nuda seu sola dictionem claudat. ut:

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. Æn. 9.

Immane studens agitur &c. Sil. lib. 9.

Brontesq; Steropesq;, Virg. Æn. 8.

Occulta spolia & plures de pace triumpos. Juven.

Sic imitatus sum:

Quando malè scribis, post stivam rusticus ibis.

Sed his rursus opponuntur:

Quocunq; in fornice stantem. Horat.

Linquimus insani ridentes præmia scribæ.

Ponite spes sibi quisq; suas, Virg. Æn. 11.

Ignoscent si quid peccavero stultus amico. Horat.

In quibus exemplis nulla hujusmodi positione vocalis producitur. Itaq; in superioribus exemplis ego constituo Hellenismum.

Areticon in sphæra est Septentrionale seu aquilunare eiq; opponitur antarcticum, id est, meridionale, ab Areto, id est, ursa.

Αρχικὸν quoq; est incipiens. Unde αἴτιον προκαταρκτικὸν Medicis est causa externa, irritans seu lacessens internam προηγουμένην (antecedentem) verbum est προκατάρχω.

Archetypus ἀρχέτυπον, πρωτότυπον.

Cùm Theologi tùm Philosophi usurpant hoc nomen in Scholis suis, & opponunt ei ἔκτυπον. Archetypus, aliquando dicitur prototypus, ut Dei sapiêtia dicitur ἀρχέτυπος. Ἐκτύπον est effórmatum, ut imago illius, ut ἔκτυπος

πος Theologia est illa, quæ nobis patefacta, & literis mandata est. Anima nostra ad Archetypi (Dei) instar, id est imaginem, creata est.

Ἀρχή.

Homonymia, Nominis communitas, ut vertit Lambinus, hic nonnulla est, quam Philosophi & Medici diligenter explicârunt.

1. Ἀρχὴ est unde motus: Terminus à Quo. Sic umbilicus Galeno in homine est principium.
2. Unde commodiùs aliquid possumus incipere: sic notiora sunt principia disciplinarum. Sensus est principium inventionis & cognitionis.
3. Ex quo primum aliquid inest, prima rei radix. Ita fundamenta sunt ἀρχὴ ædium, Carina navis, cor animalium.
4. Unde fit primò aliquid, ita ut non insit, ut propositi finis cognitio movens mentem agentis ad operandum.
5. Unde primò motus mutatioq; in corpore fit. Ita pater & mater sunt ἀρχαὶ prolis.
6. Cujus voluntate movemur, ut sunt principes.
7. Artes ad quas feruntur opera maximè architectonica ars est ἀρχὴ operationum artificis.
8. Unde res primò cognosci potest. Ut suppositiones immediatæ, & indemonstrabiles propositiones, Demonstratio.
9. Omnes causæ tam internæ quàm externæ.

Ἀρχὴ principium rei
- ut est.
- ut cognoscitur: Cognitionis principia, de re scire
  - Eam esse τὸ ὅτι, hoc est
    - Substantiæ: εἰ ἐστι: Substantiam esse.
    - Accidentis ὅτι ἐστὶ; Accidens Substantiæ inesse:
  - Causam cur sit: τὸ διότι
    - Substantiæ τί ἐστι; Substãtiam per has causas, quæ definitionem ejus complent, esse
    - Accidentis; διότι ἐστὶ; Accidens propter has causas subjecto inesse.

Æsymneteia.

Æsymneteia est vel per totã alicujus vitam, vel ad certum tempus aut omnium rerum, aut præfinitarum, ex suffragiis seu electione (non hæreditate) summa & absoluta potestas. Species est principatus regis seu regia, & floruit apud antiquos Græcos.

Qui hoc imperium tenebant dicebantur Æsymnetæ. Aliis igitur hic dominatus conferebatur perpetuus, id est quoad vixerant vel aliquãdiu (μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων ἢ πράξεων) seu ad tem-

tempus quoddam: quod quidem per se & simpliciter præfinitum est, ut si in decem annos creetur Æsymneta: aut ex conditione sive rebus gerendis, ut si creetur donec quiddam gestum confectumq; fuerit. 3. Politic. Arist. & Montecatinus.

Aristot. ibidem: Æsymneteia est, ut summatim dicam, αἱρετὴ τύραννις id est tyrannis (Græcorum) ex electione, differens porro à barbarica, non quod non fit ex lege, sed eo tantum quod non sit hæreditaria.

Talem dominatum suæ civitatis Florentini dederunt Ruperto Neapolitano Regi ad quinqennium anno 1312. & Carolo Duci Calabriæ ejus filio per totam vitam anno 1325.

Τύραννις) Unus enim est è regni modis diminutis seu imperfectis seu nothis. Et liberam prorsus, id est, ab ipsis pendentem, Æsymnetæ habent potestatem, imperantq; suo arbitratu, hoc est, ex libidine & cupiditate quisque sua, inquit Montecatinus, suam non communem utilitatem in imperando dominandoq; spectant, quæ tyrannis & dominis attribuuntur. Idem ex 4. Politic.

Æsymnetica potestas regia est per electionem creata.

Regiæ seu monarchiæ regiæ species seu modus.
- Imperfectus
  1. Militans. Laconicus principatus.
  2. Mixtus ex regia & tyrannide. Barbaricus.
  3. Æsymnetia, tyrannis per electionem ex universo populo. Priscorum Græcorum.
  4. Heroicus, qui extitit temporibus heroicis.
- Perfectus seu verus.
  5. Quasi paternus: vel ejus, qui quasi Deus est inter homines. Græcè παμβασιλεία: Principatus unius optimi viri, civitatem liberè administratis.

Ἀσύςατον.

Ἀσύςατον est latinis insolubile, & implicatio contradictionis, quod seipsum evertit vel alia axiomata, non cohærens. Opponitur ei συνεςηκὸς. Vicinum huic ἀδιάλλακτον & ἀσύμφωνον. Itaq; nonnunquam conjunguntur, ut; hæc tam sunt ἀσύμφωνα, ἀσύςατα & ἀδιάλλακτα, ut nullis verborũ pigmentis dissimulari, nullis exceptionum præsidiis defendi, nullis distinctionum strophis conciliari possint. Dan. Tilen. disp. 10. th 23. Ἀδιάλλακτα sunt, quæ ἐναρμονίως componi non possunt.

Ἀσύςατα ζητήματα, vel Asystata argumenta, sunt quæstiones vel rationes, quæ non subsistunt.

Ἀσύςατα speciem faciunt ψευδόμενον, cum ejusmodi res proponitur, ut ne possit quidem esse, quod fingitur. Dogma Illyrici de peccato Originis, quod sit ipsa prava hominis οὐσία, vel quod volun-

Digitized by Google

voluntas transformata sit à Satana in novam naturam, quam filius Dei regenerarit, est ἀσύστατον. Nam ait Illyricus adversus Victorinum Strigelium, Voluntas sic fuit creata quidem ut vellet, sed transformata est à Diabolo in aliam pravam naturam, quam Christus filius Dei regeneravit. At, inquam ego, Christus non regeneravit peccatum: Prava igitur natura non est peccatum, nec peccatum est prava natura, accipiendo, vocem naturæ pro ὕλη, Sed transformationi illi οὐσιώδει Flaccii opponitur rectè hoc Prosperi contra Collatorem; Liberum arbitrium naturaliter homini inditum manet in Natura, qualitate & conditione mutata per Christum. Et illud Friderici Beurhusii in comparat. Logic. Non videtur spiritus S. vel alia ratione, quam qua homo primùm fuit ornatus, uti, vel in ratione utendo alia via progredi, Sacramq; Scripturam proponere voluisse. Nunc autem homini lapso Non Nova aliáve ratio infusa est, sed prioris rationis igniculi & scintillæ relictæ sunt, quæ excitatæ, cum regenerari incipit homo, à Spiritu Dei concitatus, fiunt illustriores.

Ατομον.

Ατομον in Logica à quibusdam accipitur pro individuo, ut est Plato, Aristoteles. Ubi nonnulli etiam subintelligunt εἶδος, ut sit Ellipsis substantivi: A quibusdam pro specie ultima seu specialissima, qualis est homo, species atoma seu εἶδος ἄτομον accipitur; quia dividi non potest in alias species.

Atomi in veterum nonullorum, ut Lucretii, Physiologia, sunt individua corpuscula, quæ interiecto inani inter se cohærescunt & aliæ apprehendêtes alias cōtinuantur, unde omnia efficiūtur. Cicer. De his intelligend' est locus Scaligeri exerc. 6. sect. 4. Epicurus forte quadam corpuscula illa coire atq; dissolvi scribit, ad omnia conficienda reficiendáve.

Ατομον { Simpliciter
{ κατά τι. Hoc dividi potest. Scal. ex. 307. s. 17.

Axioma.

Cujusq; rei essentia est ἄτομος. Scaliger dicit indivisibilis. Exerc. 106. sect. 2.

Atona. ἄτονα

Atonon aliter accipitur in Grammaticis, aliter in Physicis & Medicin. 1. igitur atona sunt tono carentia seu accentus expertia.

ἄτονα sunt seu sine accentu hæc:

{ ὁ, ·, ἡ } nisi sequatur δε per Apostrophon { ὃ δ' ἀκούσας τοὺς λέγοντας, &c.
ἡ δ' ἀγαθὴ τύχη σπάνιόν τι.

{ εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, εἰ, οὐ, οὐκ, οὐχ } nisi post ponatur dictio Enclitica { εἰς τὴν ῥώμην. εἴς τε τοῦ Διὸς ἀνελθεῖν.
ἔν τε τῷ σιωπᾶν καὶ ἐλπίσαι.
ἔκ τε τῆς ἀπραξίας πράγματα· καὶ ἐξ ἡδονῆς τὸ δυστυχεῖν
εἴ με ἀγαπῶν διατελεῖς.
οὔ τις ἄνευ θεῶν ἀρετὴν λάβεν. Simonid.
ἀλλὰ γὰρ οὔποτε πρὸς ἡμᾶς ἦλθεν. &c.
οὐκ ἐπὶ πόνων ἀναπνευσις. Euripid.

M. Mi-

M. Michael Boschius, in appendice Græc.

Hinc dictionis ἀπνία dici potest tanquam affectionis privatio. Secundò ἄπνουν est inefficax, languidum, torpens, imbecillũ. Ἀπνία est virium defectio lãguor, imbecillitas infirmitas debilitas, Stomachi ἀπνίαν Medici Physici vocant affectione meam stomachi, qua fit ut non sit tenax cibi. Ἀπνία in cantu è solœcismis Musicis unus est.

Atopa.

Ἄτοπα sunt interdum ineptiæ.

Interdum ἄλογα & ἄδοξα seu absurda & incommoda. Interdum παράδοξα.

Interdum res insolentis, turpis, & damnati argumenti. Sic dicta, quod nullum artis admittant locum.

Scaliger.

Vel exercitationis vel officii causa multa Encomia scripta sunt, quibus Atopa, id est, res damnati argumenti, etiam nefaria quædam commendarentur, cujusmodi est oratio de Busiride, de febri quartana, de Pestilentia. Quædam etiam ridicula, de Calvitio, de ventris capitu, de Musca, de culice, de Ansere. Encomium Moriæ, id est, stultitiæ, Erasmi dignum lectu est. Extat & carmen in laudem scriptum Calvorum, quo aliquando me oblectavi, scriptum tempore Imperatoris C. Calvi, cujus initium:

Carmina clarisonæ Calvis cantate Camœnæ.

Αὐθέκαςος.

Αὐθέκαςος est, qui suus est, qui lex est sibi ipse νόμος ὢν ἑαυτῷ, ut loquitur Aristoteles lib. 4. Eth. cap. 14. Ac se ipso enim pendet, & quicquid ratio dictat, id loquitur agitq; : Nisi, inquit Theod. Zuing. illud αὐθέκαςος ὢς ὢν Arist. Eth. lib. 4. cap. 13. referre velit ad ipsius veritatis essentiam. Veritas enim in rerum nostrique intellectus conceptuum & sermonum conformitate posita est. Verax igitur omnia quodammodo erit, cum res omnes tales quales sunt ratione complectatur. Atq; hac ratione erit αὐθέκαςος. Deo convenit hoc attributum seu Epitheton κατ' ἐξοχήν, quia est αὐταλήθεια, id est, ipsa veritas. Platon.

Accipitur etiam pro constante & gravi in suis consiliis, moribus, sententia.

Αὐτέκαςος est idem quod pro se quisq;.

Αὔξησις.

Auxesis physica aut est maximè propria, aut quodammodo impropria; seu augescit aliquid vel novæ substantiæ appositione, vel rarefactione, ut: Aquæ maris augescunt pleniluniis, nõ novæ substantiæ appositione, sed rarefactione, ex. 56. sect. 5.

Lapides grandescunt, non augescunt. *Scalig.*

Αὐτεξούσιος.

Αὐτεξούσιος ὁρμὴ Basilio Magno in Oratione quod Deus non sit causa peccati, est vis libera arbitrii, Ἡ, inquit, μάλιστα πρέπουσι λογικῇ φύσει, quæ maximè naturam rationalem decebat, id est maximè conveniebat intelligenti naturæ.

Sic accepisse à Deo, ait hominem ζωὴν αὐθαίρετον, id est, vitam ejusmodi quæ libertatem electionis haberet, propterea quod κατ' εἰκόνα Θεοῦ (ad imaginẽ Dei) facta esset.

Τὸ Αὐτό

Vocis ὁμωνυμία, ne offundat veritati tenebras, discutienda est.

IPSUM

Ipsum Platoni est rei substantia seu οὐσία in Hipparcho. Τὸ Αὐτὸ minimè secum discrepat sed qualitates adventitiæ, id est, substantiæ nihil est contrarium, recipit tamen magis & minus, id est, res sunt sibi contrariæ, non quatenus naturæ ejusdem communitate continentur, sed quatenus in se recipiũt qualitates ἧττον καὶ μᾶλλον. Cibus alio cibo non est magis cibus, at alius est bonus, alius malus

Opponitur ei τὸ ἕτερον (adventitium.)

Αὐτὸ significat substantiam, & id, quod hoc ipsum quod est, per se est, ut: αὐτοκράτωρ, αὐτοπαιδής: aut quod per se agit hoc, quod agit, ut αὐθέντης, id est, autor. Sic αὐτοενεργητικὸν fuerit, quod ab se habet vim agendi: ἑτεροενεργητικὸν, quod ab alio habet vim activam.

Αὐτοδίδακτος.

Αὐτοδίδακτος est is qui absq; ulla disciplina eruditur, idque vel per se sola mentis agitatione & contemplatione vel ope & subsidio librorum tanquam mutorum præceptorum. Priores propriè & absolutè αὐτοδίδακτοι posteriores tantũ respectu præceptorum viva voce docentium, quibus destituti fuerunt, appellantur. Ita αὐτοδίδακτος fuit Joh. Picus Mirandula naturæ miraculum. Joh. Franciscus in ejus vita.

Αὐτοέκαστον ipsum singulum.

L Αὐτοέκαστον est, Ipsum Eus seu οὐσία cujusq; rei (quæ in subjecto nullo est) vulgò scholę appellant Quidditatem cujusq; rei, De hoc Scheg. 6. demonstrat. Prima lux est, mentis, qua ipsum esse, ipsum nempe αὐτοέκαστον intuetur, secundum est lumen, quo videtipsum non esse aliud ipsum, quia αὐτοέκαστον est unum, Αὐτοέκαστον ὂν & ἓν nullo accidente adulteratum est penitus est ἀμιγές. Nec tamen quamvis tale sit unum & totum à nobis sine sensu & numero & partibus cognoscitur propter ruditatem & imbecillitatẽ mentis nostræ, quæ primas sine sensu singularum rerum nequit compræhẽdere notitias. Ita ἐκ τῶν ἑτέρων ὄντων mente efficiente & sensu subministrante constituitur αὐτὸ ἓν & νοητόν. Hoc ὅλως ὅλον est & ἀδιαίρετον seu ἀμερὲς κατ' οὐσίαν (non συνεχὲς ὅλον) non ἀμερὲς κατὰ στέρησιν, ut privatione punctum unum & ἀμερὲς appellamus. 14. demonst. Schegk. Vide Platon. in Sophista περὶ τοῦ ὄντος & θατέρου & horum συμμίξεως.

Ipsum & esse ipsius sunt unum & idem simpliciter seu numero, quo nullum est simplicius, unum nempe αὐτοέκαστον Sch. lib. 3. demonstr. p. 69.

Prima sunt αὐτοέκαστα nec aliud sunt ipsa & aliud esse ipsorum,

Primum & simplicissimum esse est quod intelligitur & dicitur idem simpliciter, seu Omnino: non κατὰ μετοχὴν idem (ut Genus & species) non κατὰ πάθος quoddam proprium: non κατὰ συμβεβηκὸς, id est, secundũ accidens aliquod inhærens: sed ratione hac qua ipsius essentia definitur, qua quamq; rem primò, verè & simpliciter esse intelligimus unam & per se (καθ' αὑτὴν) & αὐτοέκαστον quoddam.

2. Accidentia certis subjectis astricta dicuntur per se quiddam & αὐτοέκαστον esse, non ut substantiæ simpliciter, sed *Relatione* ad certam substantiam cuj⁹ subjectione definiuntur ἐκ προσθέσεως ὄντα, propria & accidentia συνδεδυασμένα. Schegk. demonst. libr. 4. pag. 105.

3. Αὐτοέκαστον κατ' ἐξοχὴν ipsum singulum est Deus Platoni, cæteris dans esse.

Αὐτο-

Αὐτόκακον.

Αὐτόκακον, id est, ipsum malum, non est, ut contrà αὐτὸ ἀγαθὸν est. Quia malum non est ipsum per se aliquid, cum bono, ut subjecto, sit posterius.

Αὐτοκίνητον

Αὐτοκίνητον 1. propriè tribuitur Deo, qui motum & omnia ex se habet finis & originis expers. 2. à Platone tribuitur animo hominis, qui seipsum moveat habens imaginem τοῦ θείου μιμηλικὴν, ut alicubi dixi (in voce Imago) Magnificum sanè & θεοπρεπὲς animi Epithethon: quod Ambulacrorum Aristoteleorum candidatis displicet.

Αὐτὸ ὄντα.

Αὐτὸ ὄντα (ipsa) vel ἄλλως ὄντα significantur nominibus & verbis finitis. Participant autem pluribus diversis, quę exprimuntur nominibus infinitis.

Αὐτοφυές.

Τὸ αὐτοφυὲς acceptum substantivè est naturæ proprietas. Αὐτοφυὲς adjectivum opponitur ascititio: & significat, quod existit sine seminio **gebohren oder gewachsen von jhm selbst/** Sponte naturæ proveniens. Τὸ αὐτὸ enim, inquit ille, habet aliquid apud Græcos, quod haud scio, an sit apud Latinos, ut ultroneum seu spontaneum significet: Quod ostendit vox αὐτόματον & hæc φράσις: αὐτὴ ἡ θύρα ἀνεῴγεται, per se janua aperta est, sua sponte patuit. Dicitur & αὐτόφυτον pro innato seu, αὐτοφυεῖ. Per translationem Deus dicitur αὐτόφυτος, quia à se & per se est. Μονοφυὲς unigenitum est, simplex unius naturæ, non geminæ. Voce αὐτοφυὲς pulchrè utitur Scal. ex. 6. sect. 7. cum ait: Artifex cum ex domo immateriali facit domum materialem, cum formam imponit materiæ, non autem excipit extrinsecus tanquam hospitem aut inquilinum, sed habet indigenam atq; αὐτοφυῆ.

Litera. B.

Βάναυσος.

Βάναυσος 1. propriè est artifex opera sua igne conficiens: Alias vocatur fornacarius, quòd circa fornaces & caminos exerceatur Ulpian.

2. Per Synedochē ponitur pro quolibet artifice manibus opera sua efficiente, pro quolibet illiberali sordidové opifice. Hieron. lib. 1. contra Pelag. Ita τέχνη βάναυσος est Aristot. 1. polit. tex. 126. ars vilis, sordida, illiberalis, ignobilis; & Platoni φιλότης βάναυσος est amicitia trivialis.

3. Aristoteli in Ethicis lib. 2. cap. 7. βάναυσος est sumptuosus, qui temerè, inconcinnè, immoderatè, profusè magnos sumptus facit artificum vulgarium more, qui magnos sumptus facit in res parvas & exiles absq; judicio: Dicitur ἀπειροκαλία, hoc vitium cui oppositum est μικροπρέπεια, quæ parvos facit sumptus in res magnas, ubi larga impensa opus erat. Deducunt vocem à βαῦνος (fornax, caminus) βαναυσία igitur Aristoteli est operaria in sumptu faciendo insolentia, ut vertit periphrasticè Lambinus.

Βαρβαρισμός.

Barbarismus dictio una
- Peregrina seu Barbara.
- Vernacula quidē, sed vitiosa
  - Scripto, ut Squybala p Scybala.
  - pronunciatione
    - Jotacismus.
    - Lambdacismus.

Barbarismus fit in singulis verbis: Solœcismus in contextu, vel complexu orationis. Est enim vitiosa compositio; & quidem est vitium orationis ab ignorantia & inscitia profectum sive in soluta sive in ligata oratione. Metaplasmus vocatur in carmine, qui in prosa oratione dicitur Barbarismus, ut Thymbre pro Thymber, olli pro illi. At à Diomede & Donato vox Barbara & peregrina appellatur Barbaralexis, id est, barbara dictio, non Barbarismus, ut Barbarismus sit vitium loquendi seu sermonis, quod ad vocem attinet; id est, unius verbi vitium, ut honustus pro onustus, jocundus pro jucundus,

Etymologia.

Peregrini in Græciam profecti, cum Græcè loqui conarentur, atq; prorumperent sæpe in voces absonas Βαρ βαρ, Barbari dicti sunt, sicut ille ex balbutie Bambalio apud Ciceronem dicitur. Barbarum pro Rustico interdum accipitur, ut Barbarus sermo pro Rustico. Lambdacismus est vitium oris, cùm L. pleniùs æquo pronunciatur. Jotacismus est, cùm I. litera supra justum decorem in dictionibus extenditur. Sunt tamen etiam, qui Jotacismum dicant, cùm plures dictiones ab I litera incipiunt.

Βαυκοπανοῦργοι.

Βαυκοπανοῦργοι Aristot. lib. 4. Ethic. sunt, versuti veteratores, vel gloriosi veteratores, (utrumque mihi placet) qui ex rebus vilibus (quales sunt βαυκίδες) quas contemnunt, & sibi adesse vel dicto vel facto negant, licet manifestu sint, gloriolam captāt. Sic Zuingerus: Βαυκοπανοῦργοι cùm parva quædam & vilia bona sibi ipsis adesse dissimulent, spe tamen gloriolę cujusdam veteratoribus (qui vilis lucelli causa pro novis vetera emptoribus obtrudere non verentur impostores) similes sunt: Eos enim, quibus cum versantur, dissimulatione ista fallere volunt, & ex hoc levi gloriæ contemptu, majorem gloriam aucupari. Secundùm hæc accipiendum est Distichon vetus: Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse; Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis. Βαυκίδες autem erant genus muliebrium calceamentorum Jonicum. Pollux & Eustath.

Βίαιον

Τὸ βίαιον violentum est οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος, cujus principium extra est, cum id cui vis affertur nullam operam conferat. A . 3. Eth. c. 1. Vim afferentia seu cogentia Græcis sunt etiam ἀναγκάζοντα. Τὰ ἀναγκαζόμενα sunt Aristoteli ea, ad quæ impellimur à potentiore.

G De-

De scriptio autem violenti data convenit in violentum ἁπλῶς, i. e. simpliciter & propriè dictum: Non autem in violentum dictum q. per accidens vel κατὰ τί, de quibus hoc Aristotelis 3. de morib. c. 1. Quæ καθ' ἀυτὰ, i. e. per se quidem invitè suscepta sunt, sed hoc tempore & in horum locum optabilia, quorum deniq; principium est in eo, qui agit; ea per se quidem invitè suscepta sunt, verum hoc puncto temporis & in horum locum sponte suscepta: iis tamen quæ sponte suscipiuntur (ἑκουσίοις) sunt similiora. Nam in rebus singularibus versantur actiones. At res singulares sponte suscipiuntur, ταῦτα δὲ ἑκόντα.

Jucunda violenta non sunt, ait Aristot. quia violenta dolorem ac molestiam afferunt. At jucunda voluptatem.

A Logicis & oratoribus βίαιον seu violatio est, cum signa invertuntur, Vide Erasmum de copia.

βούλομαι, θέλω.

βούλομαι, volo, propriè tribuitur voluntatem habentibus, ut ratione præditis: Sic Deus, Angeli, homines volunt. Impropriè etiam rationis expertibus, ut cani, equo, terminis logicis. βούλεται, Vult, sæpè usurpatur pro videtur solet, debet, videtur debere. Arist, 3. Eth. c. 2. Τὸ ἀκούσιον, βούλεται λέγεσθαι &c. Quod ab invito fit, vult dici &c., i. e. solet vel debet dici. Idem Top. 6. Τὸ δὲ γένος βούλεται τὸ τί ἐστι σημαίνειν, i. e. Genus videtur quid res sit significare. Ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον ἔμψυχόν τι δίκαιον. Nihil enim aliud videtur esse judex, quàm jus quoddam animatum.

Aristoteles etiam interdum θέλει accipit pro solet. Exemplum invenies in Rhetoric:

Βραβευτής.

Βραβευταὶ dicti sunt, quorum partes sunt in certaminibus præmium addicere ei qui vicit, ne quis inter certátes oriatur tumultus, nevè penes alium sit victoria, penes alium præmium, ut loquitur Erasmus. Hi olim regalia sceptra gestabant. Aristoteli lib. 1. Rhetor. justi Brabeutes est causarum forensium Judex Δικαίου βραβευτής ἐστιν ὁ δικαστής. Βραβεῖον volunt dictum esse mutatione & transpositione literarum, à ῥαβδὸς, id est, virga, sceptrum vel Palmea virgula, quæ victoriæ symbolum.

LITERA. Γ.

Γάρον.

Γάρον 1. erat liquamen ex piscis Gari primùm postea etiam ex Scombri intestinis Sale maceratis productum: Unde liquor promanabat, quo illa toto anno incorrupta asservabantur, & tanquam pretiosum edulium mensæ apponebantur. Vide Plin. & Pancirollum, in lib. rerum memorabilium. Huic liquori cognatus Muria. Hic eliquabatur ex thymno sale macerato, & quantivis censebatur pretii. Utriusque usus erat, ut panis his intinctus ederetur faciliùs & meliùs Ulpian: lib. 3. in pr. ff. de penu legat.

2. Garum etiam accipitur, pro complurium aliorum ciborum condimento ad luxum gulæ excogitatæ. 2 Sermon: Horatius.

Γαστρίμαργος.

Γαστρίμαργοι, Aristot. lib. 3. Ethic. Nicomach. sunt, qui ventri usque ad insaniam indulgent, qui ventrem præter modum implent. Latini vocant Helluones

luones, qui non certo cibi genere, sed promiscuè quibuslibet cibis sese ingurgitant: homines λίαν ἀνδραποδώδεις, servili admodum ingenio præditi. De his est versiculus: Vivite Lurcones, comedones, vivite ventres. Vitium hoc dicitur γαστριμαργία, μάργος significat edacem.

Γένος.

In Politicis Genus accipitur 1. pro familia & gente:

Ita regna ex genere sunt hæreditaria regna.

2. Pro conditione & statu rei. Sic accipit Aristoteles 3. Polit. tex. 95. Æquales tum genere tum potentia.

3. Pro Nobilitate. Sic 3. Polit. tex. 63. Genere æquales, id est, nobilitate.

In Logicis pro communi multis speciebus vel particularibus aut singularibus.

In Philosophia etiam nonnunquam pro specie, forma, vel intima essentia sumitur. Sic sumpsit Aristoteles lib. 1. Polit. tex. 142. ubi ait, Regem natura distare ab iis, qui reguntur oportere, non genere.

Natura) id est, conditione & statu quodam, graduq; eminentissimo excellentissimæ animæ ex virtute omnes numeros habente, id est, perfecta.

Non genere) id est, essentia. Nam Rex & heros essentia & propria forma est verè homo, nec magis homo quàm plebejus & ignobilis:

Γένος ἀνάλογον est, cujus subjecta, de quibus ipsum dicitur, ita differunt specie, ut non æqualiter iis illud conveniat, sed aliis priùs aliis posteriùs. Aliàs vox analoga.

Cum dico, differunt specie, nomen speciei intellige latiùs etiam pro conditione & proprietate quavis res distinguente.

Species { vera; quæ dicitur de pluribus & differentibus numero.
quasi; Mod°, Ratio, Gradus. }

Ὅλῳ γένει opponitur ex parte, ut cum dico: populus ex toto genere & simpliciter mutatus est, non ex parte & quadantenus.

Γεραίρειν.

Γεραίρειν est honoris vel amicitiæ causa donare. Γεραίρειν εὐφημίαις est faustis prosequi omnibus.

Nazianz. Gen. 43.

Accipiens fercula de eo quod erat appositum in conspectu suo mittebat Joseph ad eos, majusq; fuit ferculū Benjaminis, quàm fercula singulorum illorum quintuplo, Quemadmodum prisci illi Patres honoratissimos quosq; viros aut sibi amicissimos & carissimos solebant γεραίρειν, ut Athenæus lib. 1. dipnosoph. docet. Vid. Fr. Jun. & Imm. Tremell. annotat. in 43. Gen.

Γίνεσθαι.

Γίνεσθαι modò est fieri, modò est nasci, modò esse. Fieri vel mutatione vel assumptione vel creatione, &c. Κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, mundus per ipsum factus est, id est, conditus. Joh. 1. Vide verbum Fieri.

Γνώμη

Gnoma primum est sententia vel veluti regula quædam utriusque vitæ tam contemplativæ quàm activæ brevitate ferè laudabilis. Sic Theodorus Zuingerus: Γνώμη sententiam brevem (Græc: συνοπτικήν) ingeniosam & rotundam significat, qua tanquam gno-

 mone

mone & regula quadam uti liceat in practica simul & theorica vita. Huic subiiciuntur proverbia multa, Anthologiæ Poëtarũ, Apophthegmata, quæ gnomæ sunt, quibus respondetur interroganti, Aphorismi Hippocratis. Scriptores dicuntur Gnomologici.

Secundo Ethica Axiomata κατ' ἐξοχὴν apud veteres γνωμῶν appellationem meruerunt.

Tertio Aristoteli Gnoma in Ethicis est Æquum & rectum judicium de aliorum dictis & factis: ὀρθὴ κρίσις ἐπιεικοῦς, hoc est rectum judicium viri æqui & boni. Dicitur εὐγνωμοσύνη. 2. lib. mag. moral. c. 2. id est facultas benè seu benignè judicandi, & sentiendi de aliorum factis & dictis; qui ea præditi sunt, dicuntur εὐγνώμονες (bene sentientes) id est, æquas de aliorum dictis & factis ferentes sententias. A Gnoma diminutivum est γνωμίδιον, id est, sententiola.

Τῇ γνώμῃ adjuncta est συγγνώμη, id est, venia & condonatio erratorum: unde συγγνωμονικὸς, id est, propensus ad condonandum.

4. Γνώμη accipitur pro sensu interiori, qui cõmunis dicitur. Hipp. in. Aphorismis. Qui magnis doloribus vexantur, quos non sentiant tamen, his γνώμη laborat, id est, sensus cõmunis (quem Græci nonnunquam, λογισμὸν κοινὸν vocant) ubi alii γνώμη verterunt Mens; sed ἀκύρως: mentis enim facultate intelligitur, non sentitur. Vide Scheg. 1. Top. pag. 111.

GNOMON.

I. Gnomon est perpendiculum, hoc est instrumentum architectonicum è plũbo & filo (Interdũ per Synecdoch: dicitur Linea) **Bleiwage/ Senckel.** **Gravia suo pondere feruntur ad gnomonem**, id est, ad perpendiculum, quod duplex est: unum ad explorandum rectum, sublime ut utrum columna, vel quævis structura, sit recta ad planum Horizontis, ne quoquam inclinet, seu propendeat: Vocatur ἀπαρέγκλιτος (non inclinata, non propensa). Alterum ad explorandum planitiem plano Horizontis parallelam. Itaq; cum filum ab angulo recto in medium basis inciderit, indicabit libratam longitudinem. Latinè libra & libella.

Norma aliud est. Est enim instrumentum ad lineam rectam rectè erigendam in eodem plano super rectam atq; inde superficiem & corpus, super superficiem corpusvè **Winckelmaß.**

2. Gnomon est alterum parallelogrammi diagonale (particulare hoc est parallelogrammum) cum duobus complementis, id est, particularibus parallelogrammis comprehensis à conterminis diagonalium lateribus.

3. In Arithmetica figurata impar numerus habet se ut Gnomon. Monstratur enim in illa quolibet impari numero proximum quadratum augeri tanquam gnomone, ut ternario unitati circumposito fit quadratus numerus: ei si quinarius circumponatur, generatur novenarius, qui & ipse quadratus est, cui septenarius ad latera circumjectus procreat etiam quadratum, qui efficitur quaternario in semetipsum multiplicato. Schegk. in commentar. in prædicam: Aristotelis pag. 88.

Aliud à gnomone & perpendiculo est Amussis, instrumentum ducendæ rectæ lineæ (à puncto ad punctum) quam etiam vocant Regulam.

Γνωστὸν, ἄγνωστον.

Γνωστὸν Barbari dicunt cognoscibile (pro quo

quo quidam malunt dicere cognobile: & hi mihi improbantur) Est autem objectum potentiae cognoscentis, πεφυκὸς cognosci, vel sub cognitionem cadens: ut: Bonum, ut contrarium, sine malo non est γνωστόν. Album, ut contrarium, sine nigro cognosci non potest. Est autem γνωστὸν vel per se, seu seipso (hoc nullam probationem requirit) Graecè δι' αὑτὸ γνωστόν, vel per aliud. Seu est γνωστὸν aliquid vel κατ' εἶδος, id est, secundùm speciem: Vel κατὰ στέρησιν, id est, secundùm privationem. Cognitio secundùm speciē est rei quae cognoscitur in sese: secundū privationē (quae negatio formae est) cognoscitur id, quod cognoscitur per aliud, ut privatio per habitum. Vide Scotum. lib. 4. distinct. 1. & Aristotel. 4. 7. & 9. primae Philosophiae. Hinc fit, ut privationes distinguantur specie, ex distinctione habituum specifica, & Numero, ex distinctione habituum numerali. Quod Scotus ad peccatum applicat. Quodlibet. lib. 2. d. 37.

Ὁμοίως γνωστὰ sunt aequè nota: ἀνομοίως γνωστὰ contrà. In specie & per Synecdochen interdum Philosophis γνωστὸν est πεφυκὸς ἀποδείκνυσθαι. Sic Schegkius: γνωστόν, id est, πεφυκὸς ἀποδείκνυσθαι seu demonstrari, se ipso nihil est.

Distinctio haec εἰδικωτέρα est:



Γνωστῷ opponitur Ἄγνωστον, quod cognosci non potest, ut quod supra vel contra rationem aut fidem est. Distinguitur ferè ut γνωστόν. Conclusio quaedam est δι' αὑτὴν ἄγνωστος. Vide Schegk. in 2. priorum Analyt. Aristotel.

Ut γνωστὸν passivè, sic γνωστικὸν activè accipitur: γνωστικὸν enim dicitur, quod facultate cognoscendi praeditum est, cognitivum. Τὸ γνωστικὸν Physicis est vis animae cognoscens.

Γνωστικοὶ (Gnostici) fuerunt quidam haeretici, propter insignem eruditionem, quam falsò sibi vendicabant, ita dicti. His non dissimiles etiam nostro tempore inventi sunt: de quibus dici potest ἀεροβατεῖν. Quae vox significat in aëre sublimem ambulare.

Γραμμή.

Γραμμὴ 1. linea est: 2. funiculus fabrorum, qui intingitur in rubricam: vel figura longa sine latitudine & altitudine: virga ducens lineā, id est, radius Geometrarū. Γραμμὴν ἄγειν est lineam ducere. Γραμμὴ κυκλοτερὴς Anatomicis est Iris, id est, pupillam ambiens circulus.

Γραμμικαὶ ἀποδείξεις sunt Mathematicae de-

demonſtrationes; quia ſunt lineares, id eſt, lineis & figuris fiunt.

Γραμμοειδῶς φέρεσθαι Ariſtoteli de mundo eſt ferri lineari figura ſeu ſpecie.

Γράμματα.

Γράμματα 1. ſunt literæ 2. libri, ſcripta, ut ſyngraphæ, cautiones, codicilli Ariſtoteli tertio Politic. Γράμματα ſunt leges ſcriptæ. Æſchini δημόσια γράμματα ſunt acta publica. Dionyſius Halicarnaſſeus putat γράμμα dictum eſſe ἀπὸ τῆς γραμμῆς à linea. Sic litera per contractionem quaſi literatura. Alii deducunt ἀπὸ τοῦ γράφειν à ſcribendo, ut literam à litera; quod in ceratis tabulis antiqui ſcribere ſolerent, & poſtea delere. 3. ſunt doctrinæ: ut ἄπειρος γραμμάτων, rudis literarum, id eſt doctrinatum & artium liberalium.

Griphus.

Griphus 1. ſignificat, id quo piſces irretiuntur & capiuntur, nempe rete.

2. Quæſtionem convivalem ænigmaticam (undè γριφώδεις ἄνων, Cœna magis griphis, quam cibis condita) vel argumentum nodoſum, intricatum, inſolubile etiam extra convivium, & ita vox griphus ad alios obſcuros & ambagioſos ſermones extenditur. Athæneus ſymbola Pythagorica, griphos & ænigmata appellavit.

3. Eſt nomen Carminis non minus operoſi, quam ingenioſi, quo uſus eſt Auſonius de numero ternatio. Hoc ego Carmen voco γριφῶδες, ſeu ænigmaticũ; vocatur etiã ſcrupus, involucrum & non quidẽ quod legentibus, ſed quod componentibus difficultatem inveniendo pariat.

Antequam hujus exemplum proponam, libet aſcribere verba Cœlii Rodigini. lib. 28. cap. 4. Sympotica fuerunt, id eſt. convivalia Aenigma & Griphus; Illud luſum habebat; Griphus verò etiam ſtudium & curam; Solventi ſeu acuto conjectori præmium erat carnis portio; imperito ac ſegni mulcta irrogabatur, ut ſalſam hauriret potionem. Nomen inditum id genus ſermonibus obvolutis à piſcatorum Griphis ſeu retibus; Quæſtiones verò dicebantur Cyliciæ, hoc eſt ζητήματα κυλίκεια, arbitror quia κύλιξ poculum ſignat. Vide etiam Athæneum lib. 10. cap. ultimo de ænigmatibus, & Antiphanem in Ganymede, ubi hoc invenies; Qui propoſitum ſibi ænigma non ſolviſſet bibere cogebatur ſalſuginem in potu, atq; poculum ἀπνευστί, id eſt, ſine reſpiratione (in einem Zuge) haurire. Dicitur & logogriphus.

Scrupus ruſtico ſolvendus proponitur
Vexilla deportarier vidi hoc die
In uno eorum ſcriptũ erat nomen Dei
Graijs figuris, aureis coloribus,
Narravit ut doctus Scholaſticus mihi,
Sed iſtud auguſtiſſimum nomen mihi
Statim quia excidit memoria labili,
Nam literarũ ſum imperitꝰ omnium:
Quas dictitabo ceu potero rudi modo,
In fronte dictionis una virgula
Pro litera viſa eſt mihi quanquam brevis,
Bina deinde lineæ pares ſimul
Transverſa quas conjungit linea altera
Cincinnus ut contorta verum eſt tertia,
Rotunda tota quarta litera extitit.
Tum virgula naſcuntur ex quinta dua,
Cum tertia poſtrema litera convenit.
Aenigma quod ſi ſolveris donum feres.

Qui talia involucra, tales ſcrupos ſeu griphos facit, dicitur γριφοποιὸς.
Hic ex voce Generoſa prodeunt Gea, id eſt terra, Nero, Roſa, Gena.
Fert Regnat Floret Flet Generoſa *parit*
Géa Nero Róſa Géna.

D. HERMANNI KIRCHNERI LOGOgriphus in nomen Catharina, Sponſ: Dn. Conradi Lunckeri.

IUnge caput pedibus: ſuper æquore cymba volabit,
Et jam Syracidæ navis habebit iter.
Qualis enim peregrina tenens per marmora curſum
It ratis, & mercis pondere fœta redit:
Navita lætatur donis felicibus alni:
Uxor tale domi ſedula munus erit.
Accumulabit opes parcens induſtria partis,
Et labor aureolas tollet ad aſtra manus.
Addideris capiti pectus, ſpiramine dempto,
Mente catâ faciet, quod data prora volet.
Calx cum principio ſit conſona: grata cubili
Cana canens verſas in mera prodit aquas
Cana novis nuptis rerum ſolatia præſtat,
Illa ſub adverſis jubet ſpes eſſe bonas.

IN IDEM NOMEN GRIPHUS nuptialis meus

AReopyrgiaci civis lectiq; *Senatus*
Docta manus, ſtirpis *Lunckeridumq;* decus
Conrade, Aoniis longè cariſſime Muſis,
Quando inte Muſæ, quod venerentur, habent:
Mitto tibi pulchrum ſponſæ de nomine Griphum,
Te benè qui dignas continet unus opes,
Quas fert in thalamumq; tuum *Catharina* tuamque
Non ſat laudatam *Dorſteniana* domum:
(Ecquis enim neſcit celebres ſeu *Cattidos* aula
Inclyta ſpectetur, ſeu Schola Dorſtenios?)
Gordius hic non eſt nodus ſtricto enſe ſecandus:
Et caput & medium cum *pede* quæris? habes,
O ſuperi faveant: *Catharina* tibi altera vitæ
Pars eſt, virginei ſplendor honosq; chori.
Hæc, quod ametur habet: quare eſt tibi *Cara* nec ulla
Carior, hic tuus eſt caſtus & unus *Amor*.

Hic

Hic habitant Charites: quare est tibi grata *Charina*:
  Tuq; illi alterna parte Charinus eris.
Adde, quòd hæc tota est, animoque & corpore, *pura*.
  Legitimo *Cathara* est quàm bene juncta toro!
Hæc virgo, haud fatua, occurrens cum lampade sponso,
  Est Cata, & ad nutus obsequiosa sui,
Qua potè, damna cavet solersque vigilq; futura,
  Felix cum tali jura marita colit.
Hæc tua puppis erit valida fundata Carina:
  Provehat hanc superis mitior aura plagis.
Denique pulcrarum multis è millibus hæc est
  Unica fortunis *Ara* cupita tuis.
Hujus *Cana* fides, pietas est candida, longùm
  Hæc tecum, serò CANA, superstes agat,
Ut gravidis turgent maturæ vitibus uvæ:
  Turgescat fœtu sic Catharina tibi.
Voto pondus inest, fere vere ætatis & ora:
  Grata tibi autumni tempore messis erit.

γυμναστὴς

γυμναστὴς est exercitor, Gymnasio præfectus, exercitationum magister. Transfertur etiam ad nostrarum Scholarum magistros; qui & Gymnasiarchi dicuntur:

γυμναστική.

Gymnastice ars est exercendi corpora. Pertinet ad Medicinam: quia sanitatem præsentem diætâ, id est, recta victus ratione & moderato exercitio conservat. Platoni est παιδεία ἡ περὶ σώματα.

γυμνὸς.

γυμνὸς 1. est nudus, hoc est, fine veste. Sic Plautus: pulcra fœmina nuda est purpuratâ pulcrior (magis, inquit Apulejus, placitura cutis roseo rubore, quàm vestis aureo colore.) γυμνὴ πίστις, fides sine operibus bonis. Hinc Gymnosophistæ, Indorum sapientes, quod nudi in sylvis (expertes voluptatum) agitarent, dicti. Et Gymnici ludi, in quibus nudi certabant athletæ.

2. Est solus. Ita γυμνῇ πίστει est sola fide. Exempla hujus significationis vide apud Danielem Heins: in Notis in Italicum. γυμνὴ vox, id est, sola sine lyra. Sic Latini quoq; Nudum interdum ponunt pro solo, ut hoc in nudo Dei positum est arbitrio, id est, solo & absoluto. γυμνοπόδης est nudipes, exutus calceis.

γυναικοκρατούμενοι.

γυναικοκρατούμενος & γυναικομανὴς differunt: Illud imperium notat, hoc amorem. γυναικομανία n. est insan° mulierũ amor. Sed γυναικοκρατία est muliebre imperium. γυναικοκρατούμενοι sunt, qui in omnibus obsequuntur mulieri, qui uxorum parent potestati) Quidam eos vocarunt Mulierarios.) Tales sunt Sauromatæ. Tales etiam memorantur esse Ægyptii, teste Herodoto, apud quos majore libertate sua

sunt fœminæ, quàm viri. Aristotel: 8. Eth. c. 12. ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες, ἐπίκληροι οὖσαι, interdum fit, ut mulieres imperent, eæ scilicet, quibus amplissimæ venerunt hæreditates.

Γύνανδρος.

Γύνανδρος est semivir, fœmina-mas, qui eodem sensu dicitur Androgynus.

LITERA. Δ.

Διαγραφή.

Diagraphe interdum ponitur pro descriptione, interdum pro delineatione seu hypotyposi; quæ ulteriori studio transit in ἀναγραφήν. Interdum pro descripta tabula; quæ & tabula dicitur, à materia denominatione facta, & τύπος ἀπὸ τοῦ πατεῖν (Nam statuarii primum min⁹ exactè incidunt impolitos lapides, & postea è typis statuas efformant) & σχηματισμὸς & τυπικὴ ἀνάλυσις ἢ διαίρεσις.

Aristoteles in Ethicis.

Δεῖ γὰρ ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον, ἀναγράφειν, id est, oportet primùm adumbrare, (primis lineis designare) deinde verò diligentius & amplius declarare.

Scriptores sæpe imitantur pictores, qui primùm tabulas suas delineant, mox adumbrant, tandem colores inducunt.

Scriptio logica { Continuata: γραφή: Elegantior & ad Crypsin accommodatior. | *Lineis intersecta.* διαγραφή (linearis descriptio) compendiosior, illustrior, evidentior, fidelior. }

Γραφή verbis membra inter se connectit. Διαγραφή, lineis ceu notis quibusdam localibus, ut ita dicam, & totius in membra distributionem & partium singularum explicationem describit. Hujus beneficio artium dispositio & œconomia oculis subiici animoque imprimi potest: In hoc genere descriptionis fuit artifex Theodorus Zuingerus: id quod tabulæ ejus Ethicæ, & Theatrum vitæ humanæ clarissimè ostentant.

Diagraphice est ars pingendi.

Διάδημα.

Diadema regale gestamentum & ornamentum, 1. accipitur pro pileolo instar dimidiatæ pilæ lusoriæ grandioris, qui capiti impositus candida ligabatur fascia. Hieron. ad Fabiol. 2. Pro fascia candida quæ capiti Regis circumligabatur, à διαδέω, quod est circumligo. Hoc insigne Regis etiam dicitur Anadema. Lucret: l. 4.

Et benè parta Patrum fiunt Anademata mitræ.

Tale etiam fuit Citaris, Persicorũ scilicet Regum insigne. Vide Philipp. Camerar. oper. succisiv. c. 61.

Διαδικάζεσθαι.

1. Est disceptare, judicio contendere.
2. Allatis expensisq; rationibus judicio aliquid definire. Sic accipit Plato in Phædon. Συμβάλλεσθαι huic vicinum

est, judicium aliqua de re statuere. Sic usurpavit Plato in de Philosophia.

Διαδικασμὸς Platoni est δικαιοκρισία, qualis erit die novissimo.

Διάθεσις.

1. Διάθεσις est affectio, i. e. qualitas, qua afficimur ad agendum vel patiendum. E. Scal. de c. ll. lib. 5. vel est levis commutatio animi vel corporis ad aliquam rem: & ita distinguitur contra ἕξιν, quæ perfectio est, cum illa sit affectio tantùm. Sanitas est διάθεσις κατὰ φύσιν. Morbus causa morbi & symptoma sunt diathesis παρὰ φύσιν Medicis. Aëris διαθέσεις sic νοσώδεις Medicis dicuntur.

2. Significat dispositionem seu ordinem.

3. Constitutionem, ut διάθεσις νομων est legum constitutio Plutarcho.

4. Animi conceptum ut λόγος ἐν διαθέσει, sermo animo conceptus: cui opponitur προφορικὸς (externus)

5. Testamentum, dispositionem morituri

6. In Grammatica ex accidentibus verbi est Genus ejus: ut Diathesis activa, passiva &c.

7. Etsi in doctrina Categor: distinguitur ab habitu ut sit imperfectus vel inchoatus habitus tamen nonnunquam ipse quoq; habitus διάθεσις dicitur.

Διαίρεσις.

Diæresis 1. propriè significat divisionem, quæ & Poetica est, ut aulai pro aulæ, & logica inventionis, & Enuntiationis, & arithmetica.

1. Significat διάκρισιν, id est distinctionem: quæ τῇ ἐπινοίᾳ, id est, cogitatione, & intelligentia animi fieri potest, & opponitur συγχύσει, id est, confusioni. Theodorus Presbyter Rhætensis in lib. adv. hæres. cap. Eccl. definitio ὅτι ἡ ἐκκλησία μὴ ἀνὰ μέρος ἑκατέρων ποιεῖται, ἢ τὴν διαίρεσιν χωρὶς τῆς ἑνώσεως, ἢ τὴν ἕνωσιν χωρὶς διαιρέσεως ἀλλὰ ἅμα καὶ μετ' ἀλλήλων ἡνωμένως γὰρ διαιρεῖ μίαν μὲν ὑπόστασιν λέγων, φύσεις δὲ δύο, καὶ διακεκριμένως συνάπτει δύο μὲν φύσεις λέγων ἐμπαλιν τῆς ἀθεολογίας: id est, quoniam Ecclesia neutrumvis sigillatim, id est, neq; distinctionem absque unitione, neque unitionem absque distinctione facit, sed utrumque simul, & mutuo conjunctim. Qui enim unicam quidem hypostasin, duas autem naturas dicit, sic distinguit, ut uniat; & qui ordine converso duas naturas, unitam autem hypostasim dicit, contrariâ prorsus rationi loquitur quam impiè de Deo sentientes. Aliud igitur est naturas in uno ὑφισαμένῳ unitas, & in ipsa unitione inconfusè seu ἀσυγχύτως manentes distinguere ἐπιλογισμῷ seu verissima mentis cogitatione: Aliud est ὑφιστάμενον, seu personam separare, & divellere, seu distrahere: illud pium, hoc contrà impium.

3. Diæresis significat separationem (realem) Et διαιρέτως est κεχωρισμένως. Aliud est, aliquid κεχωρισμένως, seu διαιρέτως νοεῖσθαι: aliud καθ' αὐτὸ νοεῖσθαι, Quæ natura Christi, consideratur extra unionem, illa κεχωρισμένως ἢ διαιρέτως; quæ natura καθ' αὐτὸ consideratur, illa in abstracto duntaxat & in se se, non autem extra unionem personæ, qualis sit, explicatur.

Κατ' αὐτὸ] id est per se, & in sua natura.

Διακοπή.

Διακοπὴ generaliter est perfectio: *Specialiter* de nervis dicitur à Physicis: ut νεύρων διακοπὴ i. e. nervorũ præcisiones. In *Grammaticis* est figura, qua compositæ dictiones dividuntur Epeuthesi id est vocis alicujus interpositione. Alias dicitur τμῆσις, (ut, Quotidiana

diana quies quis quadrat cunque quiescant). Quæ ita Poëtica est, ut nonnunquam adhibentur ab oratoribus. Cicero particulam intendendi per ab adjectivo nomine avulsam præfigit verbo; In Epistolis; Perfore accommodatum tibi scio; pro hoc: Fore peraccommodatum, vel fore perquam accommodatum Ad Attic. per ego magni æstimo, tibi factum nostrum &c.

Dialectus.

Dialectus est ἰδίωμα sermonis seu proprietas cujusque linguæ, à διαλέγομαι id est sermocinor: quia sermocinando, variè effertur aliquid, juxta cujusque gentis proprietatem. Ἰδιάζω est sum seorsum ab aliis, ut intelligas, in dialectis seligi aliquid peculiare à communi dicendi genere. Latinè circumscribi potest linguarum diversitas vel sermonis varietas. Est igitur dialectus proprietas cujuslibet linguæ peculiaris, qua recedit à consuetudine communi. Communis lingua propriè dialectus dici non potest, ait Johannes Janus in disput. 2. de sermone, in qua respondentis partes sustinuit Johannes Andreæ Tausanus. Nam lingua communis est fundamentum seu regula prima à qua si recesseris aliqua loquendo proprietate, ea differentia est dialectus appellanda, seu idioma, seu idiotismus, cũ diversum quid habeat à communi: Communis non habet propriam notam. Peculiare igitur quid constituere non potest. Quare communis dialectus dicitur, non quod sit ex cæteris collecta, sed quia cæteræ sunt ex hac observatæ. Ea enim generalis prima fuit à qua aliæ descendunt tempore posteriores. Sic Ionica communis primùm dicta est, quia ea omnes tanquam subjectum recepit: (Remittere autem oportet hanc quidem quasi ad regulam, reliquas verò quasi ad proprietatem) vel quia non habet præcipuam notam, vel quia eâ omnes utuntur communiter. Hoc docet forma declinationum & conjugationum linguæ generalis, ex qua sumuntur formæ speciales quæ sunt veluti exceptiones quædam à communi regula. Inter dialectos græcas prima est Jonica, ex Jonica fluxit Attica, quæ ut olim elegantissima, sic nunc corruptissima, est. Huic succedit Æolica, ultima est Dorica. Latina lingua non habet Dialectos; Quia ex iis tantum authoribus petitur, qui purè & eleganter scripsere latinè, etsi per omnem ditionem Latinam linguam uniformem fuisse semper vix statui possit, cum nulla sit natio aut lingua quæ mutationibus non sit obnoxia aliquibus, natura ad varietatem inclinante. Aliter enim pronunciatũ est in Urbe, aliter rure; sicut Virgilio objectum. Nostri sic rurè loquuntur. Polydorus de rerum invent. lib. 1. c. 3. Antiquum, ait, inter doctos esse controversiam, utrum Romani generatim latinè locuti sunt, an duplicẽ habuerint linguã, quemadmodum nos Germani, Itali, Græci, ac aliæ gentes ad hodiernum diem habemus. Quæstio hæc ex Cicerone discutitur; is enim de orat. 3. ait certam fuisse Romani generis Urbisq; propriam vocem, Idq; probat exemplo Læliæ mulieris, quæ ita loqueretur, ut qui eam audiret, sibi Paulũ aut Nævium audire videretur. Sed ut nequispiam putaret, alteram aliquam linguam didicisse Læliam, id est latinam, alteram domi ab ineunte ætate patriæ sermonẽ imbibisse, paulò inferius inquit: Nemo n. unquam est oratorem, ꝙ latinè loqueretur, admiratus:

Digitized by Google

Si aliter, irridebant. Idem de perfecto oratore: In versu quidem theatra tota exclamant, si fuerit una syllaba aut brevior, aut longior. Et lib. 1. Tusc. Frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculæ & pueri, movetur audiens tam grande carmen. Hæc ille. Ex quo satis patet unã linguam, & eam quidem latinam, omnibus communem fuisse, quando pueri, & mulierculæ latinè sciebant. Verum ille erat literarum peritus, qui verborum delectum habere, ac eum recto aurium judicio ponderare scivisset, id quod sine literis fieri non poterat. Nam omnes Romanos latinè locutos, non item literas scisse, ex ejusdem quoq; testimonio liquet, qui in Bruto T. Pomponium Atticum ita loquentem facit. Vides elocutionem emendatam latinam, cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis. Et subiicit: T. Flaminium, qui cum Q. Metello consul fuit, pueri vidimus: existimabatur benè Latinè loqui, sed literas nesciebat. Est igitur quisquã, qui si ista consideraverit à principe latinitatis dicta, possit suspicari perinde Romanis non unam fuisse linguam, ac nobis est? Namq; ut apud Romanos illi minus purè, & ornatè loquebantur, qui extra urbem vixissent; ita apud latinos, partim barbaries à feris populis, qui aliquando Italiam occuparant, profecta, partim vetustas sermonem domesticum jam pridem infuscaverat. Hactenus ille.

Ex Græc: Jac: Gretſ: Ingolſt.

Dialectus est unius & ejusdem linguæ proprietas seu differentia, non omnibus, qui illa utuntur, sed aliquibus tantùm usitata. Consistit in
- Solis literis ejusdem vocis ac literarum affectionibus
- Sola pronunciatione.
- Integris vocibus.
- Syntaxi & Modis loquendi.

Dialecti sunt accidentia communis linguæ, quæ certis dialectis non est astricta, etsi paucas quasdam certorum locorum dialectos inspersas habeat. Quod ad Græciá attinet, q utebatur communi lingua neq; ex Atticis nec Doribus, nec Æolib⁹, nec ex Jonibus esse dicebatur, sed Græcus absolutè. Insignes sunt Græcis quatuor: Dorica, Æolica, Jonica, Attica. Dores sunt amantes A & πλατυστομοῦσι (apud Theocritum) id est os diducunt inter loquendum: quod & πλατειάζειν dicitur (lato & diducto ore loqui.) Jones præ cæteris amarunt η. & ε. Æoles ω, qui & aspiratas dictiones efferũt Spiritu tenui. Attici elegantissimi σ. vertunt in ξ in præpositione σὺν. T usurpant pro σ.

Atticam celebrarunt scriptis suis Aristophanes & Demosthenes: Doricam Theocritus, Pindarus & Philosophi Pythagorici: Jonicam Hippocrates & Herodotus: Æolicam,

qui

Digitized by Google

quæ in multis cum Dorica convenit, hinc inde insperserunt suis scriptis Poëtæ maximè illi, qui nullam certam dialectū secuti promiscuè quasvis usurparunt, prout occasio & lex carminis exigebat. Jacobus Gretserus lib. 1. instit. ling. Græcæ.

Διάνοια.

Διάνοια 1. est intelligentia, facultas animæ rationalis sive discurrens, id est, discurrendo cognoscens, sive non.

2. Est cogitatio, eaq; est vel θεωρητικὴ, quæ veritatem; vel πρακτικὴ, quæ εὐπραξίαν (bonam honestamq; actionem) vel ποιητικὴ, quæ effectionem, ut finem propositam sibi habet.

3. In Rhetoricis Διάνοια est interpretatio τοῦ ῥητοῦ seu scripti.

4. In Ethicis διανοίας ἀρεταὶ mentis virtutes virtutibus τοῦ ἤθους ab Aristotele opponuntur.

Diaphragma.

Vox hæc in generali significatione est sepimentum seu interstitium. Διαφράττω enim est, sepio, dirimo, vel distinguo: sed in doctrina de fabrica corporis humani per synecdochen accipitur pro eximio sepimēto, quod sunt, præcordia & φρένες. Aristoteles etiam φράγμον, & διάζωμα & ὑπόζωμα vocat: idem appellationes græcæ φρενῶν causam reddit, quod hac parte affecta, cogitatio etiam & intelligentia sensusq; turbantur, non quod hoc organon sit harum actionum propri um, sed quod illis partibus, à quibus intelligendi & sentiendi facultas est in corpore, secundum ipsius dogma, proxima sit, quam ipse in corde esse censet, cum quidem cum cerebro etiam ἀδελφιζίαν id est, communionem seu consensum cognationemq; magnam habeat, ut sint φρένες ὡς μετέχουσαι τοῦ φρονεῖν (quasi participes seu sociæ sapientiæ). συμπάθεια hæc occulta potest æstimari ex nervis, qui è sexto pari nervorum, etsi non manifesti surculi inserantur in diaphragma tamen transeunt. Appellationis diaphragmatis rationem ex Aristotele, secuto hîc Platonica, habes his verbis 3. de partibus. Natura cor & pulmones, ut nobiliorem partem & præstantiorem ab inferiore quæ superioris causa cōdita est, *separavit*. Sunt autem *quasi ædificio peculiari & sepimento* distincta per præcordia.

Δίαυλος, Diaulus.

Diaulus 1. substantivè significat cursum reciprocum, vel Distadiū, cum quis, cum ad meram pervenit, eò recurrit unde cursum iniit.

2. Significat ipsum cursorem in stadio, qui currit ad nuntiandum aliquid recursurus statim eò unde cœpit.

3. Unum est è generibus octo certaminum, quæ sunt Dolichus, stadium, Diaulus, Oplites, Pygme, Pancration, Pale & Halma.

4. Ducentorum & mille pedum in longitudinem spatium significat.

Carmen Diaulonium vel Diaulodromum est Carmen cancrinum seu reciprocum à Græco διαυλοδρομεῖν, quod est cum ad calcem seu metam perventum est ad carceres cursu redire. Est qui vocat Leoninum, sed causam appellationis ignoro.

Διπλοῦν, δίδυμον

Διπλοῦν, duplex, & δίδυμον, geminum, interdum Græcis & Latinis pro pleno seu magno accipiuntur, pro firmo & robusto. Virgil. lib. 1. Georg. Duplici dixit dorso pro lato & crasso. Lucret. lib. 4. Geminam Cererem dixit pro plena & obesa: Dicitur gemina & mam-

mammosa Ceres. Pindarus Ode 6. Olymp. θησαυρὸν δίδυμον dixit pro amplo thesauro. In lib. Regum Duplex Spiritus Hælisæi, id est, Spiritus magnus. Virg. *Duplici dentalia ferro*, id est, firmo, ut interpretatur Parthasius. Concordia geminat conjugium, est idem, quod cōfirmat conjugium. *Equi duplex Spina* Virg. 3. Georg. est lata, crassa, magna. Sic Decumanum pro grandi vel maximo, ut Decumanus seu decimus fluctus apud Ovid. in 1. Trist. Senecam & Lucan. Ovid. in Metamorphos. *Vastius insurgens decumæ ruit impetus undæ*. Decumana serta sunt idem quod amplissima. Turpe etiam aliquando pro Immane accipitur, quod ἐν προσθήκης μέρει tibi sit.

Plato Duplices vocat qui duas artes exercent.

Cæterùm Doctiss. Vir Fr: Junius in Notis ad Manilii Astronomica paulò aliter Virgilii. *Duplici aptantur dentalia ferro*, interpretatur, sc. pro admodum lato, & dupla amplitudine; quomodo & hoc accipit, At duplex agitur per lumbos spina. Itaq; censet τὸ Διπλοῦν Græcis, & Latinis duplex non solum ad discretam, sed etiam ad continuam quantitatem pertinere. Hinc fit ut in Manilii versu, *Materiamq; manu certa duplicarier arte*, duplicari manu dicat esse dilatari, diduci, bracteari malleo, qui manu agitatur.

Δεῖ.

Δεῖ est oportet. Aliud est Opus est, ait Lambinus in 2. Eth. de morib⁹, quod ex hoc Ciceronis ad Atticum perspicuum est: Si loquor de Republica quod oportet, insanus; si quod opus est, servus existimor. Idem: Hoc fieri & oportet (id est convenit) & opus est. Idem: Oportere perfectionem declarat officii, quo semper utendum est & omnibus. Et: Oportere est consentaneum esse officio, licere legibus, decere temporibus & personis.

Δεσμωτήριον.

Δεσμωτήριον carcer est: Scribitur per ω, quia est à δεσμώτης. At δεσμοφύλαξ custos carceris per ο, quia est à voce δεσμὸς, id est, vinculum.

Δράκων.

Δράκων 1. est draco serpentis species,

2. Est Atheniensium Legislator, qui in puniendo tam rigidus & asper fuit, ut atroces ejus leges sanguine magis quàm atramento scriptas esse Demades, Herodicus verò non hominis, sed Draconis esse, dicere solitus fuerit. Aristot. in Rhetor. Gell. lib. 11. Noct. Attic. Capitis etiam pœnam constituit in eum qui tantulum ex alieno ficum sustulisset. Unde Sycophantæ dicti sunt, qui fures ejusmodi observarent aut deferrent. Hinc à nonnullis (ut Henrico Stephano) dicuntur Draconistæ judices rigidissimi, omnis propemodum humanitatis expertes.

3. Accipitur & Δράκων seu Draco pro signo militari. Ammianus Marcellinus describens pompam Constantii: Erant & Dracones hastarum aureis gemmatisq; summitatibus illigati hiatu vasto perflabiles, & iidem velut ira perciti sibilantes caudarumq; volumina relinquentes in ventum, Henric. Salmuth in Panciroll. Picti in velis ferebantur Dracones, quorum rotundum & inane corpus erat, ita textum, ut vento per oris hiatum & guttur admisso turgesceret. Vide Claudian. in Panegyr. 3. Consul. Honor.

4. Δρά-

Digitized by Google

4. Δράκων θαλάσσιος, Draco marinus est genus piscis littoralis. Dioscor: & Plin. Scal. Ex. 226. sect. 13. facit hunc duplicē verū & quasi. De Atlanticis Draconib⁹ Vide Scal: Exer. 163. s. 9.

Eidem Dracones Aphricani ex Aquila & Lupa sunt fabulosi, Ex. ead. s. 11. Derivatur autem Δράκων à Grammaticis παρὰ τῶ δέρκεσθαι, id est, à cernendo, quia Dracones sunt acutissimo visu. Sed Scaligero placet παρὰ τῶ δρᾶν ἄχος, quod faciant seu inferant dolorem.

Ultimò Draco etiam herba est, de qua Vide Scal. Ex. 169. s. 2.

Δῶρον:

Δῶρον apud veteres erat palmus minor digitorum quaternûm. Hinc δῶρα, id est, munera, ꝙ manu dentur. Δῶρα autem seu dona aut sunt absoluta seu mera, aut relativa seu cum conditione. Pancirollus.

LITERA. E.

Εαυτοῖς.

Εαυτοῖς rectè vertitur aliquando ipsi sibi, ut monet D. Piscator Rom. 1. Gentes ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος, ipsi sibi sunt instar legis. Sic Terent. Ipsus sibi injurius esse videatur. Et: Certè nunc hic se ipsus fallit; Et; Indicio de se ipse perit. 2. Cor. 5. Ut non jam sibi ipsis vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Hic versio Castell. habet sibi ipsi, Sibi ipse Dux sit, non alius.

Ἔγκαυστον, *Encaustum*.

Encaustum est atramenti genus, quod conficiebatur ex purpura, quo soli Imperatores & horum gemini in Privilegiis & literis subscribendis utebantur. Ejus confectionem hanc invenio. Terebatur in pulverem contusum conchylium purpuræ & adiiciebatur nonnihil, decocto ex ipsa colore, ac simul liquabatur, reductaq; inde materia liquida & densitate sua scriptioni apta dicebatur Encaustum (i.e. inustum). Purpura autem Regiæ dignitatis insigne, fuit ex genere Conchyliorum quod intrinsecus animatam continebat carnem, & in mediis faucibus candidissimam habebat venam, qua exsecta pretiosus promanabat sanguis, quo lanæ & purpurea serica ad vestes inde contexendas tingebantur. Coquebatur sanguis seu cruor purpuræ unâ cum vena priùs aperta in vasis plumbeis, adjecta tamen aqua modico vapore & longinquæ fornacis cuniculo. Plinius lib. 9. c. 36. Inde splendidus ille & quasi intermedius inter rubrum & nigrum eliciebatur color, i. qui gariophylli est. Erat & alia species coloris, quem puniceum seu hyacinthinum dicebant. Panciroll. de Purpura. His ex eodem addo obiter: Murex, qui etiam ex Conchyliorum genere est etsi diversus sit à Purpura, tamen Purpura Murex & Conchyliū interdum promiscuè usurpantur. Conchylia etiam per metonym. Pro vestibus murice vel conchylio infectis usurpantur.

Quod ex concharum marinarum tectis seu integumentis, seu testaceis operimentis eximitur, Ostrum dicitur; unde Ostrina tunica apud Propertium.

Per Metonym. deniq; Purpura pro Eminentia Imperatoria seu summo Magistratu ponitur.

Ἐγκύκλια & λόγοι ἐγκύκλιοι.

Τὸ ἐγκύκλια utitur Arist. 1. Eth. Quid per ea intelligat, controversum est. l. 2. Parerg.

Digitized by Google

2. Parerg. Franc: Luisin. 1. Ἐγκύκλια, ait, sunt quæstiones, quæ in conviviis à sodalib. sunt disputatæ. Apud Plutar. in lib. de Musica hoc est; ἔχων τὰς ἐπικυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους, id est habens sermones de Music a ad mensam habitos.

Rhetor Isocrates innuit in Nicocle. Ἐγκύκλια etiam ea esse, quæ in circulis hominum jactari solent. Dicti autem sunt sermones, vel quæstiones convivales Encyclia: quia in circulo quodam omnes aliquid de re proposita loquebantur. Aristoteles lib. 1. Politic. per ἐγκύκλια διακονήματα, intelligit mensæ obsequia, quæ Syracusanus quidam docebat. Mensa enim circulo persimilis est.

Ἐγκύκλιον, *Encyclium*.

1. Ἐγκύκλιον propriè est circulare seu in orbem factum.
2. Translatè, est idem quod commune, obvium, vulgare. Sic interpretor Arist. 1. Polit. text. 69. τὰ ἐγκύκλια διακονήματα, communia & vilia obviaq; ministeria, sed minus artificiosa, qualia solent esse, quæ circa dominos & in eorum oculis exhibentur, qualia sunt exuere, & induere dominum, tergere calceos, mensam apponere. 2. Polit. notantur διακονίαι ἐγκύκλιοι administrationes circulares.
3. Ἐγκύκλια etiam servorum & aliorum etiam opera dici possunt, quæ identidem recurrunt, & quasi in orbem redeũt. Sic scripta ἐγκύκλια, λόγοι ἐγκυκλίοι, opponuntur exquisitis & acroamaticis.

Encyclia sunt opera eruditionis artium liberalium vel usitatæ & consuetæ particulæ de studiis literarum Esromus in 5. lib. 1. Eth. Aristotelis.

Εἰδικῶς.

Εἰδικῶς Quòd accipi dicitur, cum speciem generi subiicimus. Genus autem & speciẽ hîc dico Grammaticorũ potius more, quam Dialecticorum. Erasm. de cop. verb. lib. 1. Gaudeo Genus est. Quòd me amas, species gaudii est. Quod res tibi feliciter evenit, lætor. Quod meæ nugæ non omninò displicent doctis, libenter audio. In his orationibus Quod (ὅτι Græcis) εἰδικῶς accipitur, non ἀπολογικῶς. Eodem modo Ut quandoque accipitur, ut Non committam ut te illius facti pœniteat. Ut etiam antecedente adeò, Sic. Ita εἰδικῶς accipitur, ubi Barbari adhibent Quod, q minimè imitandum. Omnes homines naturâ scire desiderant, ita quod homo ex naturali quodam appetitu ad veritatem provehatur. Tu dices ita ut.

Εἴδωλον.

Εἴδωλον 1. in genere significat speciem, formam.
2. In specie speciem seu εἰκόνα, quam aliquis sibi ad numen, sive id sit fictum, sive verè existat, repræsentandum vel colendum effingit, sive sit nuda imago, ut picta, sive solida, ut statua, eaq; sculpta vel fusa, Latinis est simulacrum à simulando, teste Lactantio, & effigies. Deaster nova vox est Castellionis. Paulus 1. ad Corint. cap. 8. dicit, idolum esse nihil (κατὰ τί) quia nec numen est nec numen repræsentat, quod verè sit.
3. Significat umbram, spectrum, quod apparet in aere Phantasma, ὥσπερ ἅμα τῷ φανῆναι ἀφανίζεσθαι, ἄστατον ὂν & ἀβέβαιον, idolum dicitur. Εἴδωλον Achillis est umbra Achillis apud Euripidẽ.
4. Cicero atomos vocat Idola seu imagines. Vide Gifanium in Lucretium. Εἴδωλον cerebri sæpè est figmentum cerebri

cerebri inane seu mendax, cujusmodi sunt Idololatrarum εἴδωλα.

Quidam discrimen fecerunt inter simulacrum & idolum. Idolum, inquiunt, significat imaginem rei fictitiæ: Simulacrum rei veræ: Sed boni etiam autores hoc discrimen non observant, quod habeant ea pro vocibus ejusdem rei. Idolothyta sunt Idolis sacrata Gößenopfer.

Vox εἰκὼν generalior est, quàm εἴδωλον. Nam & εἰκὼν est σχῆμα rhetoricum, quo rerum vel personarum imago exprimitur. teste Quintiliano. Εἰδωλοποιΐα est 1. simulacri factio. 2. est figura; oratoria vel poetica, cum introducitur persona nota, sed mortua, & quæ loqui desiit. Εἴδωλα species est Empusa, spectrum formas variè mutans aliam atq; aliam formam subinde induens.

Εἰδωλεῖον est Idololatrarum ἱερὸν, Gößentempel. ʒ Utitur hac voce Paul. 1. ad Corinth. 8. cap.

Εἰκῆ.

Εἰκῆ 1. propriè est idem quod temerè sine ratione. 2. Est μάτην seu frustrà. Magistratus non gerit gladium εἰκῆ, id est, frustrà.

Hoc adverbium deductum esse à verbo εἴκω, id est, cedo; ut quidam coniicit, εἰκὸς mihi non est. Puto derivatum ab εἰκαῖος, id est, vanus.

Argumenta εἰκαῖα sunt argumenta communia, levia, vana, vulgaria, non necessaria: εἰκαστικοὶ λόγοι sunt rationes conjecturales, ab εἰκάζω, id est, conjecto. Διαεικῆ valdè temerè est apud Isocrat. οὐκ εἰκῆ, haud ab re, nicht vnbillich

Ειμαρμένη πεπρωμένη.

Latine fatum est συμπλοκὴ αἰτιῶν πεταγμένων, complexio seu connexio causarum ordinatarum. Hæc connexio Stoicis est causa necessitatis, ut contingentiæ libertas causa est, iis enim εἱμαρμένη & ἀνάγκη differunt, ut causa & effectum.

Carpentarius in Eisag. Alcinoi Platonici εἱμαρμένη est fatalis cohærentia effectuum cum suis causis. pag. 83.

Eodem ferè sensu aliis est connexio necessaria naturalium causarum. Vid. Eundem. pag 74. juxta Aristotelis opinionem si expositiori ejus Alexandro Aphrodisæo credimus, inquit Bessarion Cardinalis, εἱμαρμένη, seu fatum non est in substantiis æternis, non in iis, quæ semper eodem modo fiunt, sed duntaxat in rebus generationi & corruptioni obnoxiis & natura aptis ad mutationem oppositorum, ut non omnis natura, sed singularis, fatum contineat, Artem verò arbitrium & ocium hominis, rationem, fato solvi videtur existimare.

Fati enim itaq; sententiâ Aristotelis non omnem complectitur naturam, sed eam tantum partem, quæ generatione & corruptione variatur, idéq; est, quod ipsa pars naturæ, & neq; natura, neq; fatum sunt prorsus necessaria, sed ut præter naturam, sic præter fatum multa eveniunt. Alii in εἱμαρμένη seu fato duo inesse dicunt, Divinam voluntatem ad hunc effectum determinatam, & ordinem causarum intermediarum, harumq; in agendo liberarum & contingentium: prius immutabile esse dicunt, posterius mutabile: sicq; dictum videtur à Boetio lib. 4. de consolatione Philosophica, Fati seriem mobilem esse, quæ ab immobilis providentiæ exordiis proficiscatur.

Aliis εἱμαρμένη est causarum colligantia, ex astrorum vi, situ, motibusq; efficaciam trahens; vel est vis ab astris in nos influens, quæ non solum cor-

Digitized by Google

pora nostra, sed etiam animos variè afficiat vel propensionem quidem animis nostris ad virtutem, vel ad vitia aliquam afferat, sed non necessitatem. Itaq; propensionis ratione animus sit sub fato, libertatis verò causa supra fatum. At sic Lipsius, Fatum Mathematicum appello, quod liget, & nectit firmiter omnes actiones eventusque ad vim siderum & posituram stellarum. lib. 1. de constant.

Aliis, ut Platoni, ἑιμαρμένη est ipsa Dei Ordinatio providentia & præscientia; ita, non tantum universa, sed & singula fato quodammodo subsunt, nimirumquatenus omnia Dei cognitione suo modo continentur ejusdemq; voluntate reguntur. Plato in Phædro eam Adrastiæ nomine significat. Hæc ἑιμαρμένη est Theologica, Naturâ superior. Hæc vim & modum agendi in causis secundis non tollit sed conservat Thomas Artic. 4. quæst. 22. summæ 1. Divina providentia omnia continentur, ut, quemadmodum rebus effectis differunt, sic etiam causis suis distinguantur, rerumq; necessariatum causæ sint necessariæ, contingentium verò contingentes; atq; ita Deus consulit quidem omnibus, sed pro varietate causarum id in nonnullis facit necessariò, in aliis contingenter, hæcque posteriora nostræ libertati ab eo (Deo) sunt relicta. Vid. Carpentarium in comment. in Institut. Alcinoi.

Aliis deniq; Fatum seu ἑιμαρμένη est dispositio causarum naturalium, quatenus divinæ subsunt, seu sub ordinatæ sunt providentiæ, & juxta illius præordinationem vel permissionem ac præscientiam infallibiliter operantur. Quibus cum cõgruit Boëtius de consol: Philosophica prosa: 4. ubi dicit Fatum esse ordinem causarum secundarum divinam providentiam exequentium. Suaretz disputatione de fato, in qua ait; fatum esse seriem causarum divinæ providentiæ subjectã, quæ illis necessitatem non imponit, sed unamquamq; modo sibi proportionato agere sinit.

In penultima & ultima significationibus acceptum fatum à nobis approbatur, & sequentes sententiæ videntur nobis falsæ.

1. Quæ constituit necessitatem fati, sub Dei causalitate etiam ipsi Deo inevitabili. Tollit enim Dei omnipotentiam & liberam voluntatem, in iis quæ Deus extra se operatur.

2. Quæ constituit talem fati necessitatem, quæ ex astrorum & aliarum physicarum causarum influxu ad omnes inferiores causas, ad voluntates etiam humanas, dimanet. Destruit n. nostri arbitrii libertatem.

3. Quæ attribuit Fatum efficientiæ & influxui primæ causę, ita ut omnibus causis secundis etiam rationalibus voluntatibus necessitatem afferat, ad singulos effectus. Rationem cur hæc opinio falsa sit, vide apud Suaretz. disp. 19. de necessitate & contingentia Pagina. 508. Lipsius distinguit inter verum fatum, & Quasi fatum. Verum fatum dicit esse æternum providentiæ decretum, idq; definit cum illustri Pico Mirandula, pendentem à divino consilio seriem ordinemq; causarum. At huic definitioni addita sunt; Inhærens rebus mobilibus immobile providentiæ decretum, quod singula suo ordine loco, & tempore firmiter reddit. lib. 1. de constant. cap. 19. Lipsio enim fatum non est idem cum providentia. Quod hæc differant hinc patet, quod dicimus: meo hoc fato fit; Hoc est urbis, vel domus

hujus

Digitized by Google

hujus fatum: at non dicimus, mea hoc fit providentia. Hæc est urbis hujus providentia.

Lipsio igitur providentia est in Deo, eiq; soli tribuitur. Fatum à Deo quidem est, sed in rebus intelligitur, eisque ascribitur, seu spectatur in rebus singulis. Et hac ratione providentia est prior fato, etsi illa ab hoc reipsa sit indivisa. Ita ergo statuit Lipsius verbum fati in sana & vera ratione usurpari.

Quasi fatum triplex facit Mathematicum, cui primi autores Chaldæi & Astrologi: Naturale, quod tribuitur Aristoteli, & violentum, quod Stoicum.

Ἐκείνινον.

Ἐκείνινον à voce ἐκεῖνο (i. illud) ut terreum à terra, aqueum ab aqua. Est a. idem quod ex illo deductum vel factum. Voce ea utitur Aristot. 8. Metaph. Et Schegkius in 4. Topic. p. 473. declarat hoc effato: Ex quo aliquid aut in quo aliquid fit, ipsum nequit esse Genus ejus quod est: cum utrumq; (ex quo aliquid fit, & in quo aliquid fit, non ut ἐκεῖνο, sed ut ἐκείνινον, id est, denominativè prædicetur de supposito, ut homo est terreus, non terra, Homo est albus, non albedo, Scrinium seu arca est ὁ ξύλον lignum (hoc est ἐκεῖνο), sed ξύλινον ligneum (hoc est ἐκείνινον). Idem Schegkius ligneum formam materialem vocat, quæ significet qualitatem, sic & lapideum.

A Cicerone ex Lentulo factum est Lentulitas, ex Appio, Appeitas, ex Sylla Syllaturite, Lentulus igitur est ἐκεῖνο, Lentulitas ἐκείνινον &c.

Sic confert Realitatem cum re, quæ Scholasticis sanè Doctoribus differunt, cùm substantiam Physicam dicant esse compositam ex re & re, ut ex materia & forma, Accidens esse compositum ex realitate, ut ex Genere & differentia.

Ἐκ παραλλήλου.

Ponitur sæpe pro πολυωνύμως, quod dicitur etiam nonnunquam συνωνύμως, ut cum Aristot. lib. 1. polit. t. 71. dicit, Hæc sententia nec μέγα (magnum) nec σεμνὸν (præclarum) habet quicquam; magnum & præclarum ἐκ παραλλήλου sumenda sunt, id est, pro omnino iisdem, vel illud ad pulcritudinem, istud ad honorem & dignitatem est referendum, ait Montecatinus. Sic nonnunquam per se & qua tale ἐκ παραλλήλου dicuntur vel accipiuntur, id est, ita ut habeant eandem vim, ut subsit iis eadem vis. Per se & primò interdum ab Aristotele accipiuntur ἐκ παραλλήλου. Sic & per se & quâ tale 1. Politic. textu. 91. utitur calceo, quâ Calceus est: & usus calcei per se. Vide Montecat. ad hunc textum pag. 335. Sic ἡ γνῶσις & θεωρία, cognitio & contemplatio; ἡ χρῆσις & ἡ ἐμπειρία, usus & experientia. textu 118.

Ἐκ περιττοῦ.

Ἐκ περιττοῦ voce aliqua uti dicimur, cum supervacanea est. Sili. Ital. *Formasq; ferarum*, i. e. feras. Nonnus: Δρακοντείων πελώρων, i. e. δράκων. Sili. Ital. *Bacchiq; & lactis honorem*. Hìc vox Honor est ἐκ περιττοῦ, sic Plauto Flos vini veteris est vinum vetus. Sic ἄνθος quoq; apud Græcos sæpe abundat. Sic Pindar: μουσικῆς ἄωτω pro Musica. ἄνθεα μήλων pro τὰ μῆλα. ἄνθεα ὕμνων παλαιοτέρων pro veteres hymni. Dan. Heinsius Flander Poëta tersissimus in notis in Silium;

Ἐκπίπτειν.

Ἐκπίπτειν in genere est excidere. In specie

 est

est 1. ex ore excidere P. Victor. φασὶν ἐκπεσεῖν αὐτοῖς, lib. 3. de morib. Arist. cap. 2. Ajunt sibi ex ore excidisse. 2. Explodi. Sic ἐκπεσεῖν dicuntur actores tragœdiarum aut concordiarum, qui non steterunt, id est qui non fuerunt à spectatoribus probati, qui ejecti & explosi sunt. Sic usurpavit Aristot. de Poetica. Demost. de corona: Σὺ μὲν ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον.

Ἔκστασις, & Ecstaticus.

Ἔκστασις dicitur animæ de statu certo dimotio, ut cum à corpore animus abstractus divino instinctu incitatur Cic. 1. de divinatione. In actis Apostolicis accipitur pro animi perculsione & stupore. Nec rectè dicitur à quibusdam extasis, pro ecstasis (id est mentis emotio.)

Ἔκστασις modo accipitur activè, pro eo qui est, ὁ ἐξιστὰς, id est, qui in furorem agit, qui discedere à se se facit. Sic Themistius in 4. Phys. μεταβολὴ πᾶσα φύσει ἐκστατικόν. Modò passivè, pro eo, qui est, ὁ ἐξιστάμενος, id est, qui dimovetur ab aliquo: vel furiosus, pronus ad iram furibundam, qui facile in cæcos ac præcipites impetus erumpit, ecstasi correptus, qui prorsus sui, id est, corporis ejusque affectionum oblitus, totus est in contemplatione occupatus, & velut à corpore ejusq; curis avocatus. Plato in Phœdro vocat ἐξιστάμενον τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων Aristoteles. 2. de partibus οἱ δὲ ταῦροι καὶ οἱ κάπροι θυμώδεις καὶ ἐκστατικοί 7. Ethic. καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς, καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς, καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ: Idem quoque esse (videtur) continens & perstans in ratiocinatione; & incontinens, & à ratione desistens.

Quid sit ἐξίστασθαι, à se se discedere, & cur ita dicatur?

A se se discedere est, mente alienari, seu à mente discedere, ἐξίστασθαι Græc vel mentem mutare: vel degenerare, quod est quodammodo mente alienari. Cic. 1. de divin. Magnitudine timoris à constantia atque mente, atque à se ipse discessit (Platonicum hoc esse nonnullis videtur. Platonici enim animum ipsum hominem esse dicebant, corpus partem ejus esse negabant.) In Bruto: Nescio quomodo discessu meo discessit à sese.

Sic Græcis ἐξίσταμαι nonnunquam est, sententiam muto. Thucydides ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι, non muto: nihil muto, de sententia non dimoveor Non muto (per ellipsin accusativi, sententiam.)

Exire è potestate Ciceroni est, effrenatum, ferri aut libidine aut iracundia, esse animi impotentem.

Cicero in Tuscul. Non est in potestate mentis, id est, est insanus, mens ejus est motu, quasi morbo, perturbata.

Adde his, quod τῷ exire è potestate, & discedere à se se, opponitur ad sese redire; sibi restitui, id est, vehementer iratus, vel alia animi perturbatione affectus, ad se se tandem redire, vel rediisse dicitur, ac tum animus compositus dicitur, & sedatus, & homo animo compositus.

De ἐκστάσει seu discessu animæ à corpore, pulcher extat locus in Athanasii Episcopi Alexandrini oratione contra Idola:

Anima cum corpus ingressa est, & colligata, non ad corporis exiguitatem contrahitur, aut modificatur; sed sæpe corpore in lecto jacente sine omni motu, ipsa suis viribus excubat, transgrediturq; corporis conditionem, & tanquam peregrè ab eo discedens, manens tamen interim in corpore, quæ supra terram sunt imaginatur

Digitized by Google

ginatur, & spectat; sæpe quoq; extra terrena corpora Sanctis & Angelis obviam tendit, & ad eos pertingit, mentis suæ puritate freta.

Ecstatica.

Ecstatica sunt, quæ rem tollunt, seu è statu suo movent; sic ecstatica Physeos seu naturæ humanæ sunt immẽsitas & omnipræsentia. Comunicavit enim Deus creaturæ eas perfectiones, quas status naturæ ferebat. Eas verò quæ excedunt statum naturæ ejusq; naturam evertunt, nec debuit, nec potuit communicare. His opponuntur Systatica, quæ rem constituunt, ut corporis in categoria quãti systatica sunt 3. dimensiones. Hæc absoluta necessitate ei sunt necessaria. Peristatica sunt, quæ rem circumstãt, sunt qui vocãt res circumstantes. Ad Peristatica pertinet locus; hic corpori necessarius est, necessitate ordinaria.

Ἑκὼν, ἄκων, Ἄγνοια.

Inter ἑκὼν & ἄκων est medium οὐχ' ἑκών; ἑκὼν autem sponte est, ἄκων Invitus, οὐχ' ἑκὼν non sponte. Sic medium inter ἑκούσιον sponte factum & ἀκούσιον, quod non sponte fit. Sed quid differt id quod non sponte fit (οὐχ' ἑκούσιον) ab eo quod fit invité (ab ἀκουσίῳ). Resp. Is in peccato dicitur egisse οὐχ' ἑκὼν, qui vel δι' ἄγνοιαν (per inscientiam seu ignorantiam) egit quidem, sed nulla molestia ex eo afficitur. Is verò dicitur egisse ἄκων (invité seu invitus) qui ex eo quod egit insciens vel coactus, dolore ac molestia afficitur. Sic Arist. 3. Eth. c. 2. Quicquid fit per inscientiam, fit non sponte, οὐχ' ἑκούσιον ἐστὶν Invité autem id fieri dicendum (ἀκούσιον δὲ) quod subsequitur dolor, cujusq; eum, qui egit, pœnitet. Nam

qui per inscitiam quidlibet egerit, neq; ex ea actione dolore afficiatur, sponte ille quidem non egit, ut pote quod nesciebat neq; rursum invitus, quippe qui dolore non afficiatur. Eorum igitur, qui per inscientiam agunt, is quem facti pœnitet invitus egisse videtur. Quem verò non pœnitet, quoniam alius ab illo est, egisse non sponte dicatur.

Inscientia autem vel est Accersita, vel Non accersita. Accersita ἧς αὐτοὶ αἴτιοι, cujus ipsi causa sumus, ut quæ existit è mala educatione vel consuetudine, qua multis mens corrumpitur. Non accersita, cujus ipsi causa non sumus.

2. Est rerum Universarum, vel singularum.

3. Est crassa vel non crassa.

Ignorantia, cujus ipsi causa non sumus, veniam meretur. Improbi peccant inscienter. Nam mala educatione vel consuetudine depravati quid sit agendum nesciunt. Id enim persuaserunt sibi esse bonum, quod est malũ, quos tamen non dicimus invitos peccare, ptopterea quod ea inscientia ex eo nata sit, quod mens (principium) in illis sit corrupta. Itaq; hæc ἄγνοια non efficit ut fecisse dicantur inviti, sed ut sint improbi seu μοχθηροί.

Nec inscientia rerum universarum causa est cur aliquis dicatur invitus agere. Qui enim res universas ignorant & omnibus notas, vituperantur. (Crassa hæc ignorantia.) At qui agunt inviti, non vituperantur. Restat igitur ut inscientia sola rerum singularium (in quibus omnis actio versatur) efficiat, ut aliquis invitus agere dicatur, ut si quis Patrem quem hostem esse existimant, conficiat.

Digitized by Google

Imprudentia, quæ Græcis est ἀφροσύνη, aliud est quam Inscientia, sicut aliud est scientia quam prudentia. Itaq; aliud est agere per ἀφροσύνην, aliud agere per ignorantiam.

Arist. distinguit inter Inscientem agere & per Inscientiam agere. Ebrius aut iratus si quid peccet, non per Inscientiam, sed per vinum & ebrietatem aut perturbationem animi peccat. Peccat interim Insciens seu ignorans (ἀγνοῶν) οὐκ εἰδὼς, non sciens, quia ira & ebrietas rectam rationem perturbant & impediunt.

Ignorantiæ distinctio generalior.

Ignorantia, ἄγνοια:
- Theorica, quæ non assequitur finem contemplationis, veritatem & scientiam.
- Practica,
  - Finis, τοῦ τέλους, τοῦ συμφέροντος, τῆς προαιρέσεως καθόλου, ἧς αὐτὸς αἴτιος quæ actionis finem verè scilicet bonum ignorat & negligit
  - Eorum, quæ ad finem tendunt, τῶν πρὸς τὸ τέλη, τῶν πράξεων, τῶν καθ' ἕκαστα ἧς αὐτὸς μὴ αἴτιος,

Qui ex finis ignorantia, ἀγνοῶν πράττει; Qui ex ignorantia eorum, quæ ad finem tendunt, δι' ἄγνοιαν agit, & ille quidem ἑκὼν, hic verò ἄκων.

Ignorantia finis à malo habitu proficiscitur, & vitiorum perpetuus comes est, aut Zuinger. Eorum verò, quæ ad finem tendunt, ignorantia, non à malo habitu provenit, quia sine bono præsupposito ignorant tamen ea, quę ad finem consequendum faciunt.

Inter contraria Velle & Nolle medium est non velle. Bartolus. Verbum enim Nolle denotat expressam resistentiam quam non denotat Non velle.. Philipp. Decius: Dormiens dicitur non velle, sed non dicitur nolle. Qui revocat τὸ βουλόμενον (placitum, sententiam, voluntatem) dicitur nolle; cujus voluntas cessat, dicitur Non velle. Ph. Decius ad Regul. 3. juris.

Extra disputationem illam superiorem Aristotelis Ethicam Non sponte & Invitus pro eodem sæpe accipiuntur. ut Germ. Nicht gern vnd vngern. Sic epist. Rom. c. 7.

Creatura (inanima & bruta) subjecta est vanitati οὐχ ἑκοῦσα, non sua sponte, non volens, sed invita, ἀέκουσα, Vngern.

Ελεύθερος.

Ελεύθερον 1. est liberum, arbitrarium, pendens ex arbitratu alicujus.

2. Est liberale, ingenuo homine dignum. Sic contemplatio dicitur ἐλεύθερος & ἐλευθέρα.

3. Est

3. Est expeditus seu facilis. Ita quoq; θεωρία ἐλεύθερος dicitur. Vide Montecat. in Com in 1. polit. Arist. t. 117.

Εμφανίζειν.

Εμφανίζειν est declarare, indicare, dilucidare, patefacere, ut Act. 24. ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου, declararunt præsidi, quæ habebant contra Paulum.

Εμφανίζεσθαι est apparere, cōparere, rem ab oculis hominū remotam in lucem venire, non autem rem invisibilem in se fieri visibilem. Pro elucere usurpavit Aristot. in Ethicis.

Εμφανίζεσθαι τῷ προσώπῳ θεοῦ, apparere in conspectu Dei.

Usus.

Corpora sanctorum dicuntur multis apparuisse & conspecta esse, non quòd coram his ex invisibilibus fierent seu evaderent visibilia, sed quòd his non omnibus præsentia essent. Quibus enim præsentia non erant, seu, à quorum oculis distabant remotaq; erant, ab illis non conspiciebantur. Sic contrà κρύπτεσθαι seu occultari non est esse vel fieri invisibilem in se, ut nonnulli nugati sunt, sed ab aliis non videri. Ita Joh. 8. Christus ἐκρύβη occultavit se & abiit, & quidem transiens per medium Judæorum, ut ab iis cæcitate percussis non videretur.

Εναλλαγή.

Enallage vel exallage id est permutatio primū est Grammatica, nempe figura, qua vel dictio aliqua, vel accidens dictionis mutatur. Estq; duplex, Antimeria & Heterosis. Illic quasi οὐσίας, hîc qualitatis mutatio est. Antimeria cum pars parte, id est dictio dictione mutatur. Heterosis, cum accidens dictionis (vulgò partis) accidente mutatur. Lat. Alteratio vel variatio. Antimeria, ut nomen pro adverbio, ut torvum pro torvè. Vid. Linacrum lib. 2.

Enallage. 1. est cum unum derivatum pro altero sumitur, ut sunt edax, edo; bibax, bibulus, bibosus, bibo; loquax, loculelejus; nugator, nugo; blaterator, blatero; voluptuosus, voluptarius.

2. Cum substantivum adjectivo commutatur, vel contrá; ut, de sententia Homeri, de sententia Homerica, vir miré facundus, vir mira facundia. Insignitè prudens, insignita prudentia.

3. Cum verbum activum mutatur in passivum aut contrá, ut magna me tenet admiratio. Magna teneor admiratione. Sic infinitum verbum pro nomine ponitur, ut virtus est vitium fugere, id est, virtus est fuga vitiorum.

Heterosis est 1 numeri pro numero, ut armatus miles, pro armatis militibus. Ramo est synecdoche quædam. Populo imposuimus, id est, imposui. Cicero. Hominis vultus, pro vultu, pars in frustra secant, id est secat.

2. Personæ pro persona, vel cum certa pro qua vis ponitur, ut Quid facias? ut homo est, ita morem geras, id est, faciat aliquis, gerat aliquis. Videas & flumina sicca, id est, videri poterant: vel cum pro prima aut secunda persona usurpatur tertia. Virgil. 4. Nec me meminisse pigebit Elisæ, id est, tui. Manibus hoc referes telo cecidisse Camillæ, id est, meo. Huc pertinet Apostrophe, cum orationem ad aliquam verè personam, aut quasi personam vertimus, ut Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

3. Generis pro genere, ut lacrymat pro lacrymatur, præcipitat pro præcipitatur

Digitized by Google

tatur, avertit pro avertitur. &c.

4. Casus pro casu quæ Antiptosis est. Ea res mihi venit in mentem. Ejus rei. Non sum id nescius, non sum ejus rei nescius.

5. Speciei pro specie, ut loquitur vulgus grammaticorum i. cum deductis utimur pro primogeniis, ut magnis negotiis prohibitus est, magnitudine negotiorum prohibitus.

2: Diminutivis loco primorum, ut loquaculus pro loquace, nasutulus pro nasuto, pauxillum pro paulum, sæpiuscule, vel sepicule, pro sæpè.

3. Frequentativorum pro primitivis, ut dictito pro dicto, jactito pro jacto.

4. Substantivorum pro adjectivis, aut contrà, ut si quis pro Pestilente pestem, pro nequam nequitiam nominet, cui simile est, & finitimum, cum dicimus Hispanos mores, pro Hispanicis.

5. Comparativorum aut Superlativorum loco positivorum seu absolutorum, ut tristior pro tristis, facundissimus pro vehementer facundus ut placet Erasmo. lib. 1. de copia verborum & rerum.

6. Cum patronymicum loco primigenii ponitur ut Scipiades pro Scipionibus.

7. Figuræ pro figura, id est cum utimur simplici dictione pro composita, aut contra, sivè hoc tropo fiat, sive sine tropo, ut mittere, pro emittere, Deridiculus pro ridiculus, exaudio pro audio, inaudire pro audire.

8. Temporis pro tempore, prædiceres pro prædixisses. Laurus erat, pro laurus esset, vicinus pro vincemus.

9. Modi pro modo, ut vicero pro vincam, salutabis pro salutato. Huc pertinet Enallage historica, qua infinitum verbum adhibetur, pro indicativo, adjuncto quoq; nominativo, ut Catilina inter primos milites adhortari, id est adhortabatur,

10. Flexionis, id est declinationis, vel conjugationis. Atq; hæc est ultima variatio, ut violens & violentus, hilaris & hilarus, senectus & senecta, lavere pro lavare, cavere pro cavére, accersire pro accersere.

11. Literarum, vel Syllabarum. Hæc variatio est in prosthesi, Gnatus pro natus. in Epenthesi ut navita pro nauta, in proparalepsi, ut loquitur Erasmus Roterodamus in top. ut dicier pro dici, in aphæresi, ut ruit omnia latè, pro eruit, in paragoge, potestur pro potest, in Syncope extinxti pro extinxisti. in Apocope. Mage pro magis; vin' pro visne. Qui sunt metaplasmi, quia dictionem transformant. Metaplasmus enim est figura mutans orthographiam aut prosodiam.

Enallage annua ἐναλλαγὴ ἐνιαύσιος

Enallage annua, annua conversio, revolutio, revertens annus, Tropicus annus sunt ἰσοδύναμα, nempe significant tempus illud, quo Sol ad idem æquinoctium, aut Solstitium, aut alium certum locum revertitur, quem dato aliquo certo initio occupaverat. At sidereus annus est Copernico & ejus discipulo Erasmo Reinholdo spatium temporis, quo Sol ad eandem stellam inerrantem revertitur. Ille hoc minor est triente unius horæ cum quincunce seu 20. scrupulis & 23. secundis Vid. Joannis Stadii Ephemerides pag. 9.

Enallage æquiparationis dati medii in Arithmetica dicitur Alligatio, quæ insignem habet usum in ea mistionis specie, qua præstantiore vilius, viliore præstantius certo gradu temperatur, qui videlicet designetur medio dato

dato. Est autem nihil aliud quam multiplicatio extremorum per alternas à medio differentias. Totus enim amborum factorum æquat factum à medio per differentiam simul utramque, ut esto inter. 5. & 11. medius datus 8. & quæratur ejus æquiparatio cum extremis, hoc est quæratur is, qui hunc multiplicans faciat ejusdẽ potentiæ cum ambobus extremis multiplicatis. Exempli gratia: differentia minoris 5. à medio 8. est 3. quæ ducta in majorem 11. dat 33. Differentia medii ab 11. extremo majore est itidem 3. quæ ducta in minorem dat 15. qui ambo faciunt 48. & factus ab 8. per 6. simul utramq; differentiam, sive differentiam duorum extremorum est itidem 48. Vide Petri Rami arithm. à Lazaro Schonero emendatæ lib. 2. c. 1.

Enallage.

Enallage ὀνομάτων est nominum permutatio. Enallages species in Mathesi est homologorum terminorum permutatio seu alternatio. Ram⁹. In numeris hæc locum non habet, nisi homologis terminis proportionis æqualibus, ut hic.



In expensione autem exemplorum Metaphoræ homologorum, id est ejusdem rationis terminorum permutatio, sic est:

			Ut cibus ad corpus, sic honos ad artes.
Cibus	╲╱	corpus	
Honos	╱╲	artes	

Ἓν διὰ δυοῖν, Hendiadys.

Hendiadys figura sermonis est Grammatica, qua ex uno duo fiunt. Nominanda erat ἐν διὰ δύο vel ἐν διὰ δυοῖν. Roman. 1. Gratiam & Apostolatum, id est gratiam Apostolatus. Manutius lib. 2. patriam & jura, hoc est patriæ jura. Et lib. 5. Spica & Scapus, hoc est Spicæ Scapus, ut interpretatur. Joseph. Scal. Paulus ad Roman. 2. per circumcisionem & literam, id est, per circumcisionem literæ, hoc est, literalem seu externam.

Ἐνάργεια.

Ἐνάργεια (Latinè Evidentia) Oratoria, est oratio seu descriptio exprimẽs rẽ, vel personam, (affectus, mores, sermonem & alias circumstantias,) ita clarè & copiosè, ut lectori sub oculos quasi subjecta sit. Est tanquam viva alicujus pictura. Hujus igitur officium est illustrare & depingere res quasi, ut omnibus partibus fere expressæ & tanquam vivis coloribus expolitæ spectentur.

Huic subiicitur ὑπογραφὴ seu ὑποτύπωσις, Rei descriptio, προσωπογραφία personæ descriptio, χαρακτηρισμὸς effictio vel pictura animi vel corporis, προσωποποιΐα personæ fictæ descriptio, ἠθοποιΐα morũ vel affectuum mitiorum vel naturalium propensionũ expressio; Παθοποιΐα vehementiorum affectuum expressio; Διαλογισμὸς cum personæ affingitur oratio brevis vel longa pro decoro ej⁹; μίμησις effectio seu imitatio morũ, gestus, sermonis: Τοπογραφία loci descriptio. Τοποθεσία loci fictio, cum describitur locus, qui non est in rerum natura, χρονογραφία descriptio temporis. Λέξεις ἐναργεῖς sunt valdè significantes, significantiores, & πληκτικαὶ, ferientes.

Quintiliano Ἐνάργεια est sermonis perspicuitas. lib. 8. cap. 3.

Digitized by Google

Ἐνέργεια sermonis vis & efficacitas est.
Ἐνάργεια à Cicerone dicitur illustratio, Quintiliano Repræsentatio. Pro ea non rectè dicitur ἐνέργεια teste Budæo. Ἐναργὴς metaphora, id est illustris.
Exemplum Enargiæ est: Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ardebant oculi ex facie ex ore crudelitas emicabat, ein augenscheinliche beschreibung: der Fürbildunge.

Ἐνέργεια.

Ἐνέργεια interdum in Philosophia significat actum vel motum, & opponitur potentiæ seu δυνάμει ἀντιφατικῇ ut τῇ ἐνεργείᾳ ὄν, quòd extat, vel facultati, ut aliud est facultas intelligendi, aliud ἐνέργεια intelligendi.
Interdum significat internam seu intimam actionem (qualis est animæ nostræ intellectio) oppositam ποιήσει, quæ externa actio est, Interdū πρᾶξιν & actum ut cum dicitur virtutis ἐνέργεια vel ἐνέργεια κατ' ἀρετήν. Ἐνέργεια igitur est vel imperfecta, ut alteratio, vel perfecta ἐντελ... ut sensio. Hæc sub genere Actione est: Illa sub motu.

Usus.

Quæritur. An peccatum ut homicidium sit δυνάμεως ἀντιφατικῆς? Affirmatur.

Distinctio autem hîc prorsus necessaria consideranda est, contra Manichæorum insanam turbam: quòd aliud sit potentia determinata ad unam certam operationem, seu ἐνέργειαν: vel ἕξις formaliter subjecto inhærens, & necessariò efficiens suum opus effectumq; ad quod est in opere creationis determinata. Aliud v. πρᾶξις seu ἐνέργεια, quæ de præexistente δυνάμει ἀντιφατικῇ, id est, habente ἀντίφασιν, libera voluntatis actione educitur, sive ad utramq; partem plerumq;, sive semper moveatur. Horum prius, nempe δύναμιν definitam seu determinatam ad actum unum, seu potius ad ἕξιν φυσικὴν Manichæi pro causa peccati hominis actualis accipiunt. Posterius verò ratio sana & cum hac, Scriptura quoq; ipsa in homine statuit. Nam & Aristot. 2. Ethic.c.8. ait αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς, & alibi ἀδικοῦσιν ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἄνθρωποι ὅταν δύνωνται: Et, sacræ literæ hominis proximam causam vitiosæ actionis faciunt liberam ejus voluntatem, pravis se adjungentem, cum posset & deberet adhærere bono justitiæ, peccato oppositæ, itaq; δύναμιν voluntatis ἀντιφατικήν. Hanc Manichæi inficiantes, quod in ipsis est, spoliant hominem præstantissima parte, adeoq; ea parte per quam homo est, & facultate intelligendi ac volendi, & hujus facultatis ἐνεργείᾳ quando videlicet hujus facultatis & ἐνεργείας planè nihil homini relinquunt in tota conversione ad Deum, sed totum hoc sese Deo asserere jactant ita, ut tantū patiatur homo, repugnet, rebellet, fremat, rapiatur, cogatur.

Ἐνεργεῖν.

Ἐνεργεῖν { actu esse; Operari.

Aristoteles in doctrina de Motu. Fit ut unum quodque jam sit actu, jam non sit actu. Sic enim hîc est vertendum ἐνεργεῖν non, ut ab interpretibus est factum, verbo Operandi.

Ἐνθύμημα.

Enthymema est 1. νόημα vel διανόημα conceptus animi, commentario, Interior sententia vel cogitatio, Ἐνθυμημάτιον est commentatiuncula. Gellius. 2. In

2. In logicis accipitur.

- Generaliter pro syllogismo μονολημμάτῳ seu ἁπλεῖ partibus imperfecto, sive sit necessarius, sive probabilis, sive Sophisticus. Sic usurpavit Arist. in Rhetor.
- Specialiter pro Ratiocinatione imperfecta Ex
  - Contrariis Repugnantibus sic usurpatur à Cicerone.
  - Signis (sic usurpatur ab Aristotele) vel consequentibus, ex antecedentibus, è connexis.

Est autem non ab ἐνθυμέω, sed ab ἐνθυμέομαι, quod est in animo cogito. Hoc discat, qui petulanter contra me scripsit. Ut:

Qui reminisco putat se dicere posse Latine
Hic ubi Co scriptum est faceret Cor, *si cor haberet:*

Sic:

Qui putat ἐνθυμεῖν se Græcè dicere posse,
Hic pro μεῖν faceret μέσθαι, si θυμὸν haberet.

Quam crassum vitium est dicere Osculo vel crimino, pro osculor vel criminor: Tam vitiosum dicere pro ἐνθυμέομαι ἐνθυμέω.

Differunt Enthymema & Contractio, licet sint cognata. Enthymemati pars syllogismi deest. Contractioni verò etiam particula Enthymematis. Enthymema est: Socrates est Philosophus. E. quidam homo est Philosophus. Contractio verò: Quidam homo est Philosophus, ut Socrates. Contractio enim fit, cum argumentum pro exemplo ita subiicitur speciali quæstioni, ut utramq; partem antecedere & assumptione affirmari intelligatur. Ac hujus Syllogismi Enthymematici adjunctum plerumque est contractio.

Ἔννοιαι.

Ἔννοιαι Latinis sunt insitæ, & quasi consignatæ in animis notiones, ut totum est majus parte, parentes sunt amandi. Dicuntur hæ κοιναὶ, id est, communes, quod insint omnibus. Sic sentiunt Platonici. Sed his adversatur Aristot; nam cap. ult. lib. 2. analyt. post negat, animæ quicquam ingenitum præter facultatem ad notiones omnium rerum excipiendas, ut quarum principium proficiscatur ab observatione rerum singularum per sensum, & cap. 4. lib. 3. de anima asserit intellectum quando primum cum corpore conjungitur similem esse tabulæ novæ & nudæ in qua nihil sit depictum. Arist. igitur ἐννοίας Platonico sensu reiicit, & lumen rationis internæ iis substituit. Platonem Augustinus deserit c. 15. lib. 2. de Trinitate, ubi inquit, potius credendum est mentis intellectualis ita conditam esse naturam, ut rebus intelligibilibus naturali ordine, disponente conditore, subjecta sic ista videat, in quadam luce sui generis, quemadmodum oculus carnis videt, quæ in

Digitized by Google

hac corpora luce circumadjacent, cujus lucis capax, eiq; congruens est creatus. Lucianus in dialogo ἐννοίας πολυπλόκους dicit pro perplexis cogitationibus.

Dicuntur ἔννοιαι etiam Ideæ. Sic Jacobus Mazon. 1. sect. compend. Phys. Plat. & Arist. pag. 14. Dico ideam illam animi notionem, quam Græci ἔννοιαν appellant, qua quicquid animo concipitur, omnibus numeris absolutum effingitur, atque adeo, ut extra vix ac ne vix quidem reperiatur. Exemplo est Ciceronis orator, cujus imago cogitatione tantum est complectenda.

Ενυπαρκτικῶς.

Ενυπαρκτικῶς est idem quod καθ' ἐνύπαρξιν secundùm inhærentiam seu, ut ita dicam, in existentiam. Huic opponitur modus, adhærentiæ, Circumstantiæ, Contenti. Ut ignis est in ferro, sic etiam essentialis ejus calor in ferro est, videlicet ut συνεχόμενον (contentum) ἐν τῷ συνέχοντι in continente: Aer enim, qui antè intra poros ferri, continebatur, in ignem mutatus est, qui ignis jam intra eosdem poros latitat, & sic in ferro calorem extra sese generat, ita ut calor in ferro revera sit effectum transiens caloris illius, qui in igne οὐσιωδῶς & ἐνυπαρκτικῶς manet. M. Henricus Gutberleth in vindicatione suarum disputationum.

Ενύπνιον.

Ενύπνιον 1. accipitur Nominaliter tùm pro somnio, id est, viso in somno, seu eo quod apparet per quietem, sive fallcet sive nō fallat: tùm pro somnio tantùm illo quod fallit per synecdochen. sic Aristoteles accipit.

Distinctio è Thom.

Causa somniorum, aut est exterior, aut interior.

Exterior aut est animalis, ψυχική, aut naturalis, φυσική seu corporalis.

Interior aut est corporalis σωματική, aut spiritualis πνευματική.

Hæc est aut divina, aut Satanica.

Animalis) cùm phantasiæ dormientis occurrunt ea, in quibus cogitatio aut affectio ejus fuit occupata tempore vigiliæ.

Corporalis) cùm ex interiore corporis διαθέσει formatur motus vel species tali διαθέσει conformis. Sic phlegmatici somnia sunt aqua, nix: signa hæc sunt temperamenti.

Σωματική) cùm phantasia dormientis immutatur ab aëre continente vel impressione cœlestium corporum, unde, quæ apparent dormienti cœlesti dispositioni sunt conformia.

Spiritualis) cùm Deus per ministerium, angelorum immittit somnia (Talibus est credendum) vel Diabolus (Talia sunt fallacia) Vide Thomam in 2. secundæ quæst. 95.

2. accipitur adverbialiter pro eo, quod est in somno seu per quietem, sic usurpavit P. Homerus.

Alia distinctio.

Somnium aut est naturale, aut non naturale.

Natural est è causis externis vel internis.

Estq; vel vulgare, (hoc nihil futuri significat) vel præsagiens.

Non naturale, est vel divinum, vel Diabolicum.

Somnium { Rectum, ἐνθυονειρία, Expressum, quod directè pingit, repræsentat & significat. Obliquum, φάσμα κατ, τυπικὸν q. indirectè, nēc per imagines, phantasmata & ænigmata quippiam offert & denunciat.

Ex-

Explicatio.

A causis externis) *A causis externis sunt illa somnia, quæ ab occupationibus & studiys diurnis existunt. Ab iis enim, quibus interdiu sensus foris fuerunt affecti, ab iis inquam objectis relinquuntur notæ impressæ in nervos & Spiritus. Illæ, quando attingunt sensum communem, ita eum afficiunt, ut interdiu, & verberant. Tum sensus communis commotus movet imagines in cerebro; inde sequitur sæpè tota historia, sicut si quis projiciat aliquid in aquam, gyrus excitatur. Huic movet alium, & sic deinceps, donec infiniti exoriantur.*

A causis internis) *Ab internis causis fiunt somnia, ut cum sæpè somniamus de rebus iis, de quibus non tantum interdiu non cogitavimus, sed ne in vita quidem unquam. Hæ internæ causæ sunt à temperamento corporis vel affectione partis alicujus, ut cum Phlegmaticus de aqua somniat: ibi sensus communis non movetur ab externis causis, vel à reliquiis, quæ adhuc hæserunt in sensibus, sed ab internis, & pro ut est affecta pars, ita variè afficitur sensus communis. Sæpè aliquis somniat sibi dolere caput, & vigilans deprehendit istud sic. Ad hanc internam causam refero diætæ rationem. Ex ratione enim alimenti mutatur corporis temperamentum, itaq; fiunt Spiritus alii. Altera causa interna est natura cerebri. Quando præstantia in cerebro alicujus est talis, ut sit præsaga, tunc adjuvatur à Spiritu Dei præsertim in bonis. Hanc alij deducũt ab externa causa, ab astrorum positu. Qui habẽt, inquiunt, Mercuriũ & Lunam sunt somniatores tales, ut præsagiant, sed D. Esromus ad causas internas refert. Tertio loco inter internas causas refero etiam intelligentiam.*

Nam in iis, qui temperanter vivunt, qui non dormiunt ebrij, non jacet prorsus τὸ διανοητικὸν, Mens & intelligentia, sicut nec in brutis τὸ φανταστικὸν in totũ quiescit: (habent hæc quoq; sua quædam somnia) Sic διανοητικὸν in homine non prorsus obruitur, sed motus animi potest se mirificè exercere in somno virtute animæ potest se commovere intelligentia, imò ipsa Anima potest aliquid suggerere, sicut videmus aliquem sæpè cogitabundum se conferre cubitum, qui postquam interdiu variè volvit revolvitq; meditando rem obscuram non nihil per somnium sæpe numero exquirit rem & indagat, quam de die multùm meditando, ac ultro citroq; revolvendo nullo modo invenire potuit.

Divinum) *somnium divinum θεόπεμπτον est, ut quando Deus misso angelo Josepho nunciat quid faciendum sit, ne à tyranno interficiatur. Hoc somnium propriè non est φάσμα seu φάντασμα inane aut vanum.*

Ἕνωσις.

Ἕνωσις unio est, hoc est, plurium conjunctio; Et fit vel unitorum conservatione, vel transitione. Conservatione, ut in conjunctione animæ & corporis. Transitione, ut in mixtione: Ibi enim unio est transitio plurium naturarum in unam naturam. Vel est contrariarum qualitatum inter se agentium & patientium contemperatio. Sic Zabar. Natura mistionis in plurium substantiarum unione præcipuè consistit h. e. in earum mutatione in naturam & substantiam unam. l. 1. de gener. mist. c. 9. pag. 545.

Ἕνωσις οὐσιώδης (unio essentialis) communis est vel singularis. Communis; naturalis; materiæ & formæ, animæ & corporis, quatenus ex iis constat natura humana.

Digitized by Google

Singularis, divina in Triade mystica, ubi tres personæ propter unitatem essentiæ, qna sunt unitæ, sunt tantùm unus Deus.

Ἕνωσις προσωπικὴ seu καθ' ὑπόστασιν, id est, unio personalis seu hypostatica, communis est vel singularis. Communis est animæ & corporis, quatenus ex utroq; constat unus homo.

Singularis est in Christo τοῦ λόγου & carnis assumptę. Est & ἕνωσις κοινωνικὴ, socialis: quæ est σαρκικὴ, carnalis, viri & uxoris: vel παραστατικὴ seu κατὰ παράστασιν, id est, per assistentiam, per societatem auxilii, vel κατὰ χάριν (secundùm gratiam) vel κατὰ σχέσιν (secundùm affectum) aut ἀξίαν & ὁμοτιμίαν, id est, dignitatem & eundem honoré.

In Physiologia & doctrina sacra etiam quædam ἕνωσις est πνευματικὴ, spiritualis, ut intellectus & rei intellectæ, amantis & amati, Christi & Ecclesiæ.

Ἕνωσις τεχνικὴ, artificialis, varia est, ut φυρμὸς, conspersio, ex humidis & siccis mistio: σύγχυσις, confusio, ex solis siccis, cum ex contusis cinamomo, gingibere & pipere fit tertium genus aromatum: σύγκρασις, ex solis humidis, commixtio, ut aquæ & vini: Vel cum ex aqua & melle fit mulsum.

Ἑνώσει, quæ & interdum dicitur σύνεξις (copulatio) & περιχώρησις à Damasceno, opponitur separatio χωρισμός.

Ἐξᾴδειν.

Ἐξᾴδειν Platoni est vehementer canere, intenta voce cantare, percantare, decantare. ἐξ enim hic auget significationem, ut in verbis ἐκδιδάσκειν, i. e; exquisitè & copiosè docere, ἐξευρεῖν, ἐκσώζειν, ἐκπίνειν. Sic particula De auget in Decanto, Desævio, Demano. Verbo ἐκδιδάσκω Plato in Protagora usus est, ubi describit Sophistarum indiligentem diligentiam. Ἐξαντλεῖν, i. e. exhaurire, vel largè haurire, est apud Nazianz.

Ἐπεξεργασία.

Ἐπεξεργασία est accuratiot tractatio rei. Res παχυμερῶς tractata dicitur ἀνεπεξέργαστον tractari cujus ἐπεξεργασίας magna est utilitas. Serran. in Cratyl.

Ἐξίστασθαι.

Ἐξίστασθαι est desinere, degenerare, transire, ad stuporem usq; mirari, extra se esse, quo significatur mentis alienatio, Οἶνος ἐξιστάμενος, vinum desinens, id est, fugiens. Cic.

Ἐξιστάμενος τῆς φύσεως qui degenerat à natura sua.

Ἐξουσία.

Ἐξουσία est potestas ea, quam potentior aut opulentior aliquis propter opes suas aut potentiam (quæ Græc. δύναμις est) aut magistratum adeptus est. Redditur etiam voce Arbitrii. 3. Pol. text. 6. Cui est ἐξουσία judicandi id est arbitrium, autoritas, potestas. Sic dicitur Christo data est ἐξουσία judicádi. dicitur a. ἐξουσία æquivocè de actu & vera potestate sicut apud latinos potestas,

O. ἐν ἐξουσίαις, qui potestate & autoritate præditi sunt. 1 Eth. c. 4.

Quod propriè loquendo ἐξουσία à δυνάμει differat, ostendit locus Arist. lib. 10. c. 8. de moribus. Viro forti opus erit δυνάμεως (copiis & potentia) siquidem aliquid suæ virtuti consentaneum effecturus est, & temperanti ἐξουσίας auct oritate & licentia, ut vertit Lābinus: etsi doctiss. Bergi[*] & alii hic ἐξουσίαν facultaté peccandi verterunt.)

Ἐξοχή.

Ἐξοχὴ ἀρετῆς, excellentia seu eminentia virtutis Ethicis est virtus Heroica. Physicis ὑμένων ἐξοχαὶ sunt membranarum extuberationes vel excrescentiæ. In-

Interdum Res nuncupatur seu nominatur ab eo quod convenit ipsi κατ' ἐξοχὴν. Sic Roland in Lexico Chym. Chymia est ars res solidas in succum resolvendi: Sed per synecdochen partis difficilioris, κατ' ἐξοχὴν sub solutione etiam coactio seu coagulatio intelligitur ab antiquis Chymicis. Unde pervulgatum illud: Solve & coagula. Huc pertinent illa Ciceronis: Ex majore parte res pleræque nominantur. Et: *Ex majore parte unam quamq; rem appellari spectariq; dicunt.*

In synechdoche igitur ἐξοχὴ seu excellentia dicitur, cum nomen generis nobiliori & illustriori speciei attribuitur.

Arabibus Al articulus ἐξοχὴν, id est præstantiam rei notat, ut Alchymia Physica separandi purum ab impuro ad conficiendum medicaméta, tam corporibus humanis persanandis, quàm metallicis ad summam perfectionem perducendis accommodata.

Pro κατ' ἐξοχὴν, dicitur etiam ἐξαιρέτως. Ulpian. in 1. Olynth. ubi Demosthenes ait. τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, homines in ætate, explicat per τοὺς νεωτέρους, juvenes, & adjungit rationem, ἡλικία γὰρ ἐξαιρέτως ἔστι τῶν νεωτέρων, Ætas enim per excellentiam de juvenibus dicitur, quòd ea ætate omnia agere possimus. ἐν ἑαυτῇ γὰρ πάντα πράττειν δυνάμεθα.

Ἐξωτερικοί.

Ἐξωτερικὸν opponitur οἰκείῳ seu ἐσωτερικῷ interiori. Bonum ἐξωτερικὸν id est externum fortuitum. Ἐξωτερικὴ ἀρχὴ externus principatus. Οἱ ἔξωθεν λόγοι sunt disputationes omnibus obvice, populares, triviales. Libri exoterici sunt libri populariter scripti, minùs limati.

Οἱ ἐξωτερικοὶ seu οἱ ἔξω in specie sunt, qui non sunt relati in Ecclesiasticam communitatem, ut profani. Al ἐξώτεροι alieni.

Aristot. scribit 1. Polit. text. 46. Imperia quæ de rebus inanimis dicuntur, esse σκέψεως ἐξωτερικωτέρας, considerationis magis extraneæ.

Libri exoterici Aristoteli sunt externi, id est, qui sunt extra id opus, in quo tunc versatur. Genesius. Sed displicet Victorio. Externi λόγοι Aristoteli sunt, qui sunt præter principale propositum rei de qua fit mentio.

Ἔοικε, videtur sic apparet.

Sæpe hæsitationem seu dubitationem vel saltem modestiam significat Aristoteli, ut cum aliquid non enuntiatur asseveranter, ut libr. 1. de anima cont. 14. Videntur animæ passiones omnes esse cum corpore. Maximè assimilatur proprio ipsum intelligere id est, videtur intellectio esse propria animæ, non communis. tex. 12. 1. de anima. ἔοικεν ἴδιον, est simile proprio, apparentiam quandam habet quòd sit operatio propria. Paulò antè dixit φαίνεται, videtur plurimarum passionum nullam sine corpore pati aut agere, id est, fieri anima aut patiente, aut agente. Hic φαίνεται verbo usus est ad significandam evidentiam,

Ἐπαμφοτερίζοντα corpora.

1. Corpora ἐπαμφοτερίζοντα dicuntur quæ sunt naturæ ancipitis.
2. Talia sunt animalia quæ partim in aqua, partim in terra degunt: Aliâs ἀμφίβια.
3. Et quæ utroq; sexu participant, ut Androgyni.
4. Et noctuæ, quæ quatuor pedes ut terrestria animantia; alas ut volucria, obtinent.
5. Struthio item Africus, qui pennas habet

Digitized by Google

habet, & bipes est, ut, avis, in pulpebris autem pilosus est, & bisulcus, ut quadrupes.

6. Præterea loco ἐπαμφοτερίζουσι, h. est ambigua sunt, aër & aqua, terræ & ignis comparatione Aristot. lib. 3. Phys. c. 5.

7. Ut enim gravitate & levitate; sic etiam super & infero loco participant.

8. Aer autem & aqua non sunt levia & gravia simpliciter omninoq; , sed κατὰ τι.

9. Igitur nec omnino absoluteq; in infero loco sunt, aut supremo.

10. Aqua tamen magis est in loco infero, quam supero: Aer contra.

Ἐπανάληψις, Epanalepsis.

1. In Rhetoricis Epanalepsis est figura dictionis, qua idem sonus vel eadem vox in principio est & clausula; ut: Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.

2. Philologis Epanalepsis est, cum post aliqua multa interposita majoris lucis gratia resumimus, quod in principio collocavimus (quo exempto, nihilominus constructio manet integra.)

Habet interdum notas suas, Igitur, inquam, Sed: Soletq; adhiberi post longiusculam parenthesin.

Fit verbis iisdem vel synonymis: Cicer. Cave existimes Brute, (quanquam non necesse est, me ea ad te, quæ tibi nota sunt scribere) cave putes, probitate, constantiâ, curâ, studio Reip. quicquam illi esse simile.

Idem 1 Tuscul.

Confirmato illo, de quo (scil. immortales animi sunt) dubitare non possumus, cum tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidē suspicio sensus relinquatur: hoc igitur probè stabilito & fixo, excutiendum est, ut sciatur, quid sit carere.

3. Epanalepsis, resumptio, est figura dicendi, qua id quod antea obscurius vel minùs sufficienter dictum est, denuò in manus sumitur, ut clarius evidentius pleniusq; exponatur.

Exemplum hujus resumptionis est cum aliquid primū dicitur tropicè, quod deinde dicitur propriè. Ejus interdum signum est conjunctio Enim. Exempla in epistolis Pauli occurrunt multa, quæ recitat H. Zuing. in Resp. ad confess. L. p. 434.

Ἐπάνοδος.

Epanodos interdum ponitur pro Epilogo, teste Platone. In Rhetorica est figura repetitionis, l. Regressio

Epanodicum metrum.

Epanodicus versus habet cognationem magnam cum retrogrado, seu recurrente. Sic autem differunt. Hi retroaguntur omnino, id est, retroversis mensurantur dictionibus: Illi vero fiunt cum per eadem recurrimus verba ordine inverso relegentes, sed non per omnia, ut Sedulius de Eva.

Noxia tu conjux magis an Draco perfidus ille?
Perfidus ille Draco: sed tu quoq; noxia conjux

Ita Vida.

Nec sine Sole suo lux, nec sine luce sua Sol.

Germanitas hæc per se perspicua est. Sed & Retrogradum metrum Epanodicum ex toto rectè dici potest

Ἐπεξήγησις.

Epexegesis (oratoria potissimum [illegible]tur, cum verba sequētia præcedentia interpretantur: suntq; illa vel propria, vel figurata. Ponitur etiam pro pleniore narratione, quæ una voce dicitur Enarratio.

Qui-

Quidam Grammatici Appositionem, quam vocant, ut Urbs Roma, vocarunt Epexegesin: quòd una vox alteram declaret seu exponat. Emmanuel Alvar. vocat substantiva continuata (quæ nulla conjunctione sunt vincta) ad eandem rem spectantia. Al: Appositio ἐξηγητική.

Ἐπιγίνεσθαι τινί.

Divus Basilius M. usurpat pro accidens esse alicui (quod post essentiā rei est) accidere, accedere alicui. Mors ἐπιγίνεται animantibus, id est, accedit (παρὰ φύσιν) seu accidit. Rectè enim Mors dicitur accidens animantis, etsi nonnulli audeant hoc negare. Basil. Mag. in Oratione seu Homilia, ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος ὁ Θεὸς τῶν κακῶν. Κακὸν τοῖς τῆς ψυχῆς πηρώμασιν ἐπιγίνεται, οὐκ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει ἐστίν. Hîc opponūtur ἐπιγίνεσθαι, & ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει εἶναι, id est, accidens vitium seu malitiam esse & esse substantiam. Idem ibidem: τυφλότης δὲ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεγένετο, id est, Cæcitas accidit seu supervenit oculo ex corruptione (παρὰ φύσιν igitur.) Matthæus Dresserus Græcæ linguæ doctissimus vertit; Cæcitas corruptionis oculorum est accidens. Versio hæc displicet. Non enim voluit hoc Basilius: Cum cæcitas potiùs essentia quædam & natura sit corruptionis oculorum: Cæcitas enim absq; corruptione oculi nulla est.

Epigramma.

1. Epigramma primum significat ἐπιγραφὴν, Inscriptionem seu Titulum rei. Hunc Manilius vocat signantiam causæ, hoc est, notionem seu significationem, quod observavit Jos. Scal. in comment. & castigat. lib. 2. Manil.
2. Libellum seu intentionem accusatoris, Aristot. in Rhet.
3. Epigramma est breve carmen & argutum super qualibet re.

1. Brevitas hujus pressam orationem desiderat, & versuum numerum quàm minimum.
2. Pressa oratio est, cum sententiæ omnes ac verba, neq; lucem neq; ornatum afferentia removentur.
3. De versuum numero senis aut septē summum ferè distichis absolvitur, vel 14. Phaleuciis aut paulo pluribus.
4. Argutiarum laus cernitur tum in ipso genere sententiarum, tum etiam in quadam venustate orationis, quæ quod arguté excogitatum est, argutè etiam ac venuste exponat.
5. Argutiæ continent Decorum, quod in rebus & personis cernitur. In rebus ut ampla graviter, & magnificè subtilia subtiliter, seu tenuiter; mediocria temperatè dicantur. In personis videatur quid persona postulet, qualisque sit, alioqui incides in Aristarchos.
6. Epigramma duabus ferè constat partibus, expositione & conclusione. 1. expositio est tum simplex tum multiplex. Simplex fit ex uno, vel etiam altero loco, ut notatione, causa, comparatione, facto, tempore, loco, personæ. Multiplex est, quæ conficitur locis conglobatis, verbi gratia comparationibus, exemplis, causis, effectis.
7. 2. Expositio narrationem habet, vel veram, vel fictam. Itaq; fabula interdum in Epigrammate utimur.
8. Conclusio Epigrammatis est Epiphonema, exclamatio: O quantum est subitis casibus ingenium! vel argumentum aliquod maximè è loco majorum, minorum, parium, conjunctorum, consentaneorum, ut, Quæ nondum data sunt, stulte negata pútas? vel sententia seu Gnoma: ut,

Digitized by Google

Quicquid amas, cupias non placuisse nimis. Vel Venustas aliqua cum expositione consentiens, ut, posthume non benè olet, qui benè semper olet.

1. Epigramma est vel explanatorium, quo apertè & cādidè propositum seu institutum describitur; vel Aphoristicum, quo propositi (ut rei personævé) proprietates simpliciter indicantur.

2. Epigrammata sunt simplicia vel conjuncta.

Simplex Epigramma est in quo simpliciter rem exponit Poeta ita ut tantum loquatur, nec alium loquentem introducat

Conjunctum est in quo Poeta & loquitur & alium inducit loquentem.

Ἐπιεικὲς, *æquum bonum.*

In Ethicis Aristotelis τὸ ἐπιεικὲς dupliciter accipitur.

In Ethic. Nicomach. cap. 15. consideratur quatenus æqualitatem spectat. At lib. 6. cap. 11. ubi agit de Gnome & syngnome, ἐπιεικείας mentio fit, quatenus recta in judicando ratione ac prudentia utitur. Theod. Zuinger. in Tabul. Ethic. ad laudata cap. Idem: τὸ ἐπιεικὲς Jus, Æquum Bonum vocamus, quod non summo jure agit, sed ignoscit in quibusdam, consentit, & de suo jure cedit. Et: ἐπιεικὴς interdum habet συγγνώμην, id est, ignoscit iis, qui inviti aliquid fecerunt. Opponitur ei illud, quod absolutè jus est, seu generalis dispositio, seu strictum jus l. placuit C. de judiciis. Placuit in omnibus quidem maximè in judiciis majorem esse humanitatis atque æquitatis (ἐπιεικείας) quàm stricti juris rationem.

Involuta σκέψις esse videtur apud Arist. 5. Ethic. in fine, An æquum & bonum ei, quod absolutè jus est, sit melius? Respondet Philosophus: Cùm æquum & bonum jus sit, non est melius eo, quod simpliciter justum est, sed eo peccato, quod ex simplici & generali sermone natum est, interprete ἐπιεικῶ Petro Gilkenio (Æquum & bonum melius est non ipso jure, sed peccato, quod ex fusiore solutioreq; legis sermone contractum erat, quod strictum vel summum jus Jurisconsulti appellare solent.) Hæc exemplis declarantur à Gilken. in fine Com. in 5. Eth. Arist.

Generalis constitutio interdum ex æquo & bono temperamentum admittit. Ex æq: T] periphrasis ἐπιεικείας.

Regula juris interdum ex æquo & bono admittit exceptionem & moderationem.

Ἐπιεικῶς.

Ἐπιεικῶς pro locorum circumstantiis variè exponitur. Nunc est humaniter, vel moderatè (ἀνὴρ ἐπιεικής, vir moderatus) nunc commodè, non malè, non incommodè. Ἐπιεικῶς πεπαιδευμένος, non insolenter institutus. ἐπιεικῶς πέφυκε πρὸς τὰ πράγματα, non incommodus ad res gerendas. Apud Platonem ἐπιεικῶς πάλαι, satis dudum. Apud eundem, ἐπιεικέστατος ἰδέαν, facie liberali satis & honesta,

Ἐπίζευξις.

Ἐπίζευξις
- Grammatica: Hæc habet elegantiam.
- Rhetorica, figura repetitionis seu iterationis. *Sic sic juvat ire sub umbras.*
- Theologica, ἐπίζευξις [illegible] των, Nazian. Modus [illegible]endi de persona Chri[illegible] quæ alias dicitur κοινωνία [illegible], seu ἰδιωμάτων.

Exem-

Exempla Grammaticæ geminationis.

Unde unde, pro Undecunq; Horat. lib. 5. sermonum: *Mercedem aut numos unde unde extricat*, id est, undecunq; ex quacunq; re.

Quaqua, id est, quacunq,. Ubi ubi, id est ubicunq;. Quoquomodo id est, quomodocunq; Ut ut sit, Es sey wie es wölle.

Ἐπίθετα.

Generaliter Ἐπίθετα sunt apposita.

In oratione speciatim Epitheton est vel adjectivum substantivo additum, ut: Fulvum aurum, Auri sacra fames, Rosa verna, vel quod quocunq; modo substantivo adjicitur 1. per Antonomasiam, ut: Amphitryoniades vel Alcides pro Hercule. 2. per Periphrasin, circumscriptionem, notationem, ut: Tirynthius heros pro eodem, ultrix accincta flagello. pro Tisiphone. 3. per Exegesin. (vulgo vocant Appositionem) ut: Opes irritamenta malorum.

Epitheta aut sunt necessaria, aut non talia.

Necessaria. quæ adhibentur discretionis causa, ut; Tibull.

nos ad mala nostra
Vertimus in sævas quod dedit ille feras.

Sævas, inquit, feras ad distinguendum à domesticis & mansuetis.

Aut sunt perpetua, aut temporaria.

Perpetua sunt quæ propria sunt naturæ, ut: placida ovis, humida nox.

Temporaria sunt, quæ pro negotiorum qualitate, aut ornatus gratia scribentis arbitrio accersuntur, Ovid:

Attenuant vigiles corpus miserabile curæ.
Tibull:
Præda feras acies cinxit discordibus armis.

Vide de Epithetis egregia in 6. l. b. de re Poëtica Georgii Fabtitij.

Epithetis accidit quædam permutatio.

Epithetorum permutatio seu ὑπαλλαγὴ seu μεταγωγὴ, cum vel detrahuntur Epitheta personis & attribuuntur rebus, vel ea quæ sunt personarum tribuuntur personarum affectibus, aut accommodantur locis & temporibus. Exempla primæ partis: Virgilius: Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum, id est, crudelis & avari Regis ditionem & hospitium. Ovid: Verberibus jussas præbuit ipse manus. Virgil. Hæc ait, & socii cessarunt æquore jusso.

Exempla secundæ partis, Virgil. Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat. Id est odium Tyranni crudelis.

Exempla tertiæ partis: Virgil: Ibant obscuri sola sub nocte per umbras, id est, soli ibant sub obscura nocte. Idem Udæ vocis iter, id est udum iter vocis.

Epitheton interdum opponitur nomini, ut aliud est rei nomé, aliud Epitheton Jehova nomen Dei: Sed Augustus, Sanctus, Magnus, Epitheta.

Ἐπιθυμία.

Ἐπιθυμία Physicè & Ethicè accipitur propriè pro actu, tum pro potentia ipsa concupiscendi.

Scholasticis concupiscentia est.
- Habitualis fomes, id est, ἀσυνετος concupiscetia, sensibilis appetitus. Ad rationem fomitis pertinet inclinare ad malum, & difficultatem inferre ad bonum.
- Actualis, motus peccati. Differt à proæresi Nam Epithymia est desiderium ἄλογον: proæresis verò cum ratione conjunctum.

Επινίκιον.

Επινίκιον seu Epinicium (vox enim illa latinis elementis donata, & quasi in familiam latinitatis recepta est) est victoriæ monumentum sive id sit festus dies, aut epulum victoriæ causa datum, aut sacrificium (Επινίκια enim θύειν Demostheni est immolare victimas ob partam victoriam) sive carmen, sive Oratio. Dicitur & Pæan ἐπινίκιος.

Επιπολὴ, ἐπιπόλαιον.

Επιπολὴ 1. sumitur γενικῶς seu κοινῇ pro superficie cujuscunq; corporis: Quæ à substantia differt, quia hæc est interna: illa externa.

2. In specie sumitur pro summitate aquæ vel terræ.

Επιπόλαιον est 1. in superficie situm, per summa apparens, ut innatans, non internum, non altum. ἐπιπολαίως est obenhin: Vulg: superficialiter.

2. Est manifestum & apertum cuique, qualis est corporis superficies.

3. Est leve, non firmum, qualia quædam sunt vulnera. Sic Arist. 1. Eth. c. 5. Τιμὴ φαίνεται ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου: Honos videtur aliquod esse eo, quem quærimus, fine infirmius minusq; stabile. Δόξα ἐπιπολαία lib. 1. de Mor. c. 4. apud Aristot. est opinio manifesta quidem & celebris, si authores laudes, verùm inanis & levi ratione suffulta, non attingens intetnam rei naturam.

In 3. Rhet. Aristoteles ἐπιπολαῖα vocat, quæ omnnibus sunt aperta, ut non opus sit ζητεῖν. Sic cap. 3. l. 1. t. 13. idem δόξας ἐπιπολαζούσας eas vocat, quæ sunt eminentes seu insigniores, quæ maximè sunt illustres propter authorum famam & ita sententium multitudinem, sive ratio subsit, sive nulla ratione nitantur. Metaphora ducta ab iis rebus, quæ aquæ immerguntur, suaque levitate ascendunt itaut ab hominibus possint conspici, cùm gravia contrà fundum petant. Zuingerus.

Petri Martyris hæc est sententia: ἐπιπολάζουσαι sententiæ Aristoteli in Ethic. sunt, quæ in medio versantur & sunt minùs reconditæ, metaphora ducta ab iis, quæ apparent fluctuantia in aquis. Alii, inquit Martyr, interpretantur de insignioribus & eminentibus, quod mihi non videtur, sed simpliciter intelligo de eminentia non excellentiæ, sed tali, quæ apparet in fluctuatione in aquis. Sed parvi momenti est hæc interpretationis varietas.

Ἐπιπόλαιος ὅρος est superficiaria & rudis seu leviter adumbrata definitio seu περιγραφὴ, cui opponitur Exactior & Essentialis ὁρισμός. Ἐναργεστέρα autem Definitio sumitur pro definitione exactiore & clariore seu illustriore simul.

ἐπιστάτης.

Platoni in Euthydemo. βραβευταὶ λόγων, ῥαβδοῦχοι, πρυτάνεις vel ἐπιστάται, sunt moderatores, judices, arbitri, & præsides disputationum.

Επίφθεγμα.

Hæc vox aliter accipitur à Politicis Græcis, aliter à Criticis.

Primùm enim est verbum militare, & significat denunciationem, qua copiis castra moturis conclamatur, ut colligant vasa. Budæus. Critici vocant, quæ nullius significationis sunt utapud Græcos βλίτυρι, & σκινδαψός, ἐπιφθεγματικά. Latini veteres Tituli lia appellant. Tale est Titivillitium Plauti in Casin. Non ego istud verbũ empsitem titivillitio.

Epo-

Epocha.

Ἐποχὴ (quæ inhibitio seu retentio, per quam quid in continuorum fluxu retinetur & figitur, ut inde reliqua mensurentur) est non tantum in motuum cœlestium consideratione locus cœli certus linea monstratus, à quo motus, verũ etiam in tempore principium certum & illustre, unde annos menses, & dies in antecedentia & consequentia numeramus. Vulgo dicitur radix, unde reliqua quasi à fundamento & termino à quo supputantur. Item AERA, quæ vox à tabellionibus ignorantia quadã ex Hispanorum scriptis primum desumpta & usurpata, inde ab Astrologis frequentata, ac tandem ad cæteros scriptores translata est. Neq; enim initio æra una vox fuit, sed plures è quibus male consutis & confusis unum fecere Hispani vocabulum, quod tãdem apud Latinos quoq; receptum est, sicut notat Matth: Beroaldus ex sepultura. Nam cum Hispanis Augusti Cæsaris imperium, quod ad ipsũ solum privatim delatum fuit anno ante natum Christum 38, felix & salutare esset, curârunt ut rerum actarum & gestarum annos omnes ab Augusto Cæsare repeterent in hunc modum: Acta sunt hæc, exempli gratia. Toleti calendis Martii Anno 22. A: Cæs: Posteriorum verò socordia factum est ut omissis punctis eædem hæ velut in unum verbum, cujus prima syllaba diphthongus Æ esset, scriberentur confusè, ipsiq; voci declinatio assignaretur. Sunt & qui Heram vocant. Munus Epocharum est, ut ad eas tanquam ad præfixum terminum priora tempora conferantur. Illustris epocha est quæ sumitur à tempore incarnationis Christi vel à passione & morte Christi, vel creationis mundi, vel urbis Romæ conditæ, vel ordinationis Julianæ, qua Julius Cæs. annum, quo à nato Christo ad hæc tempora usq; usi sumus, introduxit, vel correctionis novæ à Clavio & Aloysio Lilio affectæ, & per Pontificem Gregorium 13. publicatæ, vel Hispanorum ab Augusto Cæsare.

Epocha ἐποχὴ apud Astrologos significat cœli partem, quæ continet sydera Scaliger.

Epocha Locus stellæ, Græcis ἐποχὴ & Arabibus radix dicitur. Est assumpti & definiti continui arcus ultimum punctum, quod prætervehitur stella & momentũ temporis, quo illud ipsum punctum transcurrit. Hunc medium motum stellæ Græci vocant πάροδον, transitum stellæ delatæ per illud punctum, habentq; inter se correlativè ἐποχὴ & πάροδος. Unde συνίστασθαι τὴν ἐποχὴν τῆς ὁμαλῆς κινήσεως est loca & principia æqualis seu medii motus ad certum tempus constituere ac designare, à quibus motuum & temporum sequentium supputatio tanquam certã meta sit ordienda, & deducenda, ut cum à nato Christo, à morte Alexandri à Julio Cæsare, aut etiam regno Augusti, ut vocant Alphonsini: qui iccirco Æræ vocabulo pro ἐποχῇ utuntur. (Significat autem æra nihil aliud quam Annus erat Regni Augusti) supputationem ordimur.

Æra, vocabulum corruptum & compositum ex tribus vocibus, sunt tres voces in unum conductæ seu coactæ.

Epocha (inhibitio) aliàs significat in Philosophia Academica Pyrrhonis affectionem qua in dubitando mẽtis cursum inhibebat. Scaliger de causis ll. lib. 3. cap 72. Seu Epoche est suspẽsa sententia, id est nihil definiens. Viottus ἐπέχειν est de nulla re pronunciare,

are, vel de aliqua re non pronunciare, nec asseverare certò. Ἐποχὴ enim est universalis vel particularis. Ad illam refertur scepticorum ἐποχή: ea enim tanta erat ut etiam τὰ ἀξιώματα ponerent indisceptationem. Porrò ut ἐποχὴ abstractum est, ut forma aliqua: sic Ephecticus est concretum. Ephectici autē Aporetici, Sceptici, *Zetetici* id est, sunt *Zetetici* dicti quod veritatem perpetuo quærant, Sceptici à perpetua consideratione & inquisitione, cùm nihil invenirent unquam: Aporetici, quòd semper dubitarent: Ephectici ab eo, quod eis accidebat post inquisitionem, quòd semper dubitarent. Suidas.

Ἔργον.

Ἔργον opus sæpe opponitur energiæ, id est actioni & functioni muneris, sic acceptum est sub initium 1. ad Nico.
Interdum ponitur pro ipsa actione, munere officio, & opponitur facultati, sic acceptum est ab Aristotele principio primi & 2. lib de part. & in textu comm. 35. 7. divinorum & 1. Pol. text. 35. cum Aristot. dicit, omnia esse ἔργῳ, & δυνάμει definita distinctavé.

Ἑρμαφρόδιτος, Hermaphroditus.

Hermaphroditus dicitur 1. qui utrumq; habet membrum, tam virile, quàm muliebre.
2. qui utramq; venerem exercet. Homo ambiguus Poetis. Dictus à voce Hermes & Aphrodité (quæ dicitur Venus propter naturam seminis ἀφρώδη, id est spumosum.) Fingitur enim filius Mercurii & Veneris. Mercurii scilicet stella mediæ naturæ esse videtur Astrologis, ut sit stella partim masculina, fœminina.
Nota obiter stellas masculinas dici, quæ habent majus robur, quo calorem excitant, Fœmininas, quæ hab[ent] debiliores vires propter naturam h[umi]d[am]. Fides horum sit penes autores.

Ἑρμηνεία.

Ἑρμηνεία (interpretatio, in genere est explicatio, explanatio, expositio, [...] vocis phraseosvé, sive sententiæ legisvé, somniorum voluntatis.
2. Accipitur à Logicis pro Defin[itione] Nominis, Notatione seu Etymolog[ia]. Aliàs dicitur verbi vis ac pote[st]as. Hic pro ID EST, eleganter dici[tur]. Quod ita interpretamur, ut, secu[ndum] naturam vivere, quod ita inter[preta]mur, vivere ex hominis natura [...] que perfecta & nihil requir[e]nte [...]
3. Ab Oratoribus pro Exer[...] Rhetorica, quæ exponit id qu[od] [po]situm est alio verbo, quod idem [...] at. Cic. ad Heren. Quidam voca[nt] συνωνυμίαν, ut, Remp. radicitus evert[isti], civitatem funditus dejecisti.
4. Judice Zabarella Aristoteli Interpretatio est vox generalis, complecte[ns] & primam & secundam operationem intellectus, id est, simplicium apprehensionem & enuntiationem, seu significans omnem vocem interpre[tantem] conceptum rei, tam simplicem, q[uàm] complexum. Sic Zabar. l. 2. de [n]atura Log. c. 5. Inscribitur liber ille Aristotelis de Interpretatione à re co[...]rata. Est enim interpretatio vox a[rti]culata alicujus rei significatri[x] [...] plectitur tam simplices termin[os] [no]men & verbum, quàm e[...] in simplicem & complexam [...] oratio. Ita Enunciatio & Interpretatio non sunt idem, quia E[...] tùm secunda Intellectus ope[ratio] [...]
5. Etsi a. interpretatio comm[...] sit Enuntiatione. tam[en] [...] doch, κατ' ἐξοχὴν pro oratione & Enuntiatione usurpatur. Dicuntur a. voc[e]s tam singulæ quàm conjunctæ Interpretatio-

tiones, quia sunt veluti interpretes animorum nostrorum.

Interpretationis Particula est S E u significans antecedens & consequens hîc non differre, ut, Justitia inhærens seu gratia gratum faciens, Schol. Gratia actualis, dividitur in Excitantem & Adjuvantem; seu Prævenientem & Subsequentem, seu Operanté & Cooperantem. Ac tunc quidem vocant Sub divisivam particulã (cum sensus conjungitur, verba disjunguntur) ut Alexander sive Paris.

Latiũ Interpretatio opponitur sermonis proprietati seu rigori verborũ. Alcia: Ex sermonis proprietate appellatione filii nepoté contineri nõ arbitror, sed ex interpretatione, quę in dispositione legis generaliter procedit, & id etiam in odiosis, nisi ratio diversa aliud suadeat. In com. de V.S.p. 162. Idé ad l. 94. verbum Reddendi quãquã significatum habet, retrodandi; recipit tamen & per se dandi significationem. Reddere quandoq; inquit, capitur simpliciter pro dare: unde si testator alicui centum jubet reddi, quamvis nihil ipse accepisset, tamen legatum deberi dubium nõ est: Quod tamé Accursius ex interpretatione Legis esse arbitratur, non ex sermonis proprietate (seu ex vi verbi) Idem. Id ex æquitate per Interpretationem extensum est, non ex verborum proprietate. Huc pertinet ὑπομνήματα: Sæpè aliquid est interpretandum ex voluntate dicentis vel scribentis.

Interpretatio Specialis est Versio seu Transfusio linguæ unius in aliam, ut cum aliquid vertitur ἑτερόγλωσσον in Latinum. Hujus interpretationis tria sunt genera. *Unum religiosum & servile* nimis archetypi sui observantissimum, cùm omnia interpretamur κατὰ πόδα, ut Græci loquuntur. Huj⁹ generis est vetus Bibliorum sacrorũ, & vetus item Arist. interpretatio. *Alterum audacius planè licentiosum & liberum*, cùm à phrasi authoris etiam longè receditur, & interdum omittũtur aut adduntur, quæ visum est, ut & phrasi latinæ locus sit, & sententia auctoris, quæ ab interprete vera esse putatur, in luce ponatur, quomodo Sacra vertere studuit, Seb. Castellio, & Politica Aristotelis Joach. Perionius. *Tertium est medii cujusdã modi*, quod ita vertit ἑτερόγλωσσον aliquid in Latinum, verbi gratiâ, ut præter puritaté sermonis (τὸ βαρβαρισμὸν enim τῆς λέξεως vitat) fidelemq; expressionem sententiæ & mentis, quæ est in archetypo, etiã accommodate ad ipsum hoc archetypon omnia interpretetur h.e. ita, ut ubicunq; ratio latinæ phraseos patitur, ipsa archetypi verba fideliter & simpliciter exprimat, nec lectorem à phrasi authoris longius abducat. (Matth. Bergi⁹ vir longè doct. in præ. in Ar. Eth.) Quomodo Ant. Muretus vertit 5 librum Eth. Arist. Talis etiam interpretatio est Latina Dion. Lamb. Arist. 10. Lib. de Morib. ad Nicom. innumeris in locis interpolata à Matt. Bergio in Acad. Altorfina olim Ethicæ Prof. Hæc tertia interpretamentũ verè δοκιμον est, eamq; eruditionis elegantioris studiosi maximè probant.

Scholastici faciunt quadruplicem sacrarum literarum interpretationem, i.e. expositionem: Primam dicunt Literalem seu Historicam seu Grammaticã: Secundam Tropologicam, i.e. Moralem, 3. Allegoricam: 4. Anagogicam.

Ratio interpretandi sacras literas est vel literalis, Historica, Grammatica: vel Moralis: vel Spiritualis. *Hæc* est Anagogica, vel allegorica. Vel sic, Est ἱστορικὴ vel διανοητικὴ, hęc est ἠθικὴ vel πνευματικὴ seu mystica seu allegorica.

Lite-

Literalis est, quæ nititur simplici verborum significatione, atq; id perspicuè reddit, quod vocabula ista ex usitata loquendi consuetudine notant, vel ostendit διάνοιαν ex tropis, si sint modificata verba. In hac interpretatione sententia aliis atque aliis verbis explicatur & commonstratur ad ejusdem illustrationem Dialecticum & Rhetoricum artificium, indicatis vid. Orationis partibus cum argumentis, ut causis & adjunctis atq; cognatis. Atq; hæc semper primo loco quærenda est, utpote sine qua non licet ad alias interpretationis formulas progredi. Qui enim non assequitur simplicem & proprium verborum sensum, quomodo speret se sublimiorem doctrinam aut mysteria ulla posse eruere?

Jam *Tropologica* interpretatio est, quando ex dicto factovè colligitur aliquid ad vitæ morumq; institutionem conducens: quo pacto solent eruditi in quibuslibet historiis & concionib⁹, quas legunt, attentè observare graves exhortationes ad virtutem, nec non objurgationes vitiorum. Exemplum esto. Occurrit historia de Abrahamo, qui exigua manu delectorum militū quinq; reges debellavit, atq; Lothum propinquum pristinæ restituit dignitati. Rectè hic observamus, victoriam non pendere ex copiarum multitudine, sed potius singulari Dei beneficio concedi: Item pro juvandis amicis, præsertim injuria affectis, & indignè oppressis, viro forti ingentia adeunda pericula, ac Deum daturum successus piis conatibus. Rectiùs verò hæc interpretandi ratio vocatur moralis sive Ethica. Quamvis namq; vox τρόπος significet non tantùm modificatam λέξιν, sed etiam vitam vel mores hominis, tamen plurimum usurpatur ad significandam modificatam, seu, ut alii loquuntur, figuratam locutionem, omnesq; voce τροπολογίας audita, statim animo concipiunt orationē figuris seu tropis aliquibus aspersam. Paulus hanc interpretationem commendat, cum inquit, Scripturam utilem esse ad institutionem & correctionem.

Tertia *Allegorica* est, qua à verborum genuina significatione paulò longius disceditur, sed tamen ejusmodi res proponuntur, quæ cum his, quas verba significant, similitudinem & consensionem non parvam habent, atq; hac quidem proponuntur cautione, ut ad doctrinam fidei quadrent, adq; institutionem audientium conducant. Exemplum est 1. ep. ad Thessal. cap. 5. Itaq; non dormiamus sicut ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte sunt ebrii. Quo loco non prohibetur ne fessis corporibus somnum concedamus, sed prohibetur ne tanquam securi hæreamus in peccatis, & ad verbum Domini imparati inveniamur. Hoc dicitur intelligi secundùm spiritum, non secundum literam. De Christo dictum est ex Psal. 91. Super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis leonem & Draconem. Hæc quoniam à Christo non leguntur sic, ut verba sonant, perfecta, per allegoriam interpretantur, quæ asserit his significatum, Quomodo Christus debellàrit Diabolum, mundum, peccatum, mortem: siquidem appositè cum aspide, Basilisco & Dracone, venenatis nocentissimisq; animantibus, hostes hi spirituales comparantur. David singulari certamine congreditur & vincit. Saul capitali odio persequitur Davidem. Aptè dixeris in priori

in priori historia doceri quomodo luctetur Spiritus cum carne, tandemque carnem superet divino munitus auxilio. In altera, quomodo caro semper rebellet atq; assiduè conetur opprimere Spiritum. Breviter. Quémadmodum ex fabulis Poeticis eruitur aliquid ad formandam vitam ac mores, vel ad explicandam rerum naturam utile, diversum ab eo quod simplici narratione fabulæ continebatur: Ita qui ex Scripturis colligere vult interpretationes, is primum attente intuebitur genuinam significationem verborum, verùm postea progredietur ulterius, atq; aliam quandã doctrinam spiritualem, accommodans ad illustrandam naturam fidei aut caritatis aut spei, ibidem latere commonstrabit.

Anagogica est, quando sic explicatur scripturæ sententia, ut discedendo aliquantum á simplici verborum significatione adnotetur aliquid de cœlesti gloria post hanc vitam exspectanda, aut de Mysterio Trinitatis, similibusve rebus arduis, ita nimirum ut à visibilibus transeatur ad invisibilia, ut ab aqua ad spiritũ, à speculo & ænigmate ad Dei claritatem. Item quod Apost. Coloss. 2. verba faciens de resurrectione nostra cum Christo exhortatur ad cœlestia tantùm consideranda, vitam quippe nostram & conversationé in cœlis esse. Si rectè expendemus, Anagoge planè convenit in allegoria, ꝙ ad artificium & explicandi formã attinet. Annon definitur Allegorica interpretatio, in qua simili modo dictum factumvè exponitur, novo vid. sensu allato, qui à verbis ipsis aliquantum sit remotus, sed ita ut de Christo aut Ecclesia, de lege aut Evangelio, de officiis fidei aut caritatis, similibusq; rebus sermo dissertatiove instituatur? Manifestum igitur fit, si ullum inter anagogen & allegoriam discrimen constitui debeat, nõ posse id observari, nisi ratione materiæ aliquo modo, ut nimirum anagoge intelligatur tractare quæ pertinent ad vitam futuram & res invisibiles; Allegoria verò res præsentis vitæ & sensibus expositas. Atqui ne Patres quidem studiosè distinxerunt inter Anagogen & allegoriam, ut Dionysius, Augustinus. Hieronymus tertiam interpretandi formam appellat intelligentiam spiritualem, sub hac vid: tanquam sub genere positas intelligens Allegoriam atque Anagogen. Idem ad illud Jesaiæ: Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Bos juxta anagogen, inquit, refertur ad Jsraël, qui legis portat jugum, & mundum est animal; asinus peccatorum mole prægravatus gentium populus accipitur. Per anagogen quod hic exposuit, quid aliud est quam per allegoriam tractatum esse.

Interpretarionis Grammaticæ phraseos pulcra formula est Dion: Lambini: *Quod tantundem valet, quantum si diceretur.* in 4 Eth. &, si interpretatio fiat κατὰ πόδα, ista; Id est, si verbum de verbo exprimas. Exempli Gr. ὅδε βωμολόχος ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, id est, si verbum de verbo exprimas, scurra ridiculo inferior est, Quod tantundem valet, quantum si diceret Philosophus: à ridiculo superatur.

Ψευδερμήνεια *falsa est interpretatio:*

Ἑρμῆς, *Hermes.*

Hermes 1 accipitur in Astronomia pro Planeta, qui Latinis est Mercurius.

2. In doctrina de Metallis Chymici argentum vivum vocant Mercurium:

M quia

quia sicut Mercurius ex sententia Astologorum influxu suo omnibus Planetis; sic argentum vivum omnibus metallis jungitur. Hæc igitur significatio est translatitia seu Metaphorica.

3. Poëta Hermetem interpretem Deorum faciunt & præfectum somno.

4. Logico dicitur κοινὸς ἑρμῆς, communis interpres.

5. Hermes est τελευταῖα πόσις, ein schlaff trunck. Sic ob: Giphan IC. in notis in Odyss. ex Athenæo lib. 1. Poll. lib. 8. c. 16. Ultimò libabant Mercurio ituri cubitum. Nam somni ajebant præsidem esse Mercurium: quare & ultimus haustus dici solet Mercurius seu Hermes.

6. Hermes seu Mercurius est ille, qui à magnitudine sapientiæ Trismegist⁹, id est, ter maximus elogio insigni nobilitatus est. Hic fertur dixisse, Deum esse circulum, cujus centrum ubiq;, περίφερεια verò nusquã. *Circulum* dixit, inquit Fons. ut summam Dei perfectionem significaret. *Habentem ubiq; centrum*, quia ubiq; totus est, vel à quovis spatii, in quo est, puncto lineæ in quamlibet partem protensæ dantur omnes sine medio æquales, i. e. infinitæ. Deniq; *Nusquam habentem circumferentiam*, quòd nullo termino ejus præsentia definiatur ac circumscribatur: Etsi Scal. dictum Trismegisti aliter recitat ex. 363. idemq; reprehendit. Idem ter maximus Hermes hoc scriptum reliquit de Deo: ἐν οὐρανῷ, ἐν γῇ, ἐν ἀέρι ἐν βυθῷ, ἐν παντὶ τοῦ κόσμου, ἐν παντὶ τοῦ παντὸς, τῷ ὄντι καὶ τῷ μὴ ὄντι. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν παντὶ ἐκείνῳ, ὃ οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἔστιν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε. Τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ.

7. Hermes etiam statuam Mercurialem significat. Sic Nizol: Hermæ g. masculino sunt Mercurii statuæ. Cic. utitur de Legibus & ad Attic.

Hermæum Coroneæ urbis Bæotiæ locus planissimus est, Mercurio sacer, in quo res venales proponebantur. Arist. utitur hac voce lib. 3. de motib. cap. it.

Ἔρως, amor.

Ἔρως id est, amor primum æquivocè & inæqualiter prædicatur; de licito ut virtutis, & turpi illicitoq; ut incesto; ut ἀνδρομανία: unde ἀνδρομανὴς. Euripides mulieres Spartanas appellat ἀνδρομανεῖς, quòd impudica suorum corporum nuditate multos ad furorem turpis amoris, & libidinis adigerent.

2. Scholasticis amor.
- Complacentiæ, velle alicui bonum, quod jam habet. Talis est congratulantium.
- Desiderii, actus voluntatis, quo volo alicui (mihi vel alteri) bonum absens.

Amorem complacentiæ sequitur gaudium, ut effectus. Desiderium, si adsit fiducia consecutionis, sequitur πάθος spei. Biel. libr. 3. distin. 27. quæst. ult.

3. Duplex amor est, unum genus oritur ex cognitione, & hanc sequitur: Alterum existit sine cognitione (merè Physicus.)

Sequens cognitionem est triplex: Divinarum mentium, humanæ rationis, & sensuum. (Per dichotomiam intellectus & sensuum. Intellectus vel divinarũ mentium, vel hominum, q. rationalis.) Amor beatarum mentium, eminentissimus est, quo se mutuo quasi amplectuntur, & per [illegible]

[illegible]

ἑνῶσιν connexumq; primi principii, seu ardentem cum Deo copulationē beantur. Hominum partim naturalis est, partim moralis. Naturalis amor sui ipsius. Moralis amor vel erga Deum, vel erga hominem, eumq; parem vel imparem, seu inæqualem, nempe amor inferioris erga superiorem, vel superioris erga inferiorem. Sensuum, qui est in appetēte tantùm facultate, est ferarum & jumētorum; potest dici animalis. Amor qui est expers cognitionis magis impropriè dictus est, tum is, qui unâ cum lite inter principia rerum generationis ab Empedocle numeratur. Tum natufuralis sympathia, ut cum dicimus, plantæ amant pluviam, & vitis amat ulmum. Hæc sympathia convenientia seu consensus naturæ est.

Ετέστιχα, Eteosticha.

Eteostichon est versus literis numerabilibus continens annum, (interdum etiam diem simul & mensem) facti, eventus, ætatis, vitæ, mortis alicujus. Literæ numerales sunt I. V. X. L. C. M. Annus 1572. & 9. Cal. Septembr. seu 24. Augusti, in quem incidit dies memoriæ Bartholomæi Apostoli, insignis est in hoc versu.

Bartholomeus flet, quia Francicus occubat Atlas.

Tunc enim dominus Amiralius Galliarum, Caspar Colignius seu Colinius perfidè occisus est, contra omnium gentium jura Parisiis.

In eadem laniena Parisiensi à conjuratione Pontificia in publica platea confossus est Duretus Medicus & Professor Regius.

JVngItVr oCCIsIs DVretVs VeCtVs aseLLo;

EXVLtant praVI; JVstVs In Orbe DoLet.

De Amiralio rursus.

FVsVs Vt est GVTTIsIIs nIMIs heV CoLLInGIVs Heros,

OCCVbVIt VIrtVs, VI sVperata IaCet.

Eteostica hæc sunt Magistri (Doctoris postea) Bartholomei Hubneri Erphordiani.

In his fuerunt felices Josephus à Pinu & Sebastianus Schefferus.

MatthIæ Donant VIrtVs & fata Coronas.

Hic versus Herm. Kirchn. Collegæ mei continet annum electionis & coronationis Matthiæ Imperatoris, qui est 1612.

Eteosticha igitur, aut sunt Monosticha, aut disticha, ut plurimum, ut distichon numerale, quo annus continetur crudelissimæ illius lanienæ, quæ facta Parisiis est hoc egregium: Theodor Bezæ.

Grata foret Gallis sua pax & sponsa Navarra.
Ni nece Collynea se scelerasset HyMen.

Annus Domini 1580.

O Deus oppressis sis gregis auxilium.

Anno 1567, (quo mortuus est fortissimus Heros Philippus Landgravius Hassiæ) urbs Gotha, & arx contigua Grimmenstein per deditionem commissariis Imperii & Electori Augusto una cum Duce Saxoniæ Johanne Friderico tradita est, & de proscriptis supplicium sumptum est, inter quos nobilis vir Grumbachius, & Cancellarius Pontanus.

De hoc Eteosticha sunt Ludovici Helmboldi Mulhusini quorum 1. innuit deditionis Diem Dominicam; Ego sum Pastor bonus, (Idus Aprilis seu 13. Aprilis)

Dies, mensis, annus.

Verba SVI qVæ non aVDIt ReCtorIs Vt eXIt?

FaVCe SVbaCta LVpI dILaCera:Vt oVIs.

Secundum hoc est.

Tela potestatI ContrarIa ponere prInCeps Capte tVa DIsCat Jan FrIDerIce fVga.

Dies, mensis, annus. Tertium.

Et DeCIes & ter LVX VIsa CaDebat AprILIs.
VICtor Vt AVgVstVs sIt Gotha VICtatVs.

Eteostich: per subtractionem posterioris versus à priori.

Annus emortualis Illustriss. Princ. Mauritij Fil. Hass. Land. &c.

MaVrItIVs CœLorVm aVra atqVe frVIsCItVr aVLa,
FLetIbVs VsqVe VDIs an LoCVs esse qVeat.

Ἐτυμολογία *Etymologia.*

In Grammatica Etymologia est ejus pars, quæ vocum naturā interpretatur in proprietatum adsignificationibus: qualis in nomine & verbo flexiones, in nomine genera, casus in verbo tempora & personæ. In logica est idem quod Notatio id est nominis interpretatio ex origine ipsius.

In Theolog: Augustino est idem quod Ætiologia. De Genesi ad literam imperfecto lib. 2. cap. 8. & ad Honoratū cap. 3. Quatuor modi à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ. Secundum historiam, secundū allegoriam, secundum analogiam, secundū Etymologiā. Historia est, cum sive divinitus, sive humanitus res humana cōmemoratur. Allegoria, cum figuratè dicta intelliguntur. Analogia, cū veteris & novi testamentorū congruentia demonstratur. Etymologia, cùm dictorum factorumq; causæ redduntur.

Εὐήθεια.

Τὸ εὐηθες seu εὐήθεια interdum est incautæ deceptuq; facilis probitas, quæ & simplicitas dicitur & ἀκακία i. e. innocentia, quæ malitiam non novit: futilitas. Interdum εὐήθεια est morum probitas. Plat. de Republ. Juvenes ὐ κακόηθεις, ἀλλ' εὐήθεις sunto, non maledici, sed simplices, & de omnibus bene existimantes. Εὐήθεια igitur media vox est. Verba Plat. in 3. de Rep. sunt ex vers. Serr. Orationis itaq; decor consonantia, venustas simplicem genuinamq; animi affectionem sequuntur, quam εὐήθειαν vocant quasi rectam commodamq; morum constitutionem, non eam quidem quam fatuitatem (ἄνοιαν) appellamus ὑποκοριζόμενοι (declinatione quadam vocis) hominis videlicet minimè mali mores, quasi ipsa illa sit vera morum integritas atq; simplicitas, sed modò designamus εὐηθείας vocabulo animi statum hujusmodi, qui verè & præclarè moribus sit constitutus.

Εὐήθεια:
- Platonica. Recta morum constitutio.
- Aristotelica. Stultitia, Fatuitas. Talis fuit Psyllorum, qui armis contra Austrum regioni suæ infestum profecti arenis obruti fuerunt. Herod. lib. 4.

Εὐηθὲς argumentum Arist. 8. Top. est argumen-

gumentum κενὸν futile, è trivio arreptum, inane. Ἐυηθὴς λόγος, ἐυήθεια λόγου est inanitas, κενότης, futilitas probationis.

Ἐυθυῤῥήμων.

Ἐυθυῤῥήμων est, qui rectè loquitur. Loquitur autem rectè non tantùm qui propriè, sed etiam qui impropriè loquitur. Non igitur sequitur: In Testamento non est usus ubiq; propriis verbis seu proprio sermone: E. non est Ἐυθυῤῥήμων.

Ευλάβεια.

Ευλάβεια est studium cavendi. Utitur hac voce Aristot. 4. Ethic. c. 3. Ευλάβεια τῶν αἰσχρῶν, id est studium cavendarum rerum turpium, cum quis veretur, ne quid in se admittat turpitudinis. Lambinus reprehendit hic Perionium, quod vertit fugam turpium voluptatum: Etsi interdum fugam significet & vitationem 2. est cautio ipsa; Ita Stoici definiunt ἐυλάβειαν ἔυλογον ἔγκλισιν κακῶ, id est, declinationem mali cum ratione. Vide vocem Cautio.

Ευλογία.

Ευλογία 1. est bona oratio apud Plat: ἐυφημία, benedictio vel salutatio, seu votum vel sanctificatio.

2. Donum seu munus è liberalitate seu munificentia alicujus profectum.

3. ἐυχαριστία, gratiarum actio vel laudatio.

4. In sacris præterea significat beatitatem veram, in Christo sanctis repositam exhibitamq;. Hoc est quod præceptor olim noster (ὁ μακαρίτης) M. Bergius docebat, Benedicendi seu ἐυλογίας verbo propriè significari benevolentem precationem seu salutationem seu votum, atq; hoc multis locis ita adhiberi, ut cum plenitudine (Ampliationem vocant Scholast:) accipiendum sit, puta intelligendo etiam effectum seu eventum, qui sequi debet faustam comprecationem, beatitatem videlicet.

1. Cor. 10. Τὸ ποτήριον ἐυλογίας ὃ ἐυλογοῦμεν, i.e. poculum doni seu muneris, quo è divina liberalitate donamur. Appositivè igitur intell. munus, quod in sacro illo convictu nobis tribuitur: vel munus, quod ita sumimus, tanquam divinitus in eo ditati corporalibus & cœlestibus benedictionibus: sic Fulgentius. Vetus Ecclesia addidit epitheton μυστικὴ, ut intelligatur Spiritualis alimonia & pastus is, qui est ad vitam æternam quem in eapercipiant verè fideles soli, cum quibus habent communem participationem ἐυλογίας hujus etiam impii hypocritæ, sed non nisi quoad externam rem, non autem quoad verum & proprium ejus effectum. Ποτήριον ἐυλογίας etiam intelligi potest poculum Gratiarũ actionis vel sanctificationis, quia ministri gratias Deo agendis illud sanctificant seu sancto usui destinant. Quod dicitur à Scholast: Benedicere illud, phrasi Hebr. In Genesi, Benedixit Deus diem septimum, i.e. sanctificavit, ad sanctum usum ordinavit & instituit. Vel poculum ἐυλογίας, quo benedicimus Deo, est poculum, quo gratias agimus Deo pro beneficiis ejus, eumq; laudamus & veneramur. Hoc fit in Cœna S. quæ Eucharistia dicitur, cum manducatione ἡγιασμένου panis & ἡγιασμένου vini haustu memoriæ salutaris passionis & sacrificii Dominici recentatur.

Benedicere (ἐυλογεῖν) homini alicui est ei bene precari, benedictionem seu beneficentiam Dei exoptare. Aliud igitur est Deo benedicere, aliud Homini.

Vides quantam utilitatem secum afferat ad rei intelligentiam λέξεως in scriptis Apostolicis explicatio. Πέρλζμα. Interdum igitur εὐλογία & εὐφημία sunt idem.

Εὐφημισμὸς etiam dicitur, cum pro insuavi verbo utimur suavi: ut somnus pro morte.

Εὐνοῦχος.

Eunuchus 1. lecti custos est seu cubicularius, sic dictus, quòd εὐνὴν, i. e. cubiculū ἔχει. i. e. servat. Sic etiā fœminæ hæc appellatio convenit, sicut legimus quendam regem Lydorum fœminis Enuchis, i. e. cubiculariis usum fuisse.

2. Speciatim Eunuchus est exectus, seu vir non vir, (ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ) quales solebant esse cubicularii.

Εὐπορία.

1. Εὐπορία copia est, sive ea sit rerum sive verborum.

2. Κατ' ἐξοχὴν Græci εὐπορίαν nominant copiam rerum.

3. Hæc Philologis & oratoribus est facultas, qua brevis sententia augetur & quasi locupletatur.

Ad hanc pertinent argumenta Logica (quæ hîc à multis vocantur Figuræ amplificationis,) ut definitio, notatio, partitio, causæ, effecta, adjuncta, antecedentia, consequentia, Exempla, similia.

Εὐφημία.

Εὐφημία est bonum omen vel fausta apprecatio. Hinc εὐφημισμὸς, boni ominis captatio. Ejus formulæ sunt: Quod Deus prohibeat, apud Terent. Si evenerit (quod Dii prohibeant) discessi. Sic Poetæ: Procul omen abesto. Nullum sit in omine pondus, Dii melius. Dii meliora ferant. Procul ô procul omina pellant Talia Dii. Omina re careant. Ovid. Formulæ hæ Abominandi dicuntur.

Κατ' ἐξοχὴν εὐφημία est pura, casta, pia precatio. De Euphemia hac locus planè aureus est apud Platon. in Alcib. 2. cujus summa hæc est: Summæ est & infelicis audaciæ atque verecordiæ, Deum velle sacrificiis & cæteris ritibus externis sibi conciliare, & eo nomine gratiam illius demereri. Quod Lacedæmoniorum & Atheniensium contrariis exemplis perspicitur, quorum illi brevi quidem precatione, nullo ceremoniarum apparatu utentes, feliciter tamen rem gerebant: hi veró cum in ceremoniis & omni divini cultus apparatui nihil vel sumptui vel labori parcentes, adversa tamen fortuna utebantur, cujus rei causam cum ab oraculis sciscitarentur, hoc acceperunt à Deo responsum, se malle & sibi jucundiorem esse εὐφημίαν Lacedæmoniorum, quàm omnia Græcorum ἱερὰ (sacrificia). Et: Grave indignumque esset, si Dii ad nostra dona atque sacrificia respicerent, non autem ad animum, si quis pius & justus nimirum sit multò potius; (arbitror) quam ad opiparas has pompas atque hostias, quas nihil prohibet, quo minus vel privatus homo vel etiam Respub. si quibus se sceleribus obstrinxerint, illata innocentibus injuria, quotannis exolvant. Et: Deus non exigit ab hominibus munera & sacrificia. Sed animos puros, & pietate ac justitia ornatos. σεμνολόγημα γνωμικόν. Pii & justi animi preces sunt jucundæ Deo εὐφημίαι, licet absint ceremoniarum apparatus.

Hæc sunt pura & integra principia naturalis lucis: sunt scintillæ primigeniæ veritatis.

Ephe-

Ephemeris, Ephemerides.

1. Ephemeris sunt tabellæ & canones, in quibus totius anni dies singuli & nominib⁹ suis insigniti ad scripta exhibent vera loca & configurationes, planetarum insignium stellarum ortus obitusq;, Eclipses, quibus quidã addunt astrologicas prædictiones, de aëris ac cœli constitutione ac temperie, de bellorum pestilentiæ & aliorum eventuum in vita significationibus, latinè Diarium, aliàs Calendarium, ab ἐπὶ & ἡμέρα. Sic Astronomi accipiunt. Hinc extitit sequens definitio.

Ephemerides astronomicæ sunt tabulæ quæ ad certa tempora suis limitibus & notis definita in numeris exibent singulorum planetarum motus cùm in longum, tum in latum planetarumque Syzygias, aliasq;, quæ astronomica & astrologica ratione in cœlo considerari solent, passiones ad singulos mensium civilium dies. Latinis Diaria & Calendaria.

2. Ephemeris *in Politicis* est liber, quo acta per singulos dies notantur. Aliàs adversaria.

EPHEMERIS PYTHAGORICA.

QUAM PRINCEPS PHILosophorum sectatoribus suis tradidisse perhibetur per hæc Aurea-Carmina: quorum prima duo, ignota vulgò, ex Malchi *libello MSC.* De vita Pythagoræ *eruta nunc primùm proferuntur. Meminit ex parte etiam* Cicero *Catone Majore.*

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστὰς

Εὖ μάλα πιπνύειν, ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πρὸς δέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο. χρηστὰ δὲ τέρπευ.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα. Τούτων χρὴ ἐρᾶν σε.
Ταῦτά σε τῆς θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

INTERPRETATIO Græcorum versibus Latinis.

E somno primùm evigilans cùm strata relinquis,
Disponas animo luce expedienda futurâ.
Cumq; adimit rebus veniens nox atra colorem,
Non debes oculis prius indulgere quietem,
Elapsi quàm ter repetas animo acta diei:
Quid feci secus ac debebam? quidvé patravi?
Officij quánam pars est neglecta mihi in re?
Incipiensq; à primo, ita progredere ordine ad imum:
Tum lætare bonis contraq; dole malè factis.
Hæc age, in his studium pone: horum tangere amore.
Hæc dia te in virtutis vestigia ponent.

Ἔχειν.

Ἔχειν est habere, præditum esse, participem esse alicuj⁹, *vel propriè & in se ipso* (κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ) vel πῶς (aliquo modo) *& in alio seu extra se.* Distinctionem hanc sumo ex Aristotelis Ethicis lib. 1. cap. ult. ubi partem animæ λογικὴν facit duplicẽ: unam, quæ ha-

habeat rationem propriè, & per se seu per essentiam (Barbariusculi dicunt De se, De sua natura.) Alteram impropriè & in alio: ut ὀρεκτικὸν, vis appetens. Ex hoc loco sic fortasse aliquis objiciat. Pars animi intellectiva realiter communicat rationem cũ parte appetitiva, Ergo propria unius subjecti realiter cõmunicari possunt. Sed negandum est antecedens. Nam Aristoteles quodãmodo participem rationis dicit partem appetentem, non ex eo, quòd habeat seu suscipiat rationem in se, ut fiat rationalis (ita enim mutaret naturam & essentiam suam): sed quòd sicut filius obtemperans prudentiæ & consilio patris dicitur quoquomodo particeps prudentiæ ejus, & cæcus, qui videntem ducem sequitur, dicitur quoquomodo particeps visus: Sic appetitus sensitivus particeps fit rationis ex eo quòd cedit & obedit rationi.

Ἔχειν Græci usurpant etiam pro dispositum seu affectum esse: ut τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα, secundum naturam se habentia benè disposita affective, integra: quib⁹ opponuntur διεφθαρμένα, corrupta, prave se habentia, quæ sunt præter naturam, quæ à natura sua recedunt (. Hæc enim omnia accipiuntur ἐκ παραλλήλου.) Vide 1. Pol. Arist. text, 48.

Ἔχειν etiam est continere, & regere. Substantia non habet simpliciter accidentia, sed ita, ut substantia etiam contineantur accidentia, quia fluunt ab ea. Anima & habet materiam & continet, ut sit unum, & regit. Scal. Ex. 308. sect. ult.

LITERA. Z.

Ζῆλος.

Ζῆλος aliter usurpant antiqui, aliter novi scriptores. Antiqui pro æmulatione, quam Stoici ἀφορμήζειν, Ægritudo, si eo, quod concupierit alius, potiatur, ipse careat Novi, ut Ludovicus Vives, pro affectu ex amore & ira; Cum irascimur ei, quẽ amam⁹, si ab eo læsi sumus, aut à quo læditur id, quod amamus. In S. S. vox est ἀδιάφορος. Nam in epist. ad Hebræos inter opera carnis numeratur, in epistol: verò ad Corinth. Dei Zelus dicitur; Sic Ζηλώτης seu æmulus; in bonam & in malam partem accipitur. Significat enim & invidum & imitatorem bonorum.

Ζηλοτυπία.

Ζηλοτυπία est ζῆλε τύπος species odii. Nam Zelotypus in metu est, ne fruatur rivalis, unde nascitur odium. Scaliger definit suspicionem alienæ autem tractationis vel fruitionis. Dici & sic potest: Zelotypia est affectus, quo metuimus, ne de amatæ rei possessione exturbemur. Recentiores, ut Vives, Zelotypiam dicunt esse Zelum de forma, & faciunt eam speciem invidentiæ; ne quis forma, quam amamus, fruatur. Improbat hoc Scaliger duplici argumento: 1. Quod τύπος non significet pulchritudinem, sed figuram, modulum, formulam, vestigium. 2. Quod Zelotypia etiam sit de fama, ut inter Poëtas, quod Aristotel. 3. Rhetoric. approbat.

Ζήτησις.

Ζήτησις est actio animæ interna, nempe investigatio, qua quærimus in theoricis quidem veritatem, in practicis verò καλὸν, id est, id quod est bonum & honestũ. Ζήτησις igitur est theorica vel Practica; Theorica, vel per se aliquid invenire conatur, & dicitur

tur εὕρεσις, id est inventio, vel versatur in aliorũ inventis & scriptis meditando, legendo, retexendo, & hæc dicitur autorum Analysis. Practica verò indagat, quid agendum sit à nobis vel aliis, & dicitur βούλευσις (consultatio) atq; etiam, si quid agendum sit constiterit. Προαίρεσις (electio seu prælectio): vel id, quod jam ab aliis factum est, rectene an secus factum sit, perpendit, & vocatur κρίσις (judiciũ). Distincta est ζητήσεως πρᾶξις quippe externa operatio: Ac γένεσις dicitur, quæ vel est θεωρητικὴ (docens) vel πρακτικὴ (consilio capto actionem aggrediens.)

Συζήτησις est disceptatio, quæ constat interrogatione & responsione. Mutua igitur est, ac potest dici mutua inquisitio.

Ζωή.

Ζωὴ & βίος differunt: Ζωὴ vita ad animæ potentias refertur. Sunt autem genera vitarum prima, intellectuale, sensuale, vegetale. Βίος verò respicit victum. Itaq; Theodorus in libr. de animal. aliquando βίον vertit victum, & ab Aristot. in 1. & 8. histor. animal. aliisq; scriptoribus accipitur pro modo vivendi: Sic accipit Aristot. etiam 1. politic tex. 78. ubi inquit, βίοι πολλοὶ καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσίν, vitæ multæ sunt & animalium & hominum. Non enim possibile est ζῆν ἄνευ τροφῆς vivere sine alimento. Quare differentiæ alimenti differentes fecerunt animalium βίους, id est vitas. Ad hunc locum Montecatinus Pro speciebus pecuniariæ alimentariæ substituit vitas, Græcè τοὺς βίους, id est, modos & differentias vivendi, ut victum respiciunt, non ut vires animæ; quales sanè modi sunt, in sicco degens vel in humido, & aerem recipiens vel aquam, affixum petris vel absolutum solitariũ aut gregale, & reliqua ejusdem formæ.

Sic dicimus: βίος Scholasticus, Monasticus, Politicus, qui in voluptatibus perfruendis consumitur, Græcè ἀπολαυστικός (voluptuarius) Vide 1. Ethic. Aristotel.

Ζώνη.

Ζώνη primum est cingulum, fascia, cinctus. Deinde per Metonomiam est pars corporis, quæ cingitur. Tertiò Erasmus Roterod. c. 11. Evangel. Matth. Zonam pro crumena interpretatur. Quartò in doctrina Geographica Metaphoricè Zona est spacium cœli vel terræ, comprehensum vel inter ambos tropicos, vel inter alterutrum tropicum & polarem vicinum, vel inter polarem alterutrum & polum mundi.

Sic dicta, quia cœlum terramve ambiendo quasi cingit. Estq; 1. Magis propriè dicta vel minus.

Magis proprie dictæ sunt, Torrida una & duæ temperatæ. Minus, duæ frigidæ; hæ enim terram non cingunt, sed partes ejus duas extremas, velut pilei, tegunt.

2. Zona est terrestris vel cœlestis. Terrestrem primò nomino, quia principaliter terram in Zonas seu plagas (fascias orbis terræ vocat Martianus Capella) distinguunt, quatenus certis circulis cœlestibus subjacet, & in ea qualitas aëris variatur. Itaq; Zona est commune analogũ seu ad unum. Cœlestium Zonarum causa est radius solis in subjectum terram incidens diversimodè. Quintò Zona per Synecdochen accipitur pro cingulo Virginali seu sponsæ virginis, quod olim erat laneum seu ex ovis lana textum & innodatum, quod præter

maritum nemo poterat solvete: Quo denotabatur, ipsos conjugatos debere perpetuo nodo esse connexos, ut ait Pancirollus. Alii tamen scribunt, pronubam seu promnestriam Zonam illam solvete, proindeq; Dianæ Cinxiæ dicare solitam.

Ζῶον.

Ζῶον Aristotel. interdum accipit per Synecdochen pro animali bruto, & opponitur τῷ ἀνθρώπῳ 1. Politic. text. 78. Ζώδια modò sunt parva animalia, modò signa Zodiaci. Ζωοφόρος est circulus signifer seu Zodiacus vel feretrum: Ζωόφυτα sunt plantanima vel plantanimalia, quæ naturam neq; animalium, neque plantarum, sed tertiam ex utrisque habent: Ut spongia. Talis est, herba pudica: Nam rerum accessum videtur sensu percipere, cũ ramos constringat homine aut animali appropinquante, recedentibus verò pandat. vid. Scalig. exer. 181. sect. 28. Arbori huic affinis videtur Herba Æschynomene, quia admotam manum foliorum contractione refugit.

Ζώπυρ.

Ζώπυρ vox est à ζωὴ & πῦρ. Aristot. libr. 4. de cœlo, & Schegkius in prædicam. Aristot. ut Elementa possint loci perfectionem acquirere motu, & retinere quiete, natura eis tanquam ζώπυρ quoddam, animæ instar, levitatem & gravitatem ingeneravit.

Litera. H.

Ηθοποιία.

Ηθοποιία 1. est morum fictio seu expressio 2. est singulare quoddam dicendi genus quo mores ii personæ alicui tribuuntur, quos illa propriè in se non habet, ut cum mores Deo fictione quadam tribuuntur, qui nobis noti quidem & usitati sunt, ab ipso autem reveta sic non usurpantur, interim v. ipsius majestatem & administrationem nobis evidentius ob oculos ponere consueverunt, ex gr. Visiones & revelationes Prophetis olim oblatæ sunt, quibus Deum in throno cœlesti sedentem conspexerunt. Hoc ipsum est Ethopœa: alioquin nec Deũ nec thtonum Dei aliquis vidit mortalium 3. Regum. 22. Regum & Principum mores ritusque, quos illi in consiliis & legatorum amandatione observare solent Deo petfictionem hujusmodi tribuuntur: ut nimirum consilio cum angelis suis inito de Achabi interitu consultarit. Atqui angelorum consiliis Deo nequaquam opus est, sed omnia scientiæ ipsius & cognitioni semper præsentia obversantur, omnia quoq; potentiæ & virtuti ipsius sponte subiiciuntur & patent. Interim tamen propter ingenii nostri tarditatem hujusmodi Ethopœiæ in scripturis nobis proponuntur. Genes. 1. Deus hujusmodi verbis de hominis creatione consultat. Faciamus hominẽ &c. Atqui Deus diutinæ meditationis & consilii non indiget: Interim in scripturis instar magni alicujus principis consultare introducitur & singula expendete. Ad eundem modum Ethopœiam agnoscimus illud: Exivi à patre & veni in mundum Joh. 16. & Filius hominis seu filius Dei de cœlo descendit. Non enim hæc verba eo torqueri debẽt, ut Dei filiũ patrem deteliquisse dicamus vel se ipso minorem esse factum (æternus enim Deus est quem ubiq; præsentem esse oportet, qui etiam minor [illegible] dici nequit), sed Christum [illegible] nobis [illegible] dice[illegible] [illegible]

nem observando nobis ad ministrationis sunt mysterium evidentius depingere conatur. Unde de cœlo descendisse & à patre exivisse humano more dicitur, pro eo quod est, In terris hisce humanā naturam assumpsit. Ex his apparet, Ethopœiam esse speciem Ἀνθρωποπαθείας.

3. Ethopœia est cum orationem alicujus fingimus, ex qua virtutes vitiave ejus eluceant. Consule Oratores.

Ἥρωες *Heros.*

Heros est qui virtutibus supra communem hominum consuetudinem facultatem ac captum excellentissimus est Ein wunderman. Videtur dictus ab αἱρεῖσθαι eligere, quasi ᾑρημένος τις κατ' ἀρετὴν selectus quidam & præstans secundùm virtutem homo, quæ virtus dicitur Heroica ἡρωικὴ, ἡ ὑπὲρ ἡμᾶς, humanæ opposita. Poetis Heroes sunt qui ex Deo & mortali sunt prognati. Quidam inter Semideum & Heroem sic distinguit: Homo, inquit, medius est inter bruta & Deos: Quòd si igitur supra naturā suam elatus, Deum imitatur tàm agendo quàm contemplando, quatenus Deo similis quodammodò efficitur, θεῖος, divinus, ἀντίθεος, & ἡμίθεος dicitur. (Lacônes eum σεῖον ἄνδρα vocant Arist. lib. 7. de morib. cap. 1.) Quatenus verò Deus non est, sed homo manet, Heros appellatur, mediæ scilicet naturæ inter naturam divinam & humanam. Hoc ipsum Poetæ sub fabularum involutus intellexerunt. Vide Theod. Zuingerum in scholiis, quibus facem prætulit Ethicis Aristotelis, & refer huc sententiam Græcam: ὁ διαφέρων ἐξόχως ἀρετῇ τῶν ἄλλων, ἐστιν ὥσπερ θεὸς ἐν ἀνθρώποις: qui alios multum longèque superat virtute, est instar Dei inter homines. Idē Zuing: beatitudinem distinguit in humanam & Heroicam seu divinam: de qua Plato ferè Christianè Augustum Cicero Junonium puerum dixit tanquam Junone procreatum. Plato in Cratylo ait Heroas omnes ex Deorum amore erga mulieres virorum erga Deas fuisse genitos & nomen accepisse ἀπὸ τοῦ ἔρωτος ab amore.

Ἤθη

Ἤθη sunt mores (ἦθος mos) vide Ethicos

Ἤθη sunt vel propriè dicta, vel impropriè.

Propriè dicta, quæ ratione formari possunt, sunt Interna, vel Externa.

Interna sunt Naturalia vel acquisita assuetudine. Naturalia, quæ conveniunt nobis per naturam: suntq; vel cōmunia universæ speciei, vel singulorum propria. Acquisita sunt 1. inconstantia, & sunt Διαθέσεις (dispositiones seu affectiones) vel constantia perfectaque, & imperfecta, nempe ἕξεις, id est habitus. 2. Bona, ut virtus, Mala, ut vitium: Κατ' ἐξοχὴν tamen per ἤθη sæpè boni tantum significantur mores: Externa sunt actiones ex interno more ortæ: Suntq; vel habitum præcurrentia vel sequentia. Ἦθος impropriè dictum est bestiarum, ut jumentorum & ferarum. Sic Latinè vivere more seu ritu pecudum. In Ethicis & oratoria ἤθη accipiuntur pro affectibus mitioribus; πάθη pro perturbationibus seu motibus animi vehementioribus.

Ἠθοποιΐα vel ἠθολογία est morum affectuumq; cujusq; personæ effictio; De qua vide Rhetores.

Ἠχὼ Echo.

Echo significat primum resonantiam quamlibet, ut aer percussus & fractus semper refringitur, & ut in luce, ita

etiam in sono semper fit refractio seu resonantia, absq; qua si esset nemo posset se ipsum audire.

2. Sed est quædam eximia sonorum refractio seu resonantia, quæ Græcis ἠχὼ est κατ' ἐξοχὴν, quando aer is qui sono afficitur unitus constat & permanet (ὁ εἷς καὶ ὑπομένων) continetur autem vasculi aut loci ratione, qui motum & conclusum prohibet egredi & dissipari; Ideò sic resultat sonus sicut sphæra,& ad unam plagam multæ redduntur, ut de cameratis cavis in pyramidibus Ægyptiacis, unam vocem quater aut quinquies repercussam, scribitur. Hæc igitur insignis resonantia non potest fieri nisi contento aere ne dissipetur, ad quam rem certa locorum proprietas requiritur.

Echo autem extrema soni refert, quia virtus reflexa & refracta est infirmior directâ.

3. Certum genus carminis Echo dicitur ut;

Cantor vult vino sua guttura sæpe lavare:
Fa re Thalia,melos & modulare,la re.

Et quidem hæc dicitur Echo Musica.

Hujus loci hæc quoque sunt

Quam breve mortali spatium decurritur ævi!
Vi prisci sceleris mors sua cuiq; venit.
Quid faciam,mundi quando ultima venerit hora?
Ora:nunc mihi,sis Christe levamen.Amen
Nympha refer, quæ sit vox hæc clamantis? amantis
Quis locus ille virûm, quem jam quæremus? eremus.
Hocne loco vates consuevit vivere? verè.

Tales versus etiam dicuntur sonorifici cum pars extrema dictionis reperitur in altera. Ausonius.

Exercet mentes fraternas grata malis lis.

LITERA. Θ.

Θανατᾶν.

θανατόω est proprie mortem oppeto, morti me obiicio.

Apud Platonem in Phædone & 10. de Rep. sumptum ἀμεταβάτως significat letalem seu morti obnoxiam cõditionem. Ita Philosophi dicuntur θανατᾷν, i. e. in morte versari quodammodo. Hæc est Philosophica νέκρωσις. Sic Paul. Apóst. θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, Occidimur, i. e. mortis periculum quotidiè nobis impendet & ob oculos versatur.

θανατόω in Evangelio Matth. est mortem affero seu interficio,

Θάλασσα.

Θάλασσα propriè quidem mare est: sed & aliquando accipitur pro omnibus aquis in quibus navigatur. Sic ἐμπορία κατὰ θάλατταν dicitur mercatura maritima. Aliàs ναυκληρία (navicularia)& χρηματιστικὸν περὶ θάλατταν 4.Polit,cap.4. Aristoteles. Non auté solum mari sed etiam fluminibus naves aguntur mercesq; importantur & exportantur. Accipitur & θάλασσα pro salsa aqua qualibet sive sit naturalis sive artificiosa. Dioscorid:

Θεάτρον.

Θεάτρον est locus spectabilis in quo orationes & conciones habentur & spectacula (ut scenici ludi) eduntur.

Theatri Schema Romæ fuit figura semicirculi in cornua productí. Amphitheatrum ex duobus theatris est compositum, id est, si duorum theatrorum cornua coirent in circulum, amphitheatrum constituebant. Mun di Am-

di Amphitheatrum dicitur ſyſtema hoc cœli & terræ.

Amphitheatra etiam caveas & Arenas dici annotavit Lipſius in hiſtoria & antiquitate rerum Scriptor θεατὸς (ſpectabilis).

Eſt hinc ἐκθεατρίζειν, quod verbum eſt μέσον, accipitur enim in bonam partem pro publicare ſeu evulgare à Polybio. In malam pro explodere, ejicere è theatro, ab aliis.

Θέλων.

Θέλων interdum opponitur Invito Nolenti. Interdum idem pollet, quod ſtudio, data opera, affectatè ἐθελόδουλος. Eſt qui vult eſſe ſervus.

Θέμις.

Θέμις Ariſtoteli eſt decens, πρέπον vel jus. Platoni fas θεμιτὸν θεμιτὸν φάναι ſeu εἰπεῖν, fas dictu Poætæ faciunt Themin Deam honeſti.

Θεολογία.

Theologia ſeu θεολογικὴ eſt prima ſeu divina Philoſophia, quæ ſpeculatur eſſentiam inviſibilem. Ariſt. 10. Metaph.

Platonicis Theologia eſt,
- Μυστικὴ, Συμβολικὴ.
- Τελεστικὴ, quæ velut Sacramētis eſt implicita.
- Φιλόσοφος, κατανοητικὴ, θεωρητικὴ, contemplatrix rerum divinarum, ἀποδεικτικὴ, γνωριμωτέρα & ἐμφανής. Lion,

De hac illi differunt καθόσον ἐφικτὸν, quā poteſt fieri maximè.

Nobis, qui ſumus ſanctis Scripturis eruditi, à Spiritu Chriſti illuſtrati. Theologia eſt ſapientia divinorum, perfectè erudiens nos ad ſalutem. Eſt ſapientiam beatitudinem cœleſtem conſequendi.

Θέσις.

Theſis interdum opponitur hypotheſi ut genus ſpeciei.

Interdum τῇ φύσει, id eſt naturæ, ut cum dico jus naturæ, & jus poſitivum, ſeu poſitum. Interdum theſis eſt, παράδοξον, id eſt, mirabilis ſententia, ut cum Meliſſus dixit omnia eſt ἕν, Heraclitus, nihil eſſe immobile, ſic accipit Ariſt. libro 1. Ethic. Nicom. cap. 5.

Theoria θεωρία.

Theoria accipitur generaliter & ſpecialiter. Generaliter pro contemplatione, ſpeculatione, conſideratione: Eſtq; primò conceptuum vel rerum: ſecundo univerſalium vel ſingularium. Specialiter pro inſpectione vel obſervatione rerum divinarum, ut ex ἀναγωγῆ, Budæus.

Theoricum ſeu theoreticum aliquid dicitur, vel à cognitionis rerum vel conceptuum forma, vel à fine.

Theoria in univerſum habitus Philoſophicos omnes ſuo ambitu complectitur, tanquam forma quædam cognitionis rerum à Theorematibus hoc eſt, ab univerſalibus præceptis nomen ducens. Ac reſpectu finis quotquot ex habitibus Philoſophicis veri cognitionem perſequuntur, *generis appellatione ad ſpeciem excellentiſſimā translata,* Theorici denominantur. Qui vero ad boni poſſeſſionem cum actione externa junctam adſpirant, differentiæ causâ practici nuncupantur. Horum ſinguli ſuis conſtant certis theorematis univerſalibus, ſuis itidem ſingularibus exemplis. Experientia enim ſingulari.. obſervat, ratio ideas

 colli-

colligit, memoria, easdem conservat & vicissim memoria Ideas depromit, (est enim tanquam cond' & promus) ratio suam habet praxin, id est exercitationem singularium; Ita praxis suam theoriam seu cognitionem universalium; *denominatione semper ab excellentiore facta.* Theod. Zuing. in Theatro. Differt autem à θεωρητῷ. Theoreticum est contemplativum, ut loquitur Seneca θεωρητὸν verò est, quod sub contemplationem seu considerationem cadit, illud igitur activè, hoc passivè significat θεωρία, γνῶσις, cognitio, contemplatio, ἐκ παράλληλα sæpè accipiuntur, & opponuntur χρήσει & ἐμπειρίᾳ 1. Pol. Arist.

Θήκη.

Θήκη generaliter est, in quo aliquid conditur seu reponitur. A Platone in de leg: usurpatur pro loculo seu sepulcro. 18. cap. Joh accipitur pro vagina, qui Homero est κολεὸς. Ἑλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. Iliad. α, strinxit, eduxit, extraxit è vagina gladium magnum.

Θιγγάνειν.

Aristoteleorum in Physicis est τῷ θιγγάνειν, hoc est tangendo, seu contactu vel mediato vel immediato

Forma Physica nullam vim obtinet ad agendum ἄνευ τοῦ θιγγάνειν & sine instrumento corporeo, Anima sine informatione corporis Organici, ideoque ἄνευ τοῦ θιγγάνειν nullam habet vim ad agendum, ut absq; ventriculo cibum non conficit, absq; venis non alterat chylum, absq. partibus similibus sanguineum humorem non mutat in εἶδ@ simile particulæ nutriendæ. Mens νοῦς τῷ θιγγάνειν, Id est: Etsi mens nullum informet corporeum instrumentum, nihilominus tamen adminiculo consortioque facultatis sentientis & vita corporea subnixa, architectari solet noëmata.

Θυμέλη.

Θυμέλη 1. est scenæ pars illa, in qua sunt thymelici 2. est mulier quædam saltans, histrionicam exercens, Mulieres n. mimas in scenicis ludis esse adhibitas colligitur ex hoc Martialis. Qua Thymelen spectas derisoremq; latinum &c.

Thymelici sunt cytharedi, Psaltæ, lyrici, tibicines in scena dispositi ut spectatorum aures demulcerent. Fit eorum mentio apud Ulpianum in l. Athletas 4. ff. de his qui not: infam:

Τὸ Θυμικόν.

Τὸ θυμικὸν Platoni est commotionum animi pars: nominatur à præcipuo affectu κατ' ἐξοχὴν. θυμὸς enim est irarum ardor, quo sanguis circa cor incipit ebullire (etsi à Polluce quoq; accipiatur pro glandulosa parte capitis) Plato illud in pectore collocat. Cor n. & in hominum genere, & in brutis est sedes officina & autor affectuum; Cujus rei inter cetera argumenta hæc quoq, esse possunt, quod lætitia, & mœror nonnunquam subito extinguunt. Nam extant narrationes historicæ de quibusdam, qui gaudio mortui sunt. Cum n. animi contentio in commentando, quæ cerebri opus habetur, insaniam potius, quam mortem, aut subitam saltem mortem non afferat, consentaneum est, non in cerebro sed in eo loco hos fieri, in quo vitæ præcipua sedes.

2. Cor præcipuè in affectibus affici, etiam pulsus docent, qui in his evidenter admodum mutantur, ut cognoscere licet in iratis, timentibus animantibus. Quod autem & iram & amo-

morem & invidiam Poëtæ & alii locis subter præcordia tribuere videntur id explicationis commoditate sanari potest, ut amoris mentione accipiamus nō cordis motum, sed appetitionem, sed generationis cupiditatem, quæ est ex eo genere, quo fames & sitis id est, naturalis & ἀκέσιος quidam motus, quē ratio non opprimit. In ira autem, ut rubrę bilis inflammatio, ita flavæ effusio fit. Et Epar etiam, atq; intestina hoc motu iracundiæ & fellis effusione affici & dolor docet, qui in illis locis tum existit, & nonnunquam excrementorum non voluntaria dejectio. Ita de atræbilis effusione in aliis affectibus suspicari possumus.

Sed hic oboritur dubium:

Posito concessoq;, notitiam esse in capite, quomodo in affectibus cor à notitiis affici potest? Propter sympathiam hoc fieri cordis & cerebri, respondendum est. Hæc autem responsio perspicue explicatur in voce Sympathia. Eam Vide.

Thorax, Θώραξ.

Thorax 1. in doctrina Anatomica, est ea pars corporis, quæ complectitur humeros, pectus & scapulas, ad præcordia, seu septum transversum usque, quanquam Aristoteli de mundo dicitur ea pars, quæ à collo ad pudenda usq; tendit, distincta à stomacho & alvo. Sic quoq; Plato per thoracē intelligit totum truncum, seu totā anteriorem corporis partem, à jugulo usq; ad pubem. Plato igitur Epar in thorace collocat, quod est extra præcordia, sub chondro tamen ut costis succingatur, cum Galenus ad præcordia defin[illegible] thoracem [illegible].

2. Accipitur pro [illegible] partes mu[illegible] θωρηχίτης, [illegible] [illegible]mes, scientatius, [illegible].

3. Usus vocis est Geographicus. Strabo enim lib. 14. Geographiæ scribit fluvium esse letheum vicinum Libybus Hesperiis, hinc nomē Thorax, in quo fama est Daphidam Grammaticum σταυρωθέντα, id est, cruci affixum fuisse, quod κακολόγω id est, maledico carmine reges incessivisset, undè dictum illud manavit in vulgus, ut diceretur φύλαττε τὸν θώρακα, id est cave à thorace, hoc veluti proverbiali ænigmate festive admonentes, temperandum calamum, & frenandam linguam esse, ne voces peculáter emissæ per jugulum aliquando redeant. Stephanus indicat Thoracem esse civitatem Aestoliæ, & item Magnesiæ.

Nonnunquam Commentatores in disputationib⁹ Physicis accipiunt thoracem pro ossibus & musculis (inter quos diaphragma) quib⁹ thorax constituitur, ut cum dicunt: Angustia quoq; è causis una est, quæ faciunt δυσπνοίαν, id est, respirationem difficilem & frequentem. Angustiæ autem causa vel in thorace consistit, vel in ipsis pulmonib⁹ inq; arteriis asperis, vel in media regione inter pulmones & thoracē. Matth, Illyr. in comment. de vita & morte.

Litera. I.

Idea.

Idea, ἰδέα (forma) Platoni in Eutyphrone est λόγος οὐσίας. Religionis Idea, id est, certa quædam & definita natura, seu vera & οὐσιώδης definitio, quæ non tantum πάθος, id est affectionem sed τὸ τί ἦν εἶναι, seu οὐσίαν rei ostendit, proximo videlicet genere cū sua vera & εἰδοποιῷ differentia notato atq; designato. Ei opponitur ὑπογραφὴ crassaq; & τυπωδὴς descriptio.

In libr. de odoribus ¦ dicitur, Ideæ διωρισμέναι τοῖς εἴδεσι. Hic Ideæ à

Fur-

Furlano ſumuntur pro formis conſtitutis. Εἴδη pro rationibus, quæ conſtituunt eas, vocant formalitates, quibus fit ut ſpecies ab altera ſit diverſa.

Per Ideas interdum intelliguntur ſpecies animo conceptæ, vel φαντάσματα ſeu φαντάσματα, ut πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι, Theognis, id eſt. Sæpe enim ſpecies fallunt mentem, Es geſchen viel dinge anders als mans meint und gedenckt. Nihil eſt facilius, quam ſe ipſum opinione decipere. Nam quod quisq; vult, idem etiam animo fingit. Sed hoc fortaſſe alicui videatur translatitium.

Ex commentar: Joh. Serrani in Platon.

Vis & poteſtas vocis explicanda diſtinguendaq;;

Idea dicitur παρὰ τὸ ἰδεῖν, id eſt, à videndo vel cognoſcendo, quia repræſentat in mente opificis opus illud, quod vult efficere, ſeu quia opifex aliquid ex arte facturus opus futurum habet in animo ita delineatum.

Idea eſt vel extra, vel intra operantem.

Ut cum Durerus imaginem extra ſe habet collocatam, quam imitatur.

Ut cum Deus dicitur ab Auguſt. nihil extra ſe intueri; Cum artifex rationem operandi habet incluſam menti. Seu exemplar eſt Externum, vel Internum.

Uſus.

Deus cum vellet hunc mundum condere, non intuitus fuit aliquam ideam extra ſe, ad cujus imitationem eum crearet (ſicut faciunt pictores, qui extra ſe habent poſitā effigiem ſeu imaginem, quā intuentur & ad cujus ſimilitudinem aliam pingunt) ſed intra ſe habuit Ideas rerum omnium, quas facturus erat, nec indiguit externo exemplari, ad quod eas conformaret. Sunt autem ferè paria ſeu æquipollent: Deus cognoſcit creaturas poſſibiles in ſua Idea, In ſe ipſo, In ſe tanquam in verbo mentis *ſeu ſpecie expreſſa repræſentante; in ſua cognitione tanquam in actuali ſpecie expreſſa, illas actu cognitas repræſentante. In ſe, ut in cauſa exemplari.*

Creaturæ habent in Deo eſſe Ideale, id eſt ſunt in Divina Idea ut in cauſa exemplari, licet in ſe ipſis habeant eſſe proprium & formale.

Idiotiſmus, Ἰδιωτισμὸς

Idiotiſmus accipitur tripliciter.

1. Pro proprietate linguæ alicujus, ut Idiotiſmus Hebraicus, i. e. Hebraiſm⁹, Idiotiſmus Attic⁹, i.e. Atticiſm⁹.
2. Pro τρόπῳ ſeu genere loquēdi è medio petito Donatus: Beza: Joſeph: Scalig. Pro vulgari dicendi modo, quem facit Jul. Scal. electæ orationis vitium. l. 4. Poët. cap. 1.
3. In Politicis pro ſtatu vulgari ſeu τῶν ἰδιωτῶν, hoc eſt privatorum hominum ordine:

Ἰδιοσυγκρασία.

Ἰδιοσυγκρασίαι ſunt Phyſicis occultæ proprietates, & vires rerum, quæ exiſtūt, non ex elementorum qualitatibus, ſed à forma ipſa, quæ ex his exiſtunt ſympathiæ, & antipathiæ, id eſt, rerum quarundam conſenſus & diſſenſus: quædam enim quaſi mutuo connubio aſſociantur, & tanquam fœdere convinciuntur. Aliqua vero irreconciliabili ſimultate, id eſt, infeſtiſſimè diſſentiunt cæcisque laborant diſſidiis. Vid. Scalig. in exer. & Portam de Magia naturali.

Aliud eſt ἰδιοκρασία; propria σύγκρασις: hæc enim vox ſignificat propriam

Craſin

Crasin et spatis ἰδιοκρασία, id est proprium ac peculiare temperamentum.

Ἰσόκωλον.

Isocolon.1. Si definitio alicujus compositi ex duobus aut pluribus nominibus assignatur, totidem habens nomina, quot ipsum definitum, ea non erit illius definitio, sed tantũ nominum commutatio. Talem autem definitionem, quæ vera legitimaq; non est, appellat Aristoteles 6.top. loc.61 ἰσόκωλον id est, æquimembrum.

2. Rhetoribus ἰσόκωλον est color quidā (σχῆμα) in quo singula singulis respondēt: quale est Maronis illud de se ipso. *Pastor, arator, eques pavi, colui, superavi.*

Capras, rus, hostes fronde, ligone, manu.

Ἰσοπερίμετρον

Isoperimetrum vox est relativa ut æquale. æquale enim æquali æquale est.

Figuræ Isoperimetræ sunt figuræ, æqualis perimetri. Sic triangulum perimetri 16. pedum est Isoperimetrum triangulo 16. pedum, quadrato 16. pedum, & circulo totidem. Alii Mathematici accipiunt pro figuris, quæ intra eundem orbem inscriptæ sunt. Alii pro figuris, quarum anguli eundem ambitum capiunt. Sed hæ acceptiones & definitiones sunt falsæ. Nam Isoperimetra non sunt æqualia id est, æqualis capacitatis Metire Isoperimetris mensuris, altera Cylindracea, altera cubica, frumentum, & longè inæqualem invenies capacitatem. Sed adhibeamus integrum judicium Syllogisticum.

1. Legitima definitio non potest in aliam rem, transferri: At hæc: Figuræ Isoperimet: sunt, quæ intra eundem orbem inscriptæ sunt; potest in aliam transferri rem, quia in eundem or-

bem possunt inscribi æqualis & inæqualis perimetri figuræ. Ergo hæc non est legitima.

2. Legitima definitio est reciproca. At hæc, figuræ Isop. sunt, quarum anguli capiunt eundem ambitum, non est reciproca: quia triangulum & quadratum eidem circulo inscripta capiunt, illud tribus, hoc quatuor angulis, eundem ambitum, neq; tamen sunt Isoperimetra. Ergo hæc non est legitima.

Et legitima definitio non est angustior definito: at hæc est angustior, quia circuli ipsi inter se ad talem definitionem nunquam essent Isoperimetri, Non igitur est legitima.

Erratum.

In voce Idea verbis Ita Delineatum *subjice sequentia.*

Ut id quasi præsens intueatur, seu conspicetur, antequam revera extet.

Sumitur autem tum Philosophicè, tum logicè. Philophicè pro ἀρχῆ tum prima, tum secunda: illa ὄν; Hæ ποιὰ, & τὰ γιγνόμενα vocantur.

Idea ἀρχηγὸς & πρώτη id est, princeps, est Deus prima omnium causa. Is Platonicis ut opifex in certis causarum velut ἐκμαγείοις (expressis formis) futuras res velut præsentes contemplatur. Secundæ Ideæ sunt causæ secundæ ut naturales, quæ hactenus dicuntur ὄντα, quod vim τοῦ εἶναι ab uno & primario ente mutuantur, id est, sunt Entia τοῦ ὄντος συμμετοχῇ, à quo omnia pendent.

Prima illa Idea est ἄπειρος ἀσχημάτιστος, ἀκίνητος, χρόνου μὴ μετέχουσα, est τὸ ἁπλῶς γενέσεως καὶ οὐσίας αἰτία, id est, Deus est infinitus, figuræ, motionis, temporis expers, à rerum creatarum numero longè lateq; remotus, quib⁹ omnem tribuit vim existendi.

O Secun-

Secundæ, è quibus & per quas fit, quicquid ordinariè in natura fit, & in quibus καθ' ἕκαστα id est, singularia conservantur, sunt περιεχόμεναι, definitæ & distinctæ certis classib⁹; sunt ἐσχηματισμένα, & χρόνικαι.

Logicæ Ideæ sunt καθόλου ἔννοιαι, seu communes notiones, quæ dicuntur de pluribus numero differentibus: Sunt νοήματα δεύτερα, quæ omnia καθέκαστα, seu τὰ πολλὰ ad τὸ καθόλου quoddam (id est, ad genus) certis cancellis definitum revocant. Has ideas vult Plato primùm extare in natura (itaq; ei sunt ἐν φύσει ἑστῶσαι) deinde in mentibus nostris; In his ideis, ut ἀνθρωπότητος individua subsistunt Parmenidi: contrà subsistunt in individuis Aristoteli, quæ sententia vera est.

Idea oratoriè accipitur, pro genere seu Charactere dicendi.

Platoni nostro Idea boni est summum bonum, hoc est, vel divina ἀρχηγὸς καὶ πρώτη, id est, princeps & prima ac universalis omnium bonorum causa, vel contemplatio & cognitio Dei explicata perfectaq;

Ἵνα.

Ἵνα primò indicat causam: est μόριον αἰτιολογικὸν seu τελικὸν. Ut, Quò. Sic ὅπως.

2. Indicat Eventum, est μόριον ἐκβατικὸν seu ponitur συμβαλικῶς, intelligitur de eventu Joh. 16. c. Ἵνα δοξασθῇ, ut glorificetur &c. Fuit mors Lazari causa gloriæ filii Dei, tanquam ἐκβάσεως καὶ ἀποτελέσματος, id est exitus atque eventus, (interprete Joach. Camer:) Evasit enim casus ille ad celebritatem nominis Jesu. Joh. 19. Ἵνα justificeris in sermonibus tuis. Hic poni videtur Ἵνα συμβαλικῶς. Ex peccati enim tanquam effecto opere Davidis evenit hoc, ut justificetur Deus. Sic ex eo quòd sanatus est cæcus evenit, ut Deus glorificaretur. Hic Ut est potestate Quod.

Sic in latina lingua Ut modò αἰτιολογικὸν est notans causam, ut finē; ut: Edo ut vivam, modò ἐκβατικὸν, notans eventum: Ut: Accidit, contingit, fit, συμβαίνει, ut sint &c.

Usus.

Joh. 12. Non credebant in eum, ut sermo Esaiæ impleretur. Hic quærunt Theologi; Utrum ἵνα habeat significationem αἰτιολογίας, an ἐκβάσεως id est, utrum ideo non crediderint Judæi, quòd Propheta id prædixerit, an quoniam credituri nō essent, ita prædixerit Propheta, quod evenit.

Ἵνα τί Ut Quid pro cur, Quapropter, Cur verò, tritum est. Hanc figurā Græcorum Patres Ecclesiastici & J. Scaliger imitati sunt. Ut quid diligitis vanitatem? Ut quid verò infirmam ei spem adjungis? exercit. 317.

Ἴσως.

Ἴσως primò idem est q; æqualiter, æquè; sic accipitur ab Ethicis in doctrina de justitia & ἀποδοσ... 2. Ἴσως & τάχα à Platone ponuntur ἐκ τοῦ παραλλήλου pro forte, ac conjungūtur sine copulativa καὶ Estque ἴσως interdum vox modestiæ & cautionis Philosophiæ seu Academicæ; qua Aristoteles non tantùm in re dubia, sed etiam in certa utitur tertio Rhetoricorum & Politic. 1.

Ἴτης.

Ἴτης temerarius & impetuosus est Platoni & Aristoteli. Tales pertinent ad θρασεῖς (audaces) quorum θάρσος est motus cum impetu sine recta ratione. Ab impetu & impressione ἴτας vocari scribit Scaliger. Superlativus est

est apud Aristotelem 3. Ethic. Nicomachi: ἰτικώτατον ὁ θυμός.

Litera K.

Καθόλε, universale.

Ἁπλῶς: simpliciter, καθόλε prædicatum est, quod ex necessitate inest, ut; omnis homo est mobilis. Omnis justitia est laudabilis. Omne lignum aquæ injectum supervehitur.

Opponitur ei; tum quod temporis gratia inest, ut cum dicitur animal comedere, dormire, vigilare: talia sunt accidentia, quæ subjectis rebus insunt ἀορίστως (indefinitè) non καθόλε, & quidem multò magis, quæ insunt κατὰ τύχην, id est, fortuito, ut cum dicitur fodiens invenire thesaurum: tum ꝙ est primo seu πρώτως καθόλε; ꝙ inest immediatè: ut cum dicitur homo esse γελαστικός: animal esse sentiens.

Si dicitur, homo adolescere vel sentire, hæc quidem ἁπλῶς καθόλε prædicata sunt, & per se insunt sed non sunt πρώτως καθόλε prædicata: quia insunt homini mediante animali, seu propter animal, cui propriè insunt. Etsi igitur per se insunt; tamen quodammodo per accidens inesse dicuntur, quia non insunt primò, & immediatè sed ἐμμέσως, & ἑπομένως. Vid. Schegk. 1. prior. Analyt. pag. 581.

Proprium	Simpliciter, seu absolutè. Corpus naturale movetur: animatum nutritur.
	Per accidens, non ex necessitate: Animal vigilat. Schegkii effata.

1. Proprium πρώτως & ἀμέσως de uno: ἐμμέσως de multis prædicatur.
2. Prædicari potest aliquid per se de aliquo, etsi non propriè & primò: ut posse sentire de homine: id est non simpliciter propriè, non præcisè summeq; per se.

Usus.

Nonnulli magistri dicunt, oculo inesse per se se videndi facultatē mediante anima, cui proprie & primò insit ut subjecto hæc facultas. Falsum hoc aliis. Oculo n. iis propriè inest facultas videndi ut subjecto, propter animam, ut causam à qua facultas hæc proficiscitur. Sic animata adolescūt, propriumq; animatorum est, adolescere, propter animam ut causam.

Illis.

Vita vegetans corpori animato inest per se mediante anima, cui propriè & primò inest ut subjecto.

His.

Vita vegetans corpori animato, ut materiæ formatæ primò & propriè ut subjecto, propter animam ut causam συνεκτικήν, unde corpus animatum vivens dicitur.

Emanare effectus, vita vegetans, non potest, nisi in ipsomet subjecto (corpore organico) in quo est causa (anima) à qua emanat.

Κακέμφατον, Κακόφατον.

Cacophaton generaliter est inornatæ orationis vitium, obscœnum dictum, sive id uno verbo, sive pluribus, sive deformi literarum concursu fiat. Emmanuel Alvarus. Dicitur & αἰσχρολογία, turpiloquium, cum à rei turpis vocabulo proprio, & à fœda oratione non abstinetur, cum res illa

 vel

vel esset dissimulanda, vel circumloquenda, vitium Cynicum. Cynici enim tegenda & turpia palam proferebant, & in propatulo agebant, contra sermonis & pudoris decorum. Contra tales est Ciceronis Epistola lib. 9. Amo verecundiam.

Cacophonia specialiter, est absurditas, vel absonum, cum duriter & confragosè inter se cohærent, & collidunturs, stridentq; literæ & syllabæ, cum eædem literæ & syllabæ ingeminantur. Hoc vitium, maximè est vitandum in versu, nisi ubi res tumultuosior requirit talem asperitatem, ut *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum* Talis κακοφωνία sæpe est apud Horatium in Hexametris, ubi versus duriter sonat, quia maluit ille simplicitatem orationis captare, quam sonoritati versuum indulgere, ut loquar cum Velutrione.

Canon.

Ih cacemphatis hoc est, quæ vergunt ad rei obscœnæ significationem, Poëticis, priscis, novatis, inusitatis, durioribus debemus προεπιπλήττειν (præcastigare, præmollire, præmitigare) seu ut loquitur Cicero præmunire. Præmunitionis, προεπιπλήξεως, formulæ sunt; Cato librorū helluo, si tamen eo verbo uti fas est, in re tam præclara. Ipsissimus, ut Plauti more loquar: Sic enim recentiores isti loquuntur: ut dicam antique: Si sic loqui licet; Si mihi permittis vulgato more loqui. Agnoscis Castrense verbum.

Καθίζω.

Καθίζω interdum ponitur Absolutè seu ἀντιπαθῶς id est Neutraliter ut apud Hom. ἐν μέσσῃ δὲ κάθιζε, conside in media rate, Ἐκάθισεν id est consedit est apud Johannem 12. cap: Interdū ἀκολούθως, ut jungatur cū eo accusativus ut Homer. Iliad: ἄλλους μὲν κάθισον τρῶας καὶ πάντας ἀχαιούς: Fac ceteri considant tam Troiani quam Græci: Sic Matth 5. καθίσαντος αὐτοῦ, cùm ibi consedisset, nisi fortè dictum sit hoc elleipticè: Cum sese collocasset.

Sic προάγω modò habet significationem activam, pro produco; deduco impello. Ut cùm in Matth. Evang. dicitur: sidus Magos προῆγεν, deduxit: modò ponitur absolutè pro præcedo, progredior, pergo. Sic apud Platonem: προάγε δή perge sanè ut Matth. cap. 21. ὄχλοι προάγοντες (præcedentes)

Est autem poni ἀντιπαθῶς, poni quadam sua patiendi proprietate.

In Johan. Evang. de ἀντιπαθῶν de Christo ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, in fremuit spiritu. In Marco cap. 1. ἀντιπαθῶς, ἐμβριμησάμενος, cum fremitu illi interminatus.

Καί.

Καὶ Σύνδεσμος est: Et accipitur propriè & impropriè.

Propriè συζευκτικῶς, seu συμπλεκτικῶς *Copulativè*, ut θεὸς καὶ φύσις Deus & Natura. *Impropriè*, ut 1. ἐξηγητικῶς pro ἵνα ut Hebr. Vau: ut θεὸν καὶ πατέρα, Deū, qui, est pater, seu, id est patrem non saltastis.

2. Adversativè seu *discretivè*, ἀντικειμένως pro sed per hebraismum, ut κἀκεῖνος (& ille) pro at ille Matth. 11. Tibiis cecinimus vobis, & non saltastis, id est, & tamen non saltastis.

3. *Illative*, seu sic, ut notet consequentiam pro Itaq; . Et dubitamus adhuc Dei hoc munus esse? id est Ne itaque dubitemus. Sic cum dicitur, Non est animal, & ita non est homo, particula similitudinis, Ita notat cōsequentiā.

4. *Comparativè vel Exaggerativè* seu αὐξη-

ἀξιῶσαι pro Quàm, Et cum primis Quin etiam: etiam ita ut: Sed &: sed etiam: Hic καὶ nota majoris est. Matci 16. Discipulis ejus & Petro, id est in primis Petro.

5. *Pro transitiva particula temporis*, Tunc sumitur, & annectit novam sententiam sententiæ præcedenti. Scitis post biduum Pascha fore. Et filius hominis traditur. Statim purgata fuit ejus lepra. Et dicit ei Jesus: id est, tunc. Matth. 8.

6. *Αἰτιολογικῶς pro Enim seu Quia* Lucæ 2 Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη; Theophylactus intellexit hoc dictum αἰτιολογικῶς, ut καὶ habeat significationem τοῦ γάρ.

Theophylact. etiā hoc loci Lucæ εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ καὶ εὐλ: Benedicta tu in mul: & benedictus &c. Καὶ ætiologicè positū ait ἀντὶ γάρ: Quia benedictus fructus ventris, id est conceptus in utero fœtus: ut in hoc. Tu iratus fuisti, & peccavimus id est peccavimus enim: nam peccaveramus, Joach. Camer. in Notationibus figurarum &c.

7. *Disjunctivè ἀντὶ τοῦ ἤ*, pro vel. Græc. διαζευκτικῶς. Καὶ κρατεῖ καὶ κρατεῖται apud Aristoteli: vel superat vel superatur.

8. Interdū redundat; est partic: πλεονάζουσα per Atticismum.

9. Nonnunquam cum geminatur ponitur prior. loci pro cùm, posteriore pro tum.

Κακοπαθῶ.

Κακοπαθῶ est male habeo male sum affectus. 2. affligor, afflictor, in rerum difficultatibus versor, afflictiones malaq; fero. Latini dicunt Laboro συγκακοπαθεῖν est laboris & afflictionem esse participem.

Καρδιαλγία.

Os ventriculi veteres vocarunt cor. Cardialgia igitur est affectus oris ventriculi mordax ab acutis vel venenosis humoribus. Intellige oris ventriculi cum corde esse connexum seu Sympathiam, & arteriarum maximam à corde exortam primum stomacho, deinde ejus osculo insertam, ac tandem deorsum progressam ventriculi fundo subtendi.

Per Metaph. Cardialgia significat invidiam, quia hæc cor macerat: Joh. Lang. in Epist. Medic. lib. 1.

Καρπός.

Καρπὸς 1. fructum significat. Hinc καρπῶν Δίκη Græcis Jurec. est actio adversus eum, qui fructibus noxam intulisset.

2. In Anatomica doctrina significat manuum, juncturam Da man den puls greifft.

3. Cavum seu volam manus. Hinc τὸ Afferete, verbum juris, quod est apprehendere, Græci vertunt καρπίζειν. καρπιστεύειν, & vindicias καρπιστείαν, h. e. asseitionem & apprehensionem.

4. Igitur καρπὸς tropicè etiam accipitur pro ἐγχειρίδιον Ein Handtbuchlein/ id est libro compendiario seu Breviario, quasi quod manu comprehendi possit. Ita καρπὸς Hermæ Encheiridion seu liber Isagogicus Hermæ. Joh. Scal. in Manil. pag. 92.

Καιρός.

Καιρὸς significat occasionem, temporis opportunitatem, vel tempus tempestivum vel tempus (sicut tempus quoq; latinis aliquando; Ut in tempore ad eam veni apud Terent. id est opportune, opportuno tēpore) articulū seu punctum seu momentū temporis, in quo aliquid agi potest.

Τῷ καιρῷ suo tempore, opportuno tempore

pore est 20. cap. Lucæ. Dicitur & εὐκαιρία pro bona seu opportuna occasione. Accidit igitur καιρὸς τῷ χρόνῳ. Hippocrates accipit καιρὸς pro eo quod est, Satis, in lib. περὶ κινήσεως, annotante hoc Scaligero. Τὰ καίρια νοσήματα Hippocrati sunt quæ recipiunt curationem ἀμὴ ἐς θάνατον φέρει, quæ nõducunt ad mortẽ, quæ admittunt occasiones opportunas: Statuitq; iis contraria, quæ nullam recipiunt curationem.

Galenus ἐπικαίριον vocat illam partem corporis, quæ obnoxia est ei nocumento quod evenire potest vel solet ab ea causa, qua de agitur ut ex nixu venæ apertio, aut scissio, peritonei ruptio. De ludo parvæ pilæ.

Κατὰ, παρὰ.

Κατὰ & παρὰ interdum æquipollent in compositione, interdum distinguuntur. Nam καταβραβεύειν est intercipere alicui præmiũ seu brabeũ; Παραβραβεύειν idem pollere, ait Hesychius cap. 2. ad Coloss.

Qui in certamine positus iniquitate agonothetæ vel insidiis Magistrorum brabeum seu præmium & palmam, (quæ victoriæ symbolum) sibi debitam perdit καταβραβεύεσθαι dicitur, inquit Eras. in Annot. in epistolam ad Coloss. κατατομὴ circumcisio est; περιτομὴ, concisio. Circũciditur quod discerpitur & planè distrahitur; solutio hic est continui ὁλικὴ. Circumciditur quod quasi expolitur resectis supervacaneis. Hoc fit ἐν τῷ μέρει; vide Hieronymum in Comm. in Micheam.

Παραβουλεύεσθαι est male cõsulere. Καταλάλους dicimus, qui detrahunt alterius laudi Κατὰ μέρει Κατὰ πόδα est è vestigio, pedepressim, cum pes quasi premit pedem. Παρὰ πόδα idem sæpè. Τὰ παρὰ πόδας sunt res quæ in promptu sunt, sensui obviæ, quarũ notitia quasi ante pedes est, ut ait Schegk. in fine Com. 1. top. 8. Aristotelis.

Extra compositum interdum Κατὰ τῷ παρὰ interdum τῷ ὑπὲρ opponitur ut κατὰ λόγον, παρὰ λόγον, κατὰ δύναμιν pro viribus, ὑπὲρ δύναμιν supra vires: Barbari Ultra posse. Interdum παρὰ est contra; παρ' ἐλπίδα, contra spem in epistola ad Rom.

Παραλογίζεσθαι est vitiosè ratiocinari quod sæpè fit captiosè. Ac παρασυλλογίζεσθαι Aristoteli est implicare syllogismum proposito fallendi & falsum concludendi. Id ipsum autem fit præcipuè si quis dolosè præmissas roget, conclusionibus non additis, aut misceat illis impertinentia.

Καθ' ἕκαστα.

Τὰ καθ' ἕκαστα ἑκατὰ & ἕκαστον i. e. singulũ, singularia sunt, quæ opponũtur τοῖς καθόλου: ut a. Græci nõ dicunt τῶν μετὰ φυσικῶν, sed τῶν μετὰ τὰ φυσικά: Ita nõ dicunt τῶν καθεκάστων, sed τῶν καθ' ἕκαστα (singularium) & τῶν καθ' ἕκαστον: ut Idea est τῶν καθ' ἕκαστον: praxis est τῶν καθ' ἕκαστα: prudentia non καθόλου tantùm, sed etiam καθ' ἕκαστα est, id est, non tantũ versatur in universalibus ut legibus condendis, quæ prudentia dicitur Architectonice & Nomothetice) sed etiam in particularibus casibus, actionibus dictis, factis, (quæ nomine generis dicitur πολιτική & Oeconomica) Zuing. 1. Tab. Ethic. lib. 6. cap. 8.

Κατ' ἄλλο.

Κατὰ ἄλλο, secundum aliud, vel in alio, vel alterius respectu 1. opponitur τῷ καθ' αὑτό, secundum se, quod interdum

dum etiam dicitur ἐν ἑαυτῷ, in semet ipso, ut filius hominis est omnipotens κατ' ἄλλο. Filius Dei est passus κατ' ἄλλο. Christus homo etiam καθ' ἑαυτὸν omnia administrat, id est, in sua humana natura, & secundum eam etiam consideratus. Caro Christi non est ἐν ἑαυτῇ & καθ' ἑαυτὴν Deus.

Priore determinatione utimur, cum toti significamus aliquid convenire, secundum alteram partem, vel naturam tantum.

Posteriori, cum significam' aliquid alicui tribui, & convenire, ut inhærens subjecto, cujusmodi sunt gratiæ habituales, seu dotes collatæ carni Christi (eas habet ἐν ἑαυτῇ, ἐξ ἄλλου non κατ' ἄλλο id est in se, ex Gratia, non secundum alteram naturam nempe divinam). Κατὰ ἄλλο naturā respicit; ἐξ ἄλλου originem seu causam.

2. Κατ' ἄλλο oppositum τῷ per se seu καθ' αὑτὸ Aristoteli nonnunquam idem est, quod δι' ἄλλου.

Ὑπόμνημα.

Quod de Christi humana natura dicitur, proficiscitur vel ex ipsa, & est καθ' αὑτὸ, vel est consequens unionis hypostaticæ, & est κατ' ἄλλο, vel ἐξ ἄλλου. Quod habet commune cum omnibus hominibus, id est ei καθ' αὑτό. Quod huic naturæ singulariter proprium est, id attribuitur ei propter aliud, ut attributa θεικὰ, divina, hyperphysica, communem naturam exuperantia (ut mori pro mundi vita) Quæ si in se habet, non dicuntur in esse κατ' ἄλλο, sed ἐν ἑαυτῇ. At si dicatur ea habere ἐν τῷ λόγῳ, κατ' ἄλλο convenire dicuntur, ut caro Christi vivifica est in verbo divino, non καθ' ἑαυτὴν, non secundum quod caro est, sed quia τοῦ λόγου viventis per unionem hypostaticam propria caro est.

Sic quidā Theologi dixerūt, Homo ille Deus est, vel caro illa Deus est, κατ' ἄλλο, non in se se, sed in verbo, in quo subsistit.

Cum inhærere dicitur nobis justitia, utimur τῷ καθ' ἑαυτὴν; Cum imputari, κατ' ἄλλο.

καθ' αὑτὸ, secundum se

Considerratum aliquid καθ' αὑτό.

- Suapte vi & natura, ut hoc habeo nō per naturam (καθ' αὑτὸ) sed per gratiam, ex dono Dei. Opponitur igitur ei Aliunde.
- Absolutè, seorsum, separatim: Opponitur ei Conjunctim. Sic dico naturas considerari καθ' ἑαυτάς.
- Sui ipsius respectu, in se se, in semet ipso, ut in subjecto; sive ex natura sive ex gratia sit.

Opponitur ei quod est, Secundum aliud, per aliud, IN ALIO, Secundum effectum.

Bonum κατὰ μετοχὴν est per participationem.

Verbum divinum vita est καθ' ἑαυτὸ, id est, se ipso vivit. Verbum etiam divinum vivit carne, id est, in natura vivente subsistit, seu assumptæ naturæ vita vivit. Ea enim verbi per unionem propria est. Hoc est vivere κατ' ἄλλο. Sic hodie nonnulli Theologi colligunt; qua ratione homo ille Deus est, & verbum est homo, eadem ratione homo ille est omnipotens (Dei filius), & Deus gloriæ conceptus est ex semine Davidis, natus, passus. Homo iste Deus est non in se se, sed in verbo in quo subsistit; Verbum

bum homo est, non in se se, sed in carne assumpta.

Ergo & homo ille est omnipotens non in se se, καθ' αὑτὸ, sed κατ' ἄλλο, id est verbi, in quo subsistit, respectu, & Deus dicitur passus, non in se se, sed in assumpta carne.

Impropriè hoc dicitur. Sic enim diceretur propriè; Homo iste Deus est, non in ipsa humanitate, sed in λόγῳ, in quo subsistit humanitas, & verbum homo est, non in divina natura, sed in carne assumpta. Ergo & homo ille est omnipotens, non in humana natura, sed in λόγῳ, in quo humana natura subsistit; Deus est passus non in Divina natura, sed in assumpta carne. Filius Dei est passus, non καθ' ἑαυτὸν, id est, non quatenus Deus (contra Eutychen) non κατ' ἄλλον (contra Nestorium) sed κατ' ἄλλο, pro Orthodoxis.

Non propriè dici assumo Humanam Christi naturam esse Deum; Humanam naturam Christi esse Deum in verbo divino, seu respectu verbi in quo subsistit, etsi non nescio jam viros magnos ita loqui interdum. Assertionis meæ ratio est sumpta ex Scoto subtilissimo lib 3 dist. 11. Cum propositio affirmativa est falsa ex repugnantia extremorum, quacunq; determinatione vel reduplicatione addita, quæ non tollit repugnantiam eorum, non tollit rationem falsitatis illius. Hæc, humana natura Christi est æternus Deus, falsa est ex subjecti & prædicati repugnantia, Humana enim Christi natura creatura est, æternus verò Deus est creator. Ergo determinata illa, Humana Christi natura est æternus Deus in λόγῳ, non est vera.

Si determinatio repugnantiā tollit, falsa evadit vera, ut corpus Christi, quod in cœlis est, in tertiis premitur dentibus manducantium IN PANE. Hæc vera est: determinatio enim IN PANE terminum corpus Christi, quod in cœlis est, distrahit seu alienat à significato proprio. Ita igitur vera est hæc: Corpus Christi premitur dentibus.

Quod est καθ' αὑτὸ, interdum accipitur specialiter ab Aristotele pro Substantia, id est, natura, quæ per se ipsam constat & cohæret. Ita accipit de Martyris sententia. 1. Ethic. c. 5. cum ait; Id quod est per se substantiavè: quod enim prius, dixit quasi periphrasticos, illico voce proxima exprimit apertius: Non pro qualitate, ut putat Eustrathius. Interdum generaliter pro Ente absolutō, id est libero à relatione, sic etiam qualitate convenit.

Κατοχώχιμος.

Κατοκώχιμος 1. κυριολεκτικῶς, id est propria notione est ἁλωτὸς, κατεχόμενος κεκρατημένος, id est captus, divino quodam Spiritu afflatus, divinitus afflatus.

Ἦθος κατοκώχιμον ποιῆσαι apud Arist. 10. de Moribus. cap. 10. est ingenium docile ad virtutem reddere, ejusque studio inflammare: Virtutis amore divinitus afflare. Lambinus. Eustratio hic κατοκώχιμον valet τὸ ὑπεῖκον καὶ εὐπειθὲς, id est quod cedit & facile obedit, quod ad obtemperandum facile & propensum est. Vox est à κατοκωχὴ id est detentio, instinctus. 2. In Physicis Aristoteli κατοκώχιμος pro Synecdochen speciei est idem quod libidine incensus. Tribuit hoc epitheton vaccis..

Κατὰ τὸ πρᾶγμα

Κατὰ πρᾶγμα secundum rem sæpe opponitur nostro modo concipiendi seu intelligendi. τὸ Deus vel essentia divina

divini concipitur ut quod superius & latius patens quam personæ.

Habet enim conditionem quandã termini communis, ut persona ratione singularis licet κατὰ τὸ πρᾶγμα, id est, re ipsa hic sit nihil inferius & superius.

Κατάγειον.

Κατάγειον est locus infra in ædibus, cui opponitur ἀνώγεων, vel ἀνώγαιον locus qui supra est in ædibus. οἰκίαι κατάγειοι sunt loca habitationis sub terra seu subterranea.

Κατάληψις.

1. Κατάληψις significat comprehensionem, perceptionem, mentis cognitionem. Hic Κατάληψις est perfecta (τελεία) vel imperfecta ἁπλῆς. Perfecta intelligenda est in artis finitione; Τέχνη & σύστημα ἐκ καταλήψεων γεγυμνασμένων πρὸς τὸ τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν βίῳ Eustratius & Lucianus. In qua definitione videtur esse omissum ὁμολογουμένων (non dubiorum) Ars enim continetur certò cognitis, non fallentibus, & in unum finem spectantibus rebus.

2. In Musica catalepsis appellatur comprehensio & pulsatio Chordarum, quando exploratur concentus, teste interprete Aristophanis.

3. Est vox politica, ut cum dicitur κατάληψις τῆς βασιλείας, pro adeptione seu invasione regni.

4. Est vox Physica & Medica, quæ recentioribus est congelatio, wenn ein Mensch gefrieret & græcè quoq; dicitur κατοχὴ (detentio, quod oculi aperti teneantur.) Hæc oriri solet propter privationem sensuum ac motionum; ac quali in habitu hominem invenit, in eodem invadit ipsum, ac talem manere cogit. Corpus enim immotum persistit apertis & rigidis oculis. Neq; loquuntur καταληπτικοί, nec audiunt, nec ostendunt signa ulla, quod intelligant, quæ fiunt aut dicuntur. Sæpius fit hæc affectio corporis ab humore melancholico.

Alia ab hac est Epilepsia: hæc enim dicitur cum homines patiuntur convulsionem atq; concussionem, non tamẽ perpetuo, sed per intervalla tẽporis. Latinè compræhensionem sonat, das einen Menschẽ begreifft vnd wirfft jhn nieder / Græci vocant, ἱερὸν morbum, Romani Comitialem morbum, & caducum, Germani morbũ Valentini itẽ die fallende seuche / die schwere Kranckheit / das fallen simpliciter. Cõcidunt hoc morbo correpti, & torquentur læsis & interceptis sensibus. Neq; enim vident, neque audiunt neq; meminerunt facilè quæ fiant. Causam habet obstructionem ventriculorum cerebri & meatuum, non tamen perfectam, seu ὁλικὴν (totalem) quæ prorsus intercipiat, & cohibeat spiritus animales; Ideò contrahit se cerebrum & pugnat quasi cum re molesta obstruente, eamq; removere & eijcere tentat. Atqui eam pugnam nervi & spiritus quantum possunt adhuc adjuvant. Unde fit ut Epileptici per spumam quandam ex ore emissam sæpe excitentur, ut ad se se redeant. Interdum verò per consensum cum aliis partibus hoc malum patitur cerebrum, videlicet cum ab orificio ventriculi, aut ab alia parte quapiam ascendit vapor malignus & planè inimicus cerebro, aut sola etiam qualitas molesta, quæ dum infestat substantiam cerebri, concitatur illa, motu pugnante, & oritur in illa pugna Epilepsia.

Κατάστασις.

Cic. in Epist. ad Attic. Κατάστασιν vocat con-

contentionem & incitationem curſus incoati. Nam κ͂τείνειν ſive κ͂τείνειν δρόμον eſt curſum intendere, & in cœpto curſu gnaviter perſeverare. Ariſt.libro 9.Hiſtor.animal.agens de venatione leonum dixit τρέχειν κ͂τεινόμενος pro accerrimo & incitatiſſimo curſu ferri, ut Plinius vertit eruditè.

Κατηγορεῖν.

Interdum eſt ſimpliciter dicere. Interdum certis argumentis evincere. Sic Plato accepit in Theæteto.

Phraſi κατηγορεῖσθαι ψευδομαρτυριῶν, teſtimoniorū falſi accuſario ſignificatur. Sic ἐπισκήπτεσθαι μαρτυρίαις Budæo eſt teſtimonii falſi accuſare.

Φιλοκατηγορία eſt ſtudium accuſationis & reprehenſionis.

In logica κατηγορούμενον eſt prædicatum ſeu principale prædicatum: προσκατηγορούμενον (adprædicatum) eſt quod prædicato apponitur ſeu potius præponitur ut ipſum de ſubjecto enuncietur, nempè Eſt, cùm rationem habet vinculi nec ipſum prædicatur. συγκατηγορούμενα eæ voces dicuntur, quæ ad principale prædicatum pertinent.

Ut Chriſtus eſt filius ille Dei vivét°. Hic Filius eſt prædicatum principale. Reliquæ voces ſunt συγκατηγορούμενα, τὸ Eſt non prædicatur ſed eſt inſtrumentum & medium cujus interventu prædicatum ſubjecto attribuitur.

Κείμενα.

1. Vocabula κείμενα dicuntur, quæ ſunt in ſcientia conſtituta & uſitata. lib.5. Top. Ariſt. qui iis non utebantur, reprehendit.

2. Topic. in explicandis problematibus duo ſunt gravia peccata. Unum ψεύδεσθαι (fallacia proferre) alterum παραβαίνειν κειμένην λέξιν (id eſt vocabulis aliis uti, quàm quæ unicuiq; ſcientiæ ſunt propria.)

Ab altero hoc peccato abſolvere non poſſum doctores Scholaſticos, qui ſæpe moverunt terminos, quos Philoſophorum filii poſuerunt, quod in apetta eſt luce. Dicuntur & κείμενα in logicis ſubjectum & prædicatum reſpectu copulæ Est. Cum dico De° eſt, Est eſt κείμενον, cum dico Deus eſt Ens, Est non eſt κείμενον. Diverſiſſima igitur eſt oratio, qua dicitur, Deus eſt, ab ea, qua dicitur Deus eſt Ens: illa enim Deum eſſe aſſeverat, quo nihil certius. Hæc verò, quid Deus ſit, aliqua ex parte. Mirandula ad Citadinum de Ente.

Itaq; κεῖσθαι etiam dicitur id, quod ita poſitum eſt, ut axioma efficiat, unde & ipſæ theſes τὰ κείμενα vocantur. Alexander 2. de anima, ut hoc κεῖται, ſeu κείμενον ἐστι, id eſt poſitum eſt per axiomata, ſeu per προτάσεις ἀντικειμένας.

In doctrina Categoriæ ſitus κείμενον eſt ſitum ſeu poſitum, quod Barbari vocant ſituatum.

Politicis νόμοι κείμενοι ſunt leges conſtitutæ, quæ vulgo vocantur poſitivæ, id eſt poſitæ, quæ reſcriptæ dicuntur, νόμοι κείμενοι ἔγγραμματοι, ἔγγραφοι à Platone.

Κεφάλαιον.


Propriè ſignificat totum illum globum, in quo eſt cerebrum & ſupernus venter. Ejus pars anterior dicitur ſinciput, (quod à Plauto per Synecdochen accipitur pro capite, cum dicit, Non eſt tibi ſanum ſinciput) Poſterior dicitur occiput.

2. Ponitur pro potiſſima parte rei, quia in homine caput potiſſima pars eſt.

3. Pro ſcopo, qui omnes rei, de qua agitur, partes continet. Sic cum dicit Alcinous Platonicus τοῦ θεωρητικοῦ τὸ κεφάλαιον (contemplantis quod potiſſi-

potissimum est) finem contemplationis intelligit, qui est veritas.

4. Est summaria quædam rerum subductio, quædam partium συναγωγὴ seu in unum collectio. Sic ἀνακεφαλαιώσασθαι, quo utitur Paulus ad Eph. 1. significat quæ dissita sunt & dispersa, consociare ac in unum velut corpus conjungere, uniq; capiti subjungere.



Κίνησις dupliciter accipitur primo generaliter, ut etiam rebus incorporeis conveniat, & Mathematicis omninoque artificiosis : specialiter, ut conveniat rebus physicis tantum. Ita Aristoteli est ἐντελέχεια imperfecta corporis mobilis quatenus mobile Hujus distinctiones sunt variæ. Primò motus est duplex, alius per se, alius per accidens, sicut ipsa moventia sunt duplicia. Alia per se, ut faber ædificans, Medicus alteri medens, alia per accidens, ut Musicus ædificans, & Medicus se ipsum curans (quia nullum arte agens agit in seipsum.)

Motus per se & proprius est, cum subjectum seu corpus mobile suo motu ad novam formam, vel subjectum vel accidens, vel ad alium locum movetur, & progreditur, ut quando gramen jam movetur, ut indè generetur aliud gramen, quando Sol jam ortus movetur ad meridiem & hinc ad occasum; Hujus motus causa est, natura quæ in singulis subjectis facit, ut mo-

tus inchoari possit. Alius motus est per accidens, cum subjectũ aliquod movetur, non proprio aut suo motu, sed alieno. Atq; hic quoq; motus per accidens est duplex 1. accidentia moventur cum suo subjecto, ut cum substantia hominis generatur per se, tum simul per accidens generatur in eo color, statura &c. Ita quando homo corrumpitur per se, tum simul per accidens corrumpitur sanitas, forma, color, complexio &c. Secundo partes moventur per accidens, cum totum movetur per se; ut quando corpus proiicitur, tunc totum movetur per se, brachium verò caput, pedes, moventur per accidens. Ita rami & folia moventur per accidens, quando arbor movetur per se. Hic motus fit etiam ratione vicinitatis, ut corpora cœlestia moventur per se: aeris verò regio suprema, quæ lunæ est vicina: movetur per accidens. Ita in incessu pedes moventur per se, cetetæ verò partes, ut manus, oculi &c. moventur per accidens. Sic in navi, quæ à vento impellitur, ea pars veli, quæ est proximè obversa vento, movetur per se, cetera moventur per accidens.

Secundo motus est κατὰ φύσιν, vel παρὰ φύσιν. Κατὰ φύσιν habet principiũ internum hoc est in subjecti natura & substantia, ut cum ignis sursum movetur: estque 1. ἑκούσιος, quem Naturales aliqui animalẽ nominant, quia fit ab ipsa anima in corpore animato; hic aliâs nominatur voluntarius, quia in homine gubernatur à voluntate in brutis vero cietur à phantasia, & est spontaneus; incipit enim & desinit, prout ciet imaginatio, ut quod animal hoc vel alio modo se movet, 2. est ἀκούσιος, quem hic propterea animalem appellat, non quod reliquæ species, sint præter vel contra naturam, sed quod à sola natura regitur nec incipit aut cessat quando vult animal, ut est motus cerebri, thoracis, cordis diaphragmatis corrugatio ventriculi in fame quæ non moventur, aut quiescunt ciente imaginatione, sed sunt in perpetuo motu, quandiu durat animal. 3. Est οὐχ ἑκούσιος, qui alias mixtus dicitur, quia partim est voluntarius, partim mixtus hoc est, est quidem à natura, sed tamen interdum impediri, interdum cieri potest, quando vult animal, ut motus vesicæ, pulmonis, partium obscœnarum. Hic enim motus etsi est à natura; tamen ab imaginatione etiam cietur vel impeditur. Παρὰ φύσιν habet principium externum h.e. causa ejus non est in natura seu οὐσία subjecti, ut cum lapis sursum deiicitur seu globus ex bombarda. Hic motus nominatur violentus.

Tertiò Motus naturalis est uniformis: violentus vero est difformis. Uniformis est, quo mobile juxta omnes partes suas, æqualiter aut similiter, secundum velocitatem, vel tarditatem movetur id est, qui in tota sua duratione semper eodem modo se habet, & semper suam servat æqualitatem, ut non alias tarde, alias velociter, sed semper, vel eadem tarditate, vel eadem velocitate moveatur ut est motus cordis, motus thoracis. Item calefactio aquæ si maneat semper eadem copia ignis. Axioma est. Nullus motus super duobus centris uniformis esse potest.

Motus autem difformis est, qui non est æqualis secundum omnes partes, sed secundum diversas diversimodè movetur, & secundum aliquas velocius, secundum aliquas tardius, id est

eſt cum in tota motus duratione, non ſervatur eadem tarditas, vel velocitas, ſed alias eſt major tarditas, alias major velocitas, ut, quando totus homo æqualiter ſecundum omnia ſua membra calefit, hic eſt motus uniformis, ſed quando calefit quidem totus, citius tamen in manibus quam in pedibus, hic eſt motus difformis. Cauſa autem hujus uniformitatis & difformitatis eſt. 1. ab ipſo movente, quod aliis partibus magis eſt vicinum, aliis minus. Ita naturalis motus eſt uniformis, quia natura ſemper eſt in ſubjecto quod movetur, imò motus ſemper eodem modo ſe habet, ut eſt motus, cordis, cujus cauſa eſt natura cordis, propter quam cor uniformiter movetur. Sed violentus eſt difformis, in principio velocior, poſtea languidior, quia mobile recedit à ſuo movente, ut cum globus ex bombarda proiicitur. 2. Interdū verò eſt ab ipſo mobili, in quo ſunt diverſi gradus, quorum alii magis ſunt diſpoſiti ad actionem ſuſcipiendam, alii minus, ut unus & idem ignis æque calefacit membra calida & frigida in homine. Sed quia membra calida ſunt magis diſpoſita ad actionem ſuſcipiendam, ideò ea citius calefiunt, & ſic calefactio fit difformis. Quartò κινησεις ſeu motus alius eſt tardus, alius velox. Tardus mot⁹ eſt, quo majori tempore minus acquiritur, vel minus deperditur, ut cum abor aliqua tarde creſcit, cum aliquis longo tempore parum diſcit, cum aqua tardè calefit. Velox cum brevi tempore multum acquiritur vel deperditur, in cū aqua citò incaleſcit. Sic dicunt Aſtronomi motum Solis circa perigæum eſſe velociſſimum, quia minori tempore majores arcus abſolvit, at circa apogæum eſſe tardiſſimum, quia majore tempore minores arcus conficit. Cauſa tarditatis vel velocitatis in motu eſt aliquando ex parte moventis, ut ignis modicus non poteſt calefacere multum aquæ: aliquando ex reſiſtentia contrarii, ut ignis magnus non poteſt calefacere velociter valdè frigidam aquam: præceptor diligens, induſtrius, & doctus non poteſt eruditum facere valdè hebetem: aliquando ex reſiſtentia medii, ut lapis non tam citò movetur per aquam, quam per aerem: Globus ex bombarda non tanta vi & velocitate proiicitur ſuper vel transaquam, quàm per purum aërem, quia vis ejus impeditur à vaporibus ex aqua aſcendentibus.

Κινητόν.

Κινητὸν eſt mobile. In eo eſt tum initium, unde motus procedit (motus antecedens) Tum Finis ad quem tendit (motus conſequens) Tum ſpatium ſeu iter inter duos illos terminos, quod ipſe motus eſt Formaliter. Ita aqua eſt κινητὸν. Hîc frigus in eo eſt Extremum à quo calor extremum ad quod. Calefactio eſt via ad calorem.

Τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον.

1. Κινητικὸν κατὰ τόπον eſt virtus animæ loco movens ζῶον (animantem.) Ejus affectio eſt ἐνέργεια ἀτελὴς, motus: ut itio, progreſſio, volatus, reptio natatio. Cœleſtia corpora cum neque animam neque vitam habeant propriè dictam, motus horum peculiaris eſt: ceteræ v. virtutes ſeu poteſtates animæ præſtant actiones perfectas, & ita à motrice diſcriminātur.

tur inchoari possit. Alius motus est per accidens, cum subjectũ aliquod movetur, non proprio aut suo motu, sed alieno. Atq; hic quoq; motus per accidens est duplex 1. accidentia moventur cum suo subjecto, ut cum substantia hominis generatur per se, tum simul per accidens generatur in eo color, statura &c. Ita quando homo corrumpitur per se, tum simul per accidens corrumpitur sanitas, forma, color, complexio &c. Secundo partes moventur per accidens, cum totum movetur per se; ut quando corpus proiicitur, tunc totum movetur per se, brachium verò caput, pedes, moventur per accidens. Ita rami & folia moventur per accidens, quando arbor movetur per se. Hic motus fit etiam ratione vicinitatis, ut corpora cœlestia moventur per se: aeris verò regio suprema, quæ lunæ est vicina: movetur per accidens. Ita in incessu pedes moventur per se, ceteræ verò partes, ut manus, oculi &c. moventur per accidens. Sic in navi, quæ à vento impellitur, ea pars veli, quæ est proximè obversa vento, movetur per se, cetera moventur per accidens.

Secundo motus est κατὰ φύσιν, vel παρὰ φύσιν. Κατὰ φύσιν habet principiũ internum hoc est in subjecti natura & substantia, ut cum ignis sursum movetur: estque 1. ἑκούσιος, quem Naturales aliqui animalē nominant, quia fit ab ipsa anima in corpore animato; hic aliàs nominatur voluntarius, quia in homine gubernatur à voluntate in brutis vero cietur à phantasia, & est spontaneus; incipit enim & definit, prout ciet imaginatio, ut quod animal hoc vel alio modo se movet, 2. est ἀκούσιος, quem hic propterea animalem appellat, non quod reliquæ species, sint præter vel contra naturam, sed quod à sola natura regitur nec incipit aut cessat quando vult animal, ut est motus cerebri, thoracis, cordis diaphragmatis corrugatio ventriculi in fame quæ non moventur, aut quiescunt ciente imaginatione, sed sunt in perpetuo motu, quandiu durat animal. 3. Est οὐχ ἑκούσιος, qui alias mixtus dicitur, quia partim est voluntarius, partim mixtus hoc est, est quidem à natura, sed tamen interdum impediri, interdum cieri potest, quando vult animal, ut motus vesicæ, pulmonis, partium obscœnarum. Hic enim motus etsi est à natura; tamen ab imaginatione etiam cietur vel impeditur. Παρὰ φύσιν habet principium externum h.e. causa ejus non est in natura seu κατὰ subjecti, ut cum lapis sursum deiicitur seu globus ex bombarda. Hic motus nominatur violentus.

Tertiò Motus naturalis est uniformis: violentus vero est difformis. Uniformis est, quo mobile juxta omnes partes suas, æqualiter aut similiter, secundum velocitatem, vel tarditatem movetur id est, qui in tota sua duratione semper eodem modo se habet, & semper suam servat æqualitatem, ut non alias tarde, alias velociter, sed semper, vel eadem tarditate, vel eadem velocitate moveatur ut est motus cordis, motus thoracis. Item calefactio aquæ si maneat semper eadem copia ignis. Axioma est. Nullus motus super duobus centris uniformis esse potest.

Motus autem difformis est, qui non est æqualis secundum omnes partes, sed secundum diversas diversimodè movetur, & secundum aliquas velocius, secundum aliquas tardius, id est

est cum in tota motus duratione, non servatur eadem tarditas, vel velocitas, sed alias est major tarditas, alias major velocitas, ut, quando totus homo æqualiter secundum omnia sua membra calefit, hic est motus uniformis, sed quando calefit quidem totus, citius tamen in manibus quam in pedibus, hic est motus difformis. Causa autem hujus uniformitatis & difformitatis est. 1. ab ipso movente, quod aliis partibus magis est vicinum, aliis minus. Ita naturalis motus est uniformis, quia natura semper est in subjecto quod movetur, imò motus semper eodem modo se habet, ut est motus, cordis, cujus causa est natura cordis, propter quam cor uniformiter movetur. Sed violentus est difformis, in principio velocior, postea languidior, quia mobile recedit à suo movente. ut cum globus ex bombarda proiicitur. 2. Interdū verò est ab ipso mobili, in quo sunt diversi gradus, quorum alii magis sunt dispositi ad actionem suscipiendam, alii minus, ut unus & idem ignis æque calefacit membra calida & frigida in homine. Sed quia membra calida sunt magis disposita ad actionem suscipiendam, ideò ea citius calefiunt, & sic calefactio fit difformis. Quartò κίνησις seu motus alius est tardus, alius velox. Tardus mot° est, quo majori tempore minus acquiritur, vel minus deperditur, ut cum abor aliqua tarde crescit, cum aliquis longo tempore parum discit, cum aqua tardè calefit. Velox cum brevi tempore multum acquiritur vel deperditur, in cū aqua citò incalescit. Sic dicunt Astronomi motum Solis circa perigæum esse velocissimum, quia minori tempore majores arcus absolvit, at circa apogæum esse tardissimum, quia majore tempore minores arcus conficit. Causa tarditatis vel velocitatis in motu est aliquando ex parte moventis, ut ignis modicus non potest calefacere multum aquæ: aliquando ex resistentia contrarii, ut ignis magnus non potest calefacere velociter valdè frigidam aquam: præceptor diligens, industrius, & doctus non potest eruditum facere valdè hebetem: aliquando ex resistentia medii, ut lapis non tam citò movetur per aquam, quam per aerem: Globus ex bombarda non tanta vi & velocitate proiicitur super vel transaquam, quàm per purum aërem, quia vis ejus impeditur à vaporibus ex aqua ascendentibus.

Κινητόν.

Κινητὸν est mobile. In eo est tum initium, unde motus procedit (motus antecedens) Tum Finis ad quem tendit (motus consequens) Tum spatium seu iter inter duos illos terminos, quod ipse motus est Formaliter. Ita aqua est κινητόν. Hic frigus in eo est Extremum à quo calor extremum ad quod. Calefactio est via ad calorem.

Τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον.

1. Κινητικὸν κατὰ τόπον est virtus animæ loco movens ζῶον (animantem.) Ejus affectio est ἐνέργεια ἁπλῆς, motus: ut itio, progressio, volatus, reptio natatio. Cœlestia corpora cum neque animam neque vitam habeant propriè dictam, motus horum peculiaris est: ceteræ v. virtutes seu potestates animæ præstant actiones perfectas, & ita à motrice discriminātur.

Causæ motus seu κινήσεως hujus potentiæ aliæ sunt propiores, aliæ remotiores. Initium igitur motus in loci mutatione est à re quæ appetitur, qui finis motus est. Appetuntur autem ea, quæ sensibus, aut mente à nobis sunt cognita, sive præsentia sint, sive intus repræsententur. Præcedit igitur virtus αἰσθητικὴν τὴν ὀρεκτικήν (qua ad motum animal inclinatur) & ὀρεκτικὴ τὴν κινητικήν. Sed in homine hic motus incitatur cùm mentis actionibus, quæ sunt διάνοια, προαίρεσις βούλησις, tum φαντασία atq; appetitu bruto sensuum ac cordis. In brutis autem phantasia tantum & appetitus sunt. Itaq; Aristoteles etiamsi in. 3. de anima subtilius hæc disserit: in lib. tamen de motu animalium, quæ moveant animal, esse scribit διάνοιαν, φαντασίαν, προαίρεσιν, βούλησιν, ἐπιθυμίαν, & hæc omnia refert ad mentem & appetitum, ut vel mentis. vel appetitus, tam in intelligenti, quàm in bruta natura motum de loco incitent.

Mentis autem appetitus voluntas est, quo modo ad appetitum recidunt omnia: Ita igitur vel voluntas, quæ altera pars mentis est, vel appetit⁹ in homine, solus autem appetitus in brutis, quando commoventur, tunc facultatem, qua hic motus perficitur, cient seu iticitant. Hæc facultas in spiritu animali est, qui in cerebro fit, & partibus corporis, quæ moventur, communicatur, in quas per nervos continenter influit impulsus a cerebri agitatione nõdesinẽte, & in nervis ac musculis semper præsens est, eoq; status & natura horum conservatur & confirmatur: sed motum tunc ciet (Spiritus ille) cum à voluntate aut appetitu impellitur. Tunc enim ad novam affectionem cerebri vel copiosior in nervos & musculos immittitur, vel potius qui jam præsens est, ad motus actionem quasi prodruditur. Sunt autem alii nervi, quibus sentiendi, alii quibus hæc movendi virtus corpori animantis suppeditatur. Hinc neq; omnia quæ sentiendi facultate sunt prædita etiam corpus de loco promovẽdi facultatẽ habent, ut Zoophyta, Conchæ, & Spongiarum quædam genera, & in iis quæ utramq; habent, una nonnunquam amittitur, salva altera, ut in ἡμιπληγίᾳ: ibi experientia, docuit, sensum membri (ut brachii) afflicti sensum nullum reliquum fuisse, motum mansisse: Ut hoc modo sentiendi virtus à movente etiam organis differat: cum à cerebro quidem, & spiritu animali sit utraq; : motus tamen magis á cerebri substantia, sensus à meningibus esse putatur. Est igitur ordo causarum hic.

Objecta movent sensus exteriores, atq; interiores & intellectum in homine. Ex sensibus & intellectu notitiæ oriuntur. Notitiæ de objectis præsentibus vel per memoriam & phantasiam repræsentatis. Voluntatem & appetitum impellunt. Voluntas, quæ altera pars est mentis & appetitus, loco moventem incitant, cujus fons est cerebrum. Hæ sunt antecedentes & primæ causæ voluntate aut appetitu sensuum & cordis commotum cerebrum spiritus animales in nervis vibrat, nervi musculum: musculus aut tendinem habet (neq; enim omnes musculi habent tendinem, sed ii tantum, qui ex longo intervallo movent) aut os aut membranam, in quæ inseritur, quorum tractum membra sequuntur, ita ut phantasia aut ratio opus esse judicat. Motus igitur qui de loco movet, voluntarius

Digitized by Google

mus est in homine, in bruto, quod voluntatem non habet, Liber, cujus extremum & proprium instrumentum est Musculus, qui cum ex carne, vena, arteria, atq; nervo componatur, nervi tamen principatus est, in quo spiritus animalis fertur, & in substantiam musculi diffunditur, ut contrahatur aut dilatetur: qui spiritus hujus virtutis sedes est, & instrumentum primum. Hunc motum in vermium & serpentum genere, quæ sunt ἀνάρθρωτα (non articulata) esse manifestum est. Zoophyta etiam motum aliquem habere videtur. Sed organa corporis, quibus motus in vermium, insectorum & ζωοφύτων genere perficitur, explicari non possunt, cum vermium genus ut dixi ἀνάρθρωτα sit, reliqua carnem non habeant, & substantia corporis eorum sit inexplorata imò in iis propter exilitatem partium pleraq; sint inexplicabilia: spiritum tamen in his omnibus inesse insitum dubium esse non potest, etiamsi quæ nervorum & musculorum instar habeant, & quomodo munus suum in his obeant, nemo sibi sumit ut explicet. Hic motus, quo corpus animantis loco promovetur, reducitur ab Aristotele ad ὦσιν, & ἕλξιν quæ in hoc (animantis corpore) concurrunt. (nam progressio ex his componitur) sicut & cæteros motus omnes ad hæc reducit. Nam & ὄχησις vectatio, & δίνησις versatio, seu κύλησις & circuli motus ὦσιν habent & ἕλξιν, qui sunt species motus de loco violenti & naturalis.

2. Præter motum voluntarium & liberum qui solus ad κινητικὴν κατὰ τόπον pertinet, quæ à voluntate & appetitu in natura animantis regitur, & Aristoteli est ἑκούσιος: præter hunc igitur sunt alii mot⁹ tam in animantibus, quam in cæteris Corporibus naturalibus, qui & ipsi naturales sunt, non violenti. Hos motus qui ἀκούσιοι sunt duobus comprahendimus generibus. *Primum genus est ejus quo gravia deorsum, levia sursum feruntur.* Et in singulis partibus corporis animantium & stirpium, atq; Zoophytorum, attractio & expulsio fit & alteratio, recentioq; & in Magnete est attractio ferri, in succino palearum, & in cœlestibus fit circumvolutio. Hic motus vulgò in scholis vocatur, naturalis cū voluntarius etiam non sit βίαιος, aut παρὰ φύσιν, ideoq; Aristoteles, neq; φυσικὸν, neq; φυτικὸν, sed ἀκούσιον, hunc nominat, ne in naturæ actionibus aliquid violenter fieri, aut quod voluntarium est, non naturale esse existimetur.

Organa hujus virtutis sunt in animantibus proxima Fibræ, seu ἶνες. In quorum temperamento potentia illa in est, sicut motus ἑκούσιος & liber est in musculis: In cæteris natura hunc motum efficit ita, ut organa non appareant ulla, qualis est Magnetis attractio, & cœlestium corporum motus, & grave & leve natura sine manifestis organis movet.

Alterum genus est motus Mixti ex voluntario seu libero & naturali, qui est ἀκούσιος. Hic Aristoteli videtur esse οὐχ ἑκούσιος, ut iu respiratione (sicut & somnus & Evigilatio sunt οὐχ ἑκούσια eidem) item in dejectionibus excrementorum, quorum expulsio naturalis est, & ἀκούσιος, Emissio autem voluntaria, quam musculus præstat in vesica, & intestino recto, qui σφιγκτὴς est, (sic dictus à constringendo, quasi constrictor) cum tamen musculorum actiones liberæ naturales seu ἀκούσιας actiones illas & aliquamtisper tantum, & ægrè ac difficulter repri-

reprimant, tandem etiam contra plerasque nihil prorsus proficiant. Sed pulsus prorsus ἀκούσιος & naturalis.

Sunt & qui rem distinguant ita, ut Mixti generis hasce actiones in quibus natura, quo salva sit, coactionem affert voluntati, & musculis, ut ad salutem naturæ allaborent aliquid, has igitur, ut non absolutè sed κατά τι liberas appellent atq; ita à cæteris absolutè liberis discriminent. Hæ actiones (non absolutè liberæ) tam diu concurrunt, quàm diu natura fert, ulterius si proceditur non magis sic concurrunt, ut una agant, sed una alteram tollit, & opprimit. Ita ἀναπνοὴ, seu respiratio gubernatur aliquantisper à voluntate & somnus reprimi, & dejectiones cohiberi ad tempus possunt voluntatis arbitrio, sed tandem voluntati & musculis à naturæ actione vis affertur. Illa igitur extremæ coactionis vehementia, qualis & in tormentis usurpatur, non amplius mixti generis est ex voluntaria & naturali actione, sed simplicitet violenta fieri videtur, quippe in qua voluntatis actio nulla amplius apparet. Animam autem continere eo usq; dum cor suffocetur strangulationis externæ instar habet, & violentum per se est; voluntarium ita, ut voluntas tamen coactionem sentiat, sicut alia facimus ἑκόντ' ἀέκοντι δὲ θυμῷ (id est volentes nolentes) ut Homeri verbis dicamus, cum interitus naturæ contrarius sit, & hunc illa in sano statu suo nunquam velit, etiam cum ut bonum suum persequuntur ἀποκαρτεροῦντες illi, qui sibi manus inferunt, in quibus ratio & voluntas extreme perturbantur, & voluntas sibi ipsa imperare potest, quæ sunt in scholis actiones hujus imperatæ.

Quod in genere de actionibus omnibus, quibus aliquis se consultò lædit, breviter monemus: etsi in spiratione per se potentius est, & plus potest τὸ ἑκούσιον. Eruptio autem excrementorum in iis, qui continere volunt & nituntur, non magis est naturalis & voluntaria σφιγκτῆρα, quàm si ab externa vi laceraretur aut diduceretur violente aliquo motu, seu & sicut si in nervi παραλύσει hæc fiunt, naturaliter aut voluntarie fieri nemo dicit. (nam morbus παρὰ φύσιν est & vim adfert corpori) ita illam etiam musculi apertionem in extrema coactione non naturalem, neq; mixti motus sed violentam dicere possumus, vincente actione naturali voluntariam, ita ut agere desinat, & sponte nihil emittatur;

Breviter.

In respiratione cordis motus non est προαιρετικὸς, seu ἑκούσιος sed naturalis, seu ἀκούσιος Aristoteli; pulmonum violent⁹ potius, quàm mixtus: nam vis vacui hos ciet: Thoracis seu diaphragmatis & musculorum motus est προαιρετικὸς ἢ ἑκούσιος. Ipsa respiratio mixta est, ex voluntario & naturali motu, qui Aristoteli est οὐχ ἑκούσιος. Si tamen diutius reprimitur seu continetur spiritus, tum aut nolentibus erumpit, aut cor suffocatur.

In spiratione organorum alia {
- aërem vehunt, ut os, nares tracheæ
- Per hos meatus (os &c.) aërem attrahunt, & attractum excipiant, ut pulmones & cor
- Thoracem & pulmones commovent: ut diaphragma & musculi.

Κοιμη

Κοιμητήριον

Κοιμητήριον est 1. locus dom⁹ in quo dormitur, quasi dicas dormitorium. 2 per Synecdoch: apud Athenæum est, ubi hospites dormiunt. 3. Κοιμητήρια dicuntur per translationem loca, ubi corpora mortuorum sepeliuntur. Hebræi enim solent interdũ κατ' εὐφημισμὸν molliore somni vocabulo indicare, quia somnus seu quies soporis est quasi imago mortis. Hinc poëtæ ὕπνον καὶ θάνατον Somnum & mortem geminos faciunt: Apud Homerum de interfecto est, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον, dormiebat ferreum somnum, id est perpetuum. Periphrasis mortui.

Κοινά.

...νὰ seu ...commu-...a varii ...generis ...nt: Nom...e

- Synonyma. Κοινὰ κατὰ μίαν ἰδέαν, quæ communem habent ex æquo rationem, in quibus nihil est prius & posterius.
  - Animal hujus generis est. Quia in animalis ratione omnia quæ sub eo sunt ex æquo conveniunt. De his Canon: Omnia quæ sub aliquo Genere sunt ex æquo Generis naturam sibi vindicant.
- Homonyma
  - Quorum fortuitò nomen commune, ἀπὸ τύχης.
  - Quæ sunt ἀφ' ἑνὸς, id est, quæ proficiscuntur ab uno, vel πρὸς ἕν, quæ ad unum referuntur.
  - Quæ similitudine aliqua inter se consentiunt: Κατ' ἀναλογίαν.

...istot. 1. Ethic. (ubi negat summum bonum consistere in Idearum theoria & summum bonum esse commune quiddam, quod una constet Idea) quærit, cum à Platone Ideæ dicantur rebus suis homonymæ, ex quo genere sint homonymorum: An ἐκ τῶν ἀπὸ τύχης, id est, an quòd casu aliquo in eandem nominis societatem veniant (vocant hæc æquivoca à casu)? An quod ab uno sint seu proficiscantur seu manent? An quòd ad unũ sint seu unum spectent, τὰ ἀφ' ἑνὸς ἢ πρὸς ...? An deniq; quòd similitudinis aliqua ratione conjungantur? (τὰ ἀνάλογα.) Ut in corpore visus: Sic in animo mens.) Platonici hoc postremum probant in Ideis divinis, ad quas ut ad vera Exemplaria singulæ res sint expressæ factæq;. Itaq; αὐτοάνθρωπον, id est, ipsum hominem, seu Ideam hominis, & hominem natura quidem disjungunt, sed propter similitudinem communitate nominis conjungunt. Itaq; cum Aristot. sic argumentatur: Idea hominis & imago, id est, (ut Plato loquitur) ipse homo & homo nomine conveniunt, & definitione ea-

ne eadem continentur. Non igitur sunt Ideæ rebus suis homonymæ. Platonici negant antecedens & inter Ideam & rem, idem, quod inter veritatem & veritatis imaginem, discrimen faciunt. Ipse homo est divina hominis Idea: Homo est homo ex materia & forma compositus.

Inter ipsum igitur hominem & hominem tantum interest, quantum inter simplicem naturam & compositam, inter expertem materiæ naturam & materiatam, inter per se bonam naturam & cum bono communicantem, inter Exemplar (παράδειγμα) denique & rem factam (εἰκόνα) Plato enim species rerum omnium in Deo ponebat, ipsamq; Dei sapientiam omnes ideas complexam esse volebat; quas, cum causæ essent ante res omnes creatas in Deo sempiternæ, iccircò sibi boni nomen magis vendicare confirmabat, & Deum (cujus αὐθυπόστατος est sapientia) privilegio quodam Nominis dici Bonum statuebat, quia sit summè bonus & fons ac origo omnium bonorum. In disputatione de summo Bono seu Idea Boni non locutus est Plato de humanis Ideis seu speciebus & notionibus humanæ menti impressis.

Κοινὸν interdum distinguitur à καθόλου: sicut commune Scotus distinguit ab universali, ut illud generalius sit, hoc specialius. Essentia divina communis est communitate reali, non universali: non est universalis, hoc est non divisibilis, nō plurificabilis. Vide Damascen. c. 4. PONI VOCEM ἀπὸ κοινοῦ est poni vocem seu verbum communiter ad plura membra periodi. Joach. Camerar. Dicitur & conjungere verbum ἐκ τοῦ κοινοῦ cum superiori vel superioribus: & ἐκ τοῦ κοινοῦ repetere verbum aliquod.

Κοιναὶ ἔννοιαι.

Communes sententiæ aut sunt Topicæ, aut Problematicæ, aut apodicticæ seu epistemonicæ: Ex illis verum probabile efficitur Itaq; sunt loci communes, ex quibus argumenta in utramq; partem ducuntur. Sunt pronuntiata quædam maximæ seu generalia & indefinita ad quodvis problema logicum confirmandum & infirmandum. Hæ verò sunt propositiones necessariæ, qualia sunt axiomata & principia οἰκεῖα atq; immediata ex natura cujusq; subjecti & attributi deprompta, & quibus propria attributa subjectis suis necessariò connectuntur, de quibus in doctrina de demonstratione agitur. Vid. Gasp. Laurent. in observ. de Theolog. Disput.

Κοινῇ, ὅλως.

Κοινῇ Aristoteli est idem quod universè. Καθόλου. In genere. Schol: In communi. Sic Aristot: 8. c. 3. Eth. Κοινῇ μὲν οὖν &c. Ac de virtutibus quidem universè à nobis dictum est. ὅλως apud Arist. est lib. eod. c. 2. propter hoc adeò peccatum homines efficiuntur injusti καὶ ὅλως κακοὶ, id est, & ut semel dicam, mali; Ita rectè vertit D. Lambinus.

Qui de rebus honestis & justis, καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς, id est, & ut semel dicam, de civilibus utiliter auditurus est. lib. 1. Eth. c. 3. Potest & dici, Ac ut in universum dicam: Sic Zuinger. loquitur post aliquarum specierum enumerationem, in fine Schol. in 6. Eth. Facit hæc loquendi ratio λόγον συντομώτερον, i. e. orationem breviorem.

Κρίσις.

Oratoribus & Logicis Κρίσις est judicatio, judicium. Medicis Κρίσις est præ-

ceps

ceps & subita morbi, præcipuè febris, vel acuti, in statu ejus ad salutem vel perniciem permutatio & humoris peccantis excretio. Vel est Naturæ cum morbo pugna; est morbi resolutio seu διάλυσις. Nam Κρίνειν Græcis etiam est separare, velut per cribrum excernere aliquid, decertare, pugnare. Putrida κρίνεσθαι Hippocrati lib 4. de artic. est putrida excerni, & Homero κρίνεσθαι ἄρει est prælio decernere. Vid Joh. Lang. epist. lib. 1. Galenus tamen lib. 3. Prognost. Crisin à κρίνειν dictam ait significato judicationis. Hunc sequitur Nicol: Leonicenus. Hic sis licet ἀγχίνας &c.

Κριτικοί.

Critici sunt Censores & judices alienorum operum Dies critici sunt dies judiciarii, quos quidam vocant Decretorios, de morbis. Fortunat' Crellius in comm. in 5. Aristot. ἀκρόας. pag. 150. habet sequentia.

Dies criticus hoc est judicans, in quo crisis seu judicium fit. Crisis autem est subiti morbi mutatio. Translata vox à foro ad morbos est. Sicut enim in foro atrocissima inter eum, qui accusat, & qui accusatur, pugna est: Sic in Crisi, sive die critico, acerrimè cum morbo natura, vel morbus cum natura confligatur, ut subinde quasi sententia ægrotanti de morte, aut vita, sit expectanda. Fit autem hæc mutatio quatuor modis, & quidem certis diebus: aut enim confestim à morbo æger liberatur, aut evidens in melius mutatio fit, aut statim moritur, aut in deterius res vergit, ut in primo Epidem: tradit Hippocrates. Prima mutatio simpliciter Crisis nominatur: Altera imperfecta crisis; Tertia mala: Extrema imperfecta & mala: de qua re Galenus in lib. de crisibus.

Dies critici ut Hippocrates & Galenus tradunt septimus, quartus decimus, vicesimus & alii sunt, quibus si mutatio contingat, naturali modo, ut assolet contigisse dicitur; sin alio die, præter, naturam, quia præter ordinem consuetum.

Critica, κριτική doctrina vel facultas est judiciaria, i.e. de judicio. Hæc est tum simplicium tum compositorum, & dispositorum.

Interdum Critice usurpatur pro altera logicæ parte quæ opponitur inventrici: Et idem est quod collocatrix. Sic accipiunt Ramæi.

Κυκλοῦν.

Κυκλοῦν & κυκλοῦσθαι sunt circulari, ut loquitur Cicero, & Seneca, circumvenire & in medio concludere, **umbringen** qualis κύκλωσις fit in præliis. Porrò Seneca verbum circulari de circulatore dixit, seu circum foraneo, impostore & præstigiatore, qui Græcis est ἀγύρτης. Unde ἀγυρτεία, i.e. circulatio. Cicero in Bruto Circulantem dixit pro eo, qui in circulo caput confert, id est, cum aliis colloquitur, quod judicium est auditoris animum orationi non advertentis. Circuli autem Ciceroni 5. de Finibus sunt cœtus hominum in orbem collectorum & inter se fabulantium. Semicirculi sunt sessiones capita conferentium & colloquentium.

Τὰ κύκλῳ.

Aristoteles τὰ κύκλῳ vocant 1. quæ rei naturam non constituunt, sed sunt externa & accidentium more circumstant. 2. quæ ad finem tendunt lib. 3. Eth. cap 12. Κύκλῳ διδάσκειν est nihil omittere in docendo, perfectè docere, recto tractu & ordine docere. Sic θεραπεύειν κύκλῳ, circulo curare. Ἐν κύκλῳ

παιδεία est omnium artium disciplina. Cyclica Poësis est, quæ rem totam ab ipsis initiis ad finem usq; ordine exponit.

Ὁ ἄνω κύκλος, orbis qui sursum est.

2. Manil:

Ultima quos sursum orbis habet fluitantia signa.

Ἑλληνίζει hic Manilius.

Κύκλος.

κύκλος 1. ponitur pro circulo Plat. epist. 7. 2. per globo apud Aristotelem de mundo 3. κύκλος ab Oratoribus græcis sumitur pro figura Rhetorica, quæ Epanalepsis dicitur. 4. Item pro cœtu hominum in orbem collectorum, quæ & aliquando corona dicitur 5. Dialecticis est argumentatio Cyclica, id est rediens in orbẽ 6. Hippocrates κύκλους vocat locũ sub oculis, qui in speciem mali extuberat 7. Quidam etiam sic vocarunt quadras in mensa.

Κτῆσις.

Ἡ κτῆσις primo significat ipsam rem & substantiam, οὐσίαν, ὑπάρχοντα, id est quicquid est in bonis 2. acquisitionem rei seu bonorum 3. Possessionem bonorum quæ finis est χρηματιστικῆς.

Κτητικὴ est ratio rei procurandæ Latine pecuniaria. Differunt autem κτῆσις & κτῆμα seu τὰ κτήματα ut totum & partes. Nam κτῆσις est multitudo κτημάτων, id est eorum quæ habentur in bonis, est res & substantia universa, quasi unum corpus. Τὰ κτήματα sunt velut membra & partes illius singulæ.

Ant: Montecatinus 1. comm. in lib. 1. Civil. Aristotelis. κτῆμα est res necessaria ad vivendum, instrumentum ad vitam, pars κτήσεως seu quod ἐν τῇ κτήσει continetur,

Xenophon in principio Oeconomici τὰ κτήματα vocat quæ cuique utilia sunt, & amicos potissimum.

κύριον.

κύριον 1. significat proprium. 2. Principale seu potissimum seu præstantissimum, ut in Logica κύριον αἴτιον, princeps causa, quod etiam dicitur αἴτιον ἀντιεργὸν, cui opponitur αἴτιον seu principium minus principale, ὑπουργὸν, ut instrumentum. τὸ κυριώτατον τοῦ παντὸς, quod est in universo præstantissimum, Arist. dicit in 2. l. de Cœl. Idem usus Demosth: Legim⁹ etiam κυρίαν ἡμέραν. Est apud Gal. τὸ κῦρος (principatus) θεραπείας. Et in 5. de locis, τὸ περικάρδιον τῶν ἀκύρων ἐστὶ μόριον, id est non est membrum primarium. Sic αἴτιον ἄκυρον dici potest non tantum causa impropria, sed etiam causa non primaria, sed secundaria. Vid. Scal. in lib. 2 de Plant. p. 349. κύριον δεκτικὸν vel objectum est vel proprium, οἰκεῖον, seu adæquatum: vel principale.

Κύριον significat	Proprietatem.	In virtute videtur esse τὸ ἀρχικόν: Nascitur ab ea actio. Quod obtinet κύριον seu principatum, dicitur ἡγεμονικὸν à veteribus Philosophis.
	Principatum.	

Κυριώτατα δόγματα sunt vel decreta principalia & ratissima (maximè rata), vel sententiæ maximè selectæ.

Ciceroni κυρίαι δόξαι Epicuri significant ejusdem ratas sententias. Ramus κυρίας δόξας lib. 12. Metaph. Schol. interpretatur selectas brevesq; sententias.

In

In lib. Alcinoi sunt Platonicorum κυριώτατα i. e. maximè selecta & propria, nec tamen iisdem maximè rata, quia ex his pleraq; Alcinous non ut rata proponit, sed dubitando selegit tanquam maximè probabilia, ex Jac. Carpentarii judicio.

Κυρία virtus, id est perfecta, longo usu & exercitatione confirmata & acquisita, quæ aliâs Aristot. dicitur ἁπλῶς 6. Eth. Nicom. & ult. opponitur φυσικῇ, id est naturali, seu nobis congenitæ quadantenus, id est quod ad semina & rudimenta quædam attinet.

LITERA Λ.

Λανθάνειν.

Aliud est λανθάνειν aliud ἐπιλανθάνεσθαι. Illud est latere, ἄδηλον, obscurum & incognitum esse, ut μὴ λανθανέτω δὲ ἡμᾶς. Eth. 1. c. 3. & Topic. 1. Sed hoc nos non lateat, id est non debemus hoc ignorare. Hoc verò est oblivisci, immemorẽ esse. Joach: Perionius igitur rectè reprehenditur á Lambino quod λανθανέτω verbo obliviscendi reddidit.

Λείπεται.

Λείπεσθαι cum Genitivo junctum idem est quod superari, inferiorem esse. Arist. 6. de Morib. c. 10. Εὐβουλία λείπεται διανοίας, Bona consultatio cogitatione seu mente est inferior. 2. de anima. Aliter etiam hunc locum verterunt, sed vitiosè. Ἐν μὲν ταῖς πολλαῖς αἰσθήσεσι λείπεται πολλῶν τῶν ζώων. Ælian: de Gorgia & Protagora. τῇ δὲ σοφίᾳ τοσοῦτον ἐλλείπεντο (tantum superantur) ὅσον ἀνδρῶν παῖδες (quantum pueri à viris.) Λείπεται absolutè positum cum particula ἄρα nota conclusionis est, ut,

Relinquitur igitur. Apud Aristotelem.

Λειτουργία.

Λειτουργία est à voce λειτὸν & ἔργον & significat 1. munus seu curationem seu ministerium in genere. Ita etiam Naturæ convenit, ut hæc sit Dei & hominum λειτουργός. Sic Arist. 3. de part. λειτουργίαν oris dixit. 2. munus publicum, seu quod publicè mandatur alicui ad obeundum & exequendum. Ita λειτουργεῖν est muneribus publicis fungi Aristoteles 2. polit. κοινὰς λειτουργίας habet. De diversis leiturgiis Athenensium vide Joach. Camerarium.

3. In Ecclesiastica disciplina vocarunt λειτουργίας Sacrarum rerum publicas actiones, quas interpretantes officia dixerũt, inquit Camerarius. 2. Cultus Dei dicitur λειτουργία θεοῦ à Græcis Theologis, imò ab Aristotele etiam ipso. Λειτὸν autem idem quod publicum est seu δημόσιον. Aliâs λήιτον solutione Jonica, qua voce significari ædes publicas seu curiam seu πρυτανήιον, ait Herodotus. οὐσία ἀλειτούργητος idẽ est, quod bona libera ab onere publicorum munerum, quæ una voce est immunitas.

Λέξις.

Λέξις 1. est dictio: unde λεξικὸς, scriptor dictionarii, ut Suidas, qui ita dicitur κατ' ἐξοχὴν per Synecdoch: 2. est sermo, locutio, oratio, elocutio. Ut λέξις πεζὴ, oratio soluta seu pedestris 3. est dialectus, ut λέξις ἀττικὴ 4. est character dicendi seu styl⁹. Opponitur τῇ διανοίᾳ, cùm dicitur quasdam figuras esse λέξεως. λέξις variè dividitur. Divisiones vide in lib. De copia verb. & rerum Erasmi. E quibus hæc valde trita est, λέξις est propria, id est vernacula, vel barbara. λέξις seu dicto βαρβαρίζει

vel ἁπλῶς, vel πῶς. Ἁπλῶς ut μειζοτέρα in 3. epistola Johannis pro μείζονα. In 2. epistola Petri παραφρονία pro παραφρόνησις vel παραφροσύνη. Apud Paulum βαρβαρίζει ἡ λέξις πραιτώριον. Est enim externa, id est latina sed tum hæc ita consuetudo usurpata fuit, ut vicissim Græco sermone latina verba frequentarentur quemadmodum olim Græcis verbis latinus sermo auctus fuerat. Apud eundem βαρβαρίζει μακέλλῳ (Græci dicunt κρεοπωλίῳ.) Est enim externum vocabulum confusis linguis illo tempore. Apud eundem Joachimo Camerario, è cujus fontibus hi sunt rivuli, βαρβαρίζει πῶς dictio συμπολίται. Nam ut, inquit, πολίτας Græci, ita latini cives dixerunt, non συμπολίτας, neq; concives, sicut neque contribules aut concuriales. Sed cum Plato dixerit συμπολιτεύεσθαι, συμπολίτης quoq; pro Græco habeo.

Λέξις ἐξωτικὴ est dictio peregrina: κοδράντης est quadrans. Taxatio videtur mihi esse ejusmodi vox. Gallica enim forte est à græco τάξις. Taxare est ἀξίαν τάττειν, indicare pretium.

Λιτότης.

Litotes in Ethicis significat simplicitatem & tenuitatem in victu. Eam interdum affert lex sumptuaria.

In Oratoria & Poëtica significat extenuationem rei magnæ, quæ modestiæ causa interdum fit: Vel ipsam figurā, qua dicitur minus & plus significari, quæ interdum dicitur ὑποκορισμός. Pro Rege Dejotaro Cicero dicit: Minimè stultū ὑποκοριστικῶς seu per λιτότητα seu imminutionem. Sic ad Brutum: Cedebatis vos, pro fugiebatis: quia fugere Stoici negant esse sapientis. Sic secessio pro fuga frequentatur. Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur: voce cadunt plus significatur, nempe etiam neglecta pereunt. Vide N. Frischl. Paraph. in Bucol. & Cælium secundi in explicat. Orat. pro R. Dejota: Alii vocant Liptotē vitiosè.

Λόγος.

Hæc voce significari modò sermonem, verbum, orationem, modò rationem, notum est. Interdum significat nugas, sermonem fabulosum, inanem cum fraude conjunctum, verba. In Theologia singularis ejus usus est. Vide infrà tabulam ex Damasc.

Λόγοι.

Λόγοι ἀμετάπτωτοι sunt argumentationes immobiles; sicut sciens dicitur ἀπτωτος καὶ ἀμετάπτωτος, quod non solum in principiis non hallucinetur, sed vera sentiens, sic sit animo confirmatus, ut rationibus oppositis non moveatur & earum falsitatem videre & coarguere possit. Ita Jacobus Schegkius: non solum ea quæ sciuntur firma & stabilia esse, sed eum, qui scit, ita animo affectum esse oportet, ut contrariis rationibus à sua nequeat dimoveri sententiā 2. demonst. lib.

At λόγοι μεταπίπτοντες sunt Syllogismi erroris, scientiæ oppositi, ut cum persuadetur alicui opposita veris principiis esse veriora. Λόγοι ἐπιστημονικοὶ sunt argumentationes seu rationes scientificæ; iis opponuntur στοχαστικοὶ cōjecturales & parientes opinionem.

Λόγοι ἀποδεικτικοὶ καὶ οἰκεῖοι sunt rationes demonstrativæ, & vernaculæ, id est propriæ alicujus scientiæ. Quibus Aristoteles opponit κενούς, λογικοὺς ἀλλοτρίους ἀσυλλογίστους, seu τῆς ἀπάτης, πλασματώδεις, ψευδογραφήματα, inanes verisimiles, communes, petitas ἐκ τῶν ἔξω, alienas, non appositè translatas, deceptorias, & sophisticas, quod discrimen non nôsse est ἀπαιδευσίας. Cum communes rationes pro priis

priis assumuntur, ψευδογραφημα est.

A κενοῖς est κενολογεῖν, id est, nugas afferre pro demonstratione.

λόγος πλασματικὸς (ratio ficta fabulosáq;, ratio fictionis) apud Aristotelem oppositam habet rationem veram.

λόγοι φαῦλοι sunt rationes futiles, quibus facilè occurri potest instantia. Schegkius demonstrat. 5. pag. 153.

λόγοι ἀκανθώδεις apud Lucianum, id est disputationes spinosæ, ut vertit Erasmus. λόγοι ἀργοὶ quasi ἄεργοι, sunt. otiosi & inutiles.

λόγοι αἰνιγματικοὶ sunt occulti, valde obscuri. λόγοι ἔξω (exteriores) opponuntur λόγοις ἐντὸς, ἔσω, ἐν τῇ ψυχῇ, relatis ad διάνοιαν Vid. l. 4. demonst. Schegk. in fin, pag. 126.

λόγοις ἐπιστημονικοῖς interdum etiam opponuntur ἐπαγωγικοὶ, seu ἐπακτικοὶ ut perfectis imperfecti: atq; hi illis sunt priores. Nam discendo subinde nova καθέκαστα, quæ prius fuerunt incognita, per inductionem seu ἐπακτικοὺς Syllogismos subiiciuntur. Sic discédo pervenimus ad Syllogismum perfectum, nempe ἐπιστημονικὸν, quo jam non discere, sed scire aliquid judicamur: Cujus partes comparantur ὡς ὅλον πρὸς ὅλον (ut totum ad totum) cum sit conclusio non minus καθόλου quam præmissæ, & omnes inter se termini Syllogismi demonstrantis sunt ἀντίστροφοι, id est reciproci. Schegk. 2. demonst. At in ἐπαγωγικοῖς Syllogismis partes Syllogismi comparantur, inter se ὡς ὅλον πρὸς μέρος (ut totum ad partes). In Epagogico Syllogismo, major est præcognita (quæ anticipata notitia dicitur): minor inductione sensus noscitur, quæ pars est Majoris.

λόγοι τεχνολογικοὶ, λογικοὶ, νοηματικοὶ sunt Syllogismi notionales, qui constant notionibus secundis, seu quorum propositiones majores sunt Canones logici: & Scholasticis dicuntur Intentionales. His opponuntur Reales. qui constant ex meris notionibus primis. Prioris exemplum. Nulla causa est posterior effectu. Sol est causa diei. Ergo Sol non est posterior die.

λόγος ἐμπαθὴς dicitur, qui commovendi vim habet. Sic Joachimus Camerarius in explic: Murænianæ: Ita fit λόγος ἐμπαθέστερος ad permovendos animos judicum, & benevolentiam ac favorem invidiâ nimiè injustâ laborantium convertendos.

λόγος χαριστήριος, oratio per quam aguntur gratiæ.

λόγος σπερματικὸς: cognovit Adam Evam uxorem suam: quo scriptura honestè coitum solet innuere 4. Genes.

λόγοι id est ὁρισμοὶ, prædicatorum alii sunt πρῶτοι Aristoteli, qui sunt ἐννοηματικοί: alii λόγοι ἔσχατοι, qui sunt ὑλώδεις, c. 2. Phys. Aristot. Hic λόγος significat definitionem, quæ prima est vel ultima. Vid. 5. demôst, Schegk. pag. 118.

Ex Damasc.

λόγος
- Increatus ὁ ἔνδον, intestinus, ὁ ἔσω, internus, ut hypostaticus, τῷ πατρὶ ἀεὶ συμπαρὼν, Verbum Divinum.
- Creatus, Accidentalis.
  - ἐνδιάθετος, ὁ ἐν καρδίᾳ λαλούμενος, sermo quem in corde loquimur, mentis conceptus, id quod quis intus sentit.
  - ὁ ἔξωθεν, externus, ἀγγελος νοήματος.

λόγος

Λογος	ὁ ἔνδον, qui intus est	Increatus,	ὑποστατικός.
		Creatus	Angelicus
			Humanus.
	ὁ ἔξωθεν seu προφορικός, externus, Hominis, cùm loquitur.		

Λογίζομαι, λογίζω.

Significationem habent decreti, arbitrii, reputationis, cogitationis, Imputationis. (Sic accipit Aristot. 2. Oecon.) supputationis (Ita Arithmetica dicitur Logistica) Ratiocinationis seu conclusionis seu συλλογισμῦ. Rom. 3. λογιζόμεθα (id est concludimus, firmiter inferimus) igitur fide justificari hominem absq; operibus legis. Conclusio hîc Apodeictica est. Seb. Castell. vertit censemus. Rom. 8.36. Ἐλογίσθημεν, habiti sumus, aestimati sumus oves destinatae mactationi. Idem Apost. hoc verbo utitur Rom. 4. de justitia imputata, cum dicit imputari fidem in justitiam & imputari justitiam (per fidem). Pro cogitare accepit Apost. Rom. 2. v. 3.

Usus. Ob:

Paulus in propositione de justificatione hominis coram Deo utitur verbo λογίζεσθαι. E. Paulus non asserit hominem fide justificari, sed putat solummodò. Resp. ex vi vocabuli: λογίζεσθαι non apud Paulum solum, sed in universum apud scriptores Graecos significat non solum reputare, sed ratiocinari seu rationem deducere, vberschlagen & collectis rationibus firmiter concludere seu asseverare. Theophylactus legit συλλογιζόμεθα: quod facem allucet Paulino verbo. Ἐλογεῖσθαι est esse in ratione, haberi alicujus rationem, reputari seu existimari seu judicari seu haberi pro aliquo. Interdum opponitur τῷ εἶναι, i. e. Esse. Rom. 5. Peccatum non ἐλλογεῖται (non reputatur) cùm non est lex. (peccatum tamen erat tum cum nondum lata esset Lex.)

Λογότροπος.

Logotropus est argumentationis compositae forma compendiosa, ut, si vivit, spirat, τὸ δὲ πρῶτον atqui primũ: ἄρα τὸ δεύτερον, id est, igitur & secundum. Inventa haec ratio compendii gratia. Suidas. Usus ejus est in Syllogismo connexo & disjuncto.

Λογισμός.

Λογισμὸς 1. significat cogitationem considerationem σκέψιν 2. ratiocinationem Syllogismum & dicitur etiam interdum Epilogismus. 3. imputationum. Logismus κοινὸς est Physicis sensus communis interior, qui & aliquando γνώμη dicitur.

Materiam primam cognosci νόθῳ λογισμῷ seu νόθῳ λόγῳ est cognosci ratione seu intellectione non recta, obliqua, obscura, umbrabili, adulterina, seu spuria. Etsi à jurisper: spurii ac nothi distinguantur. Spurii enim iis sunt quorum pater ignoratur. Nothi vero qui non sunt ex justis nuptiis procreati, quamvis pater eorum notus sit. Λογισμὸς ἐσώς Polybio est cõstans & firmaratio. In Rhet. quidã Logismum à dialogismo distinguunt, ut ille fiat sine collocutione, hic v. constet in-

Digitized by Google

interrogatione & responsione, cujusmodi est communicatio. Audomar. Tal.

λογικόν.

Logicum 1. generalissimè accipitur pro eo quod est Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, ut cum dicuntur tres artes logicæ.

2. Strictè pro rationali, ratione prædito, pro eo quod est organi rationis, ut homo est animal natura logicum.

3. Strictissimè pro probabili, non necessario, non apodictico, minus exquisito, communi, vel etiam vano (κενῷ) ut rationes logicæ, seu dialecticæ. Homonymia aut genus logicum, aut genus exquisitum evertit. Sic res est Homonymum, quod genera summa logica Categoriarum confundit. Sic spiritus est Homonymum, quod genera exquisita confundit. Quamvis n. logicè dicatur de Deo & de spiritibus creatis, tamē Deus à spiritibus creatis plusquam genere exquisito distat. Claudius Alberius in Categ. Aristotelis. Idem. Quædam sunt homonymiæ, quæ genus logicum evertunt, sunt etiam quibus genus exquisitum obscuratur. Ita etiam sunt synonyma logica (quæ interdum loco exquisitorum generum in accuratis tractationibus necessariò usurpantur): Sunt quoq; synonyma exquisita. Rationes logicæ, id est communes, opponuntur propriis & realibus, ut physicis.

λύτρον.

Λύτρα veteribus fuerūt ἄποινα, quæ tamen vox magis Poëtica est. Est autem lytrum pretiū liberationis seu redempti captivi. Λύτρωσις propriè est redemptio seu liberatio captivi, qui redimitur pretio aliquo impenso, quod est λύτρον. Aristoteli 5. Nicomach: λυτρῶσθαι μνᾶς est redimi mina: & Platoni in Theæteto ἔλυτρον χρημάτων est pecunia redemptum liberaret. Ἀντίλυτρον etiam dicitur, cum caput capite, vita vita redimitur Christus dedit se pro nobis ἀντίλυτρον (pretium redēptionis nostri) est apud Paulum: ubi ἀντὶ habet significationē τοῦ pro vicis, paritatis: ab ἀντιλυτρόω. Λίτρα autem latinis est libra, tam numi, quàm ponderis significatione. Joh: Evang: usus est 12, cap.

LITERA. M.

Μαργίτης, Μαργείτης.

1. Margites nobili patre natus eversa Troja suppetias laturus Priamo venustam, uxorem duxit virginem, ne.; tamen illi se commiscere ausus est. Astuta virgo, viri appetens, se vulneratam in pectine asserit neq; alia ratione quā virilis membri immissione linamēti loco se curari posse conqueritur: uxoris igitur salute pellectus Margites dum Chirurgum se præstare cupit, è mariti officio functus est.

2. Hinc Margites accipitur pro nobili homine ignavo vel per se ad nihil utili (quē D. Mel: vocabat Schlüngelinū, Saxones Ein dögge nicht vox n. facta est à μὴ & ἔργον) vel pro inepto ad Arithmetica capienda Nam scribitur Margites ultra quaternarium numerando progredi non potuisse.

3. Fuit & μαργείτης, Margites; titulus operis, quod à nonnullis tribuitur Homero, à nonnullis Pittaco Eras: Roter: in prov: ex Eustathio ultra quinariū. Sic accepit Arist. l. 6. Eth. Nicomach:

cap.7. Vide Lambini annotat ad hoc caput.

μέλλω.

μέλλω, futurus ſum, habet ſæpè ſignificationem rei voluntate & ſtudio & eventu futuræ, ait Camerarius, ut μέλλω λέγειν. In eo ſum, ut dicam. μέλλω κτανεῖν σοῦ θυγατέρα Hoc ago ut interficiam tuam filiam: μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι, τὰς οὔσας τέ μου, καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν. Aliquid ille ſemper agere volens ſeu acturus ſeu, ut ita dicam, acturiens corrumpit univerſam ſpem meam præſentem & abſentem. Eſtque omnino in verbo ſignificatio conatus cum mora. τὸ μέλλον ἔσεσθαι eſt eventus rei. Interdum μέλλω eſt debeo. Τάδε μέλλετ' ἀκουέμεν, hæc debetis audiſſe, hæc par eſt vos cognoſcere apud Homer:

μεταβολή
- Subſtantialis.
- Accidentalis vel artificioſa.

Utraque eſt
- Ordinaria.
- Extra ordinaria ſeu divina.

Naturalis ſubſtantialis dicitur μεταμόρφωσις & μετακίνησις οὐσιώδης.
- Transelementatio μεταστοιχείωσις
  - Converſio unius elementi in aliud.
  - Reſolutio miſti in elementa.
- Corruptio per
  - φθορὰν, ut eſt Mors animati.
  - Putrefactionem, σῆψιν.

Extra ordinaria ſeu divina ſubſtantialis.
- Poſitiva
  - Transſubſtantiatio, μετουσιασμὸς, tranſitus ſeu converſio totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam.
  - καθ' ὅλη, converſio formæ manente materia, ut cum aqua mutatur in vinum
- Prorſus negativa Annihilatio, οὐδενισμὸς, οὐδένεια, & OMNIMODA, qua res dicitur οὐδενοῦσθαι, id eſt in nihilum recidere (Scalig.) in nihilum evaneſcere. (D. Scholaſt.)

μεταβολή
- Simplex, recta.
- Circularis, id eſt mutua & viciſſitudinaria. In univerſa natura eſt mutua ac viciſſitudinaria μεταβολή.

Acci-

Accidentalis
- Propria
  - Βελτίωσις correctio & mutatio in melius. Melioratio. Ejus species μεταποίησις rei in aliam conditionem translatio seu μετάστασις ut cum panis mutatur è cibo corporeo in spiritualem seu sacramentalem.
    - Absoluta, ut Christi & Beatorum transfiguratio.
    - σχετική: Respectiva, sacramentalis.
  - Μείωσις; ut cum è valente fit ægrotus.
- Impropria, Scaligeri naturalis transsubstantiatio, quæ est transitus substantiæ in substantiã, per rarefactionem. Exer. 8. Hic non fit propriæ formæ mutatio; alioquin esset γένεσις.

Μεταποίησις.

Μεταποίησις est alicujus in melius mutatio, refectio, reformatio, exornatio, transformatio, in melioris status qualitatem provectio, evectio in altiorem gradum seu dignitatem, exaltatio B. sublimatio.

In Theologia cum agitur de Christo, distinguitur ab ἰδιοποιήσει seu οἰκειώσει & κοινοποιήσει. Ἰδιοποίησις seu οἰκείωσις est appropriatio vel alternata attributio nominum, quæ vocatur κοινωνία ἰδιωμάτων: ut Deus est passus (carne.) Κοινοποίησις est operationum κοινωνία ad effectum unum θεανδρικόν: ut Christus est redemptor & vivificator, (secundum utramq; naturam) per κοινοποίησιν. Μεταποίησις est carnis Christi majestas dignitas & eminentia ex unione seu ἑνώσει hypostatica, unctione & merito obedientiæ, excellētia donorum habitualium, μετοχὴ, id est societas honoris, ἀποθέωσις μετάδοσις divinorum attributorum, evectio ad thronum majestatis.

Hæc μεταποίησις est interna vel Externa. Interna, ut summa cum Deo conformitas, summa sapientia. Externa, cultus qui exhibetur ei, ut claritas corporis, de qua Augustinus, quod impii in forma servi clarificata judicantem visuri sint.

Idem Tract. in Joh. 78. Naturæ humanæ gratulandum est, eo quod sic assumpta est à verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dextram patris.

Metathesis Metagrammatismus, carmen Metatheticum.

1. Est metathesis Grammatica literarum: unus è Metaplasmis, ut κραδία pro καρδία.
2. Est Metathesis logica, transpositio assumptionis in locum propositionis, & contra; in conversione Syllogismorum 2. & 3 figuræ, vel in Syllogismi Crypsi.
3. Rufino Metathesis est figura, cum quod ante dictum est, postponitur, & quod post dictum est anteponitur, ut eripis, ut perdas, perdis ut eripias. Hæc figura aliâs videtur dici ἀντιμεταβολή.
4. Oratoribus etiam Metathesis αἰτίας est translatio causæ facti, quæ color aliâs dicitur Donatus in Phormi.
5. Matathesis clavis in alium locum Musica est.

6. A figura Grammatica, quæ metathesis dicitur, metrum vel carmen quoddam dicitur Metatheticum, quia fit in eo literarum transpositio, seu metagrammatismus. Exempla ejus subijcio.

Roma dictio est Metathethica in se habens voces significantes septem Armo, Mora, prima longa & prima brevi, Maro, Ramo, Amor, Ora. Hinc carmen in quo *Roma* viatorem alloquitur ænigmaticè.

R oma *vocor, tanto me Romulus auxit honore*
Nomine magnifico gaudeo sæpe meo:
Litera quæq; licet fuerit transposta subindè
Certa tamen remanent significata mihi.
Conveniunt septem voces, quas procreo Roma
Ceu septem colles diligo sede mea.
Ad me qui veniunt tractare negotia summa.
His loquor, expecta, sit quoq; parva Mora
Et Maro *percelebrem Romanam reddidit* Oram,
Post oram Trojæ sæpius Arme *canens.*
Flumina fluxerunt terra hac instantia Mora,
Ob varias cædes Martyriumq; sacrum
Inq; uno Ramo *virtus vitiumq; virescit*
Est in me fluxus, deinde beatus Amor.

Explicatio.

Roma est principium, sonat ultima dictio Romæ;
Si vertatur Amor, Roma *triumphat amans.*
In reliquis lateo, me collige; Roma *nitebit,*
Armo, oram, Ramo, mora, maro, mora amor
Res mira est dictu, statuit vox unica Roma
Pentametrum versum: lector amice vale.

Aliud exemplum, in quo habes duas dictiones significativas & diversam significationem in iisdem literis *Mare Eram.*

Est Mare, quod navis penetravit cursib. amplis
Erma *nisi jussit non bene tuta volat.*
Orta maris spuma Venus Aphrodita putatur,
Fœmina Mera, *ideò sacra parabit ei.*
Quando pudicitiam spernens Emar *undiq; duxit?*
Aeternæ noctis quis negat esse Ream.
Haud Amer *ipse mari, tu dicis rustice, at* Arme
Arridens fructus Rame *tuòsne tegam?*
Si modò semper Arem terram, Mera vina dabuntur.
Non quod Eram, *videam si* Mare *semper, ero.*
Ergo petat, quicunq; cupit maris horrida regna.
Sub ramo potius tale ego carmen amo.
Rame, arem, eram, ream, amer, mera, mera, mare, erma, emar, arme.
Quid sibi versiculus signat habere cupis?
Quæ præcesserunt ex hoc desumpta fuere
Unica vox peperit bis Mare *quinq; sonos.*

Sic dictiones, non esse senes, *si retro legantur sensum, quem ante habuerũt servant,*

Μετάληψις.

1. Oratoribus est translativa causæ constitutio, tanquam exceptio quædam: vel cum ab antecedente consequens insinuatur. Virg. speluncis abdidit atris, id est, tenebrosis, profundis.

2. Metalepsis est notionũ permutatio, ut definitionis per nomen & nominis per definitionem: ut metalepsis λόγε ἀντὶ ὀνόματος debet adhiberi si sit ambigua significatio. Me-

Digitized by Google

Metalepsis est, cum ignotiora vocabula explicantur notioribus, cum Synonymum permutatur paronymo.

Μεταλλευτά.

Μεταλλευτὰ Theophrast. lib. de lapidibus vocat universè, quæcunq; μεταλλεύεται, id est è terra fodiuntur & eruuntur. Arist. μεταλλευτὰ non nisi metalla vocâsse videtur, cetera ὀρυκτὰ fossilia; communem appellationem secutus, quanquam & μεταλλευτὰ ὀρυκτὰ sunt, & ὀρυκτὰ μεταλλευτά. γεωφανῆ vocat Theophrastus illa fossilia, quæ terræ speciem habent, imò quæ terræ sunt insigni aliqua nota prædita (τῇ ὄψει τὸ περιττὸν, excellentiam, præstantiam, ἔχουσι) quam adeptæ sunt à mistione aut metalli aut succi.

Μεταμόρφωσις, Metamorphosis.

Metamorphosis (rei in alienam formam mutatio)
- rerum, Physicarum
  - *Physica*
    - *Substantialis*, Formæ substantialis
    - *Accidentalis*, Formæ accidentalis. Transfiguratio.
  - *Hyperphysica.*
- Versũm *Poëtica* (metri in alias formas mutatio, vel per alienas formas variatio)
  - *Directa*, cum retro simpliciter legitur versus nihil addendo, nihil auferendo.
  - *Indirecta*, cum dictionum formæ eædem hinc inde ponuntur, ut aliquid addatur, aut auferatur, aut transferatur.

Exemplum directæ. Trochaicum
Optimum jus, lex amica, vox diserta.
Jambic: *Diserta vox, amica lex, jus optimum.*
Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.
Verte, erit pentameter:
Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.
Indirectæ exemplum phaleucium est.
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetuo una dormienda.
In senarium sic vertitur jambicum
Nobis semel cum per brevis lux occidit,
Nox una cunctis dormienda perpetim.
Suis & ipsa Roma viribus ruit, Jambic: est Senarius:
Sic vertitur in pentametrum:
Roma suis etiam viribus ipsa ruit.
Jambicus. *Bonis superba Roma frangitur suis.*
Hinc pentameter
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.
Nam sera non est ad bonos mores via. Pentameter hinc est:
Nam non ad mores est via sera bonos.

Directa	Trochaica	Indirecta	Phaleucia, in sapphicum, vel contra phaleucia in jambicum trimetrum.
	Pentametra		Jambica in pentametrum vel contrà.
	Hexametra		Jambica in jambicum. Asclepiadea in pentametrum.

Hæc Metra vocantur etiam Metaplasta.

Metamorphosis Trochaici est, cũ mutatis sedibus & regionibus, non vocibus, ex Trochaico carmine jambicum efficitur, ut optimum jus, &c.

Metamorphosis pentametrica est, cum ex pentametro fit jambicum. *Altera regressu meta recursa meat.* Verte jambicum habebis.

Meat recursa meta regressu altera.

Metamorphosis Hexametrica, cum ex Hexametro fit pentameter.

Es placida superis crux, hinc & navita mundo.

Mundo navita es, hinc crux superis placida es.

Metamorphosis phaleucia in Sapphicum, unius tantum pedis transpositione à Sapphico differt.

Si enim Trochæus quinta sede positus, in phaleucio primo loco ponitur, Sapphicum metrum constituetur, & si Trochæum, in metro Sapphico prima regione locatum, in quintum locum transtuleris, habebis phaleucium.

Phaleucium in jambicum senarium transit unius syllabæ adjunctione & verborum permutatione, ut Nobis cum semel &c.

Metamorphosis jambica est, cum metrum jambicum, vel additione, vel transpositione verbi mutatur in pentametrum. Eadem ratione pentameter versus mutabitur in jambicum trimetrum detractione & transpositione facta aliqua.

Ex trimetro seu senario jambico fit dimetrum seu quaternarium metrum sublatis duobus pedibus.

Metamorphosis Sapphica in phaleucium facilis est, quia Sapphicum metrum tot habet loca, quot phaleucium, & ex iisdem omnino conficitur pedibus: Ut, Sapphicum hoc est, *Otium & reges prius, & beatas perdidit urbes.* Ut phaleucium habeas, primo loco spondaũ pone, 2. dactylũ, deinde sequẽtes trochæos; *Et reges prius otium & beatas urbes perdidit:* (pedibus Adonici transpositis.)

Metamorphosis Asclepiadei, est cum metrum Asclepiadeũ additione unius Syllabæ in fine fit pentametrum, ut.

Mecænas atavis edite regibus; Pro Regibus dic Principibus, & habebis metrum pentametrum: Non tamen contrà omne pentametrum fieri poterit Asclepiadeum, nisi sint omnes pedes uniformes, hoc est, primo loco spondæus, & secundo dactylus.

Metaschematismus

Hæc vox 1. accipitur grammaticè pro Metaplasmo, ut ὄπις ὄπιδος pro ὄψ ὀπὸς vox vocis.

2. Geometricè, cum Schema seu figura mutatur in aliam. Hanc significationem habet Paulus ad Phil. μετασχηματίσει,

μαλίσει, id est transfigurabit corpus humilitatis nostræ, id est, gloriosum faciet (non faciet ex corpore heterogeneo homogeneum.) Hic σχῆμα ad Categoriam pertinet qualitatis, & quidem ad quartā speciem. In transfiguratione hac facies nostra manebit distincta à cæteris membris.

Μεταςροφή.

Μεταςροφὴ, Platonis, Petro Ramo est logica quædam mentis facultas, qua veritatis demonstratio, purius & accuratius demonstratur. Dicta est à convertendo, quia mentem ad res propositas convertit, in eaq; contemplatione quasi defixam tenet. Aristoteli ἀφαίρεσις, id est, abstractio, seu aversio dicitur, quod mentem ab aliarum rerum cogitatione avertat, & totam in rei propositæ meditatione quasi fixam detineat. Hæc verè Philosophica est, inprimisq; Mathematica: facit ejus mentionem Ramus in doctrina divisionis arithmeticæ. Hæc enim præ aliis numerationibus erectam mentem requirit.

Μεπμψύχωσις.

Metemphychosis, Transanimatio, migratio animæ in aliud corpus, quæ tribuitur Pythagoræ. (Sicut contra μετενσωμάτωσις, de qua Plato in. 10. de leg. est in diversas corporum species migratio) à μεπμψυχόω, id est animam traduco.

Est propria vel impropria. Propria est, commentitia. Impropria est Metaphorica: de hac accipe hæc Boetii lib. 4. de consol. Philosophica pros. 3. Quicquid à bono deficit, esse desistit, quo fit ut mali desinant esse quod fuerant, sed fuisse homines, adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat. Quare versi in malitiam, humanam quoq; amisere naturam. Sed cum ultra homines quemquam provehere sola probitas possit, necesse est; ut quos ab humana conditione dejecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Evenit igitur ut quem transformatum vitiis videas, hominem, æstimare non possis. Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor, similem lupi dixeris. Ferox atq; inquietus linguam litigiis exercet, cani comparabis. Insidiator occultus fraudibus surripuisse gaudet, vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit, leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax metuenda formidat, cervis similis habeatur. Segis ac stupidus torpet, asinum vivit; levis ac inconstans studia permutat, nihil ad avibus differt; fœdis immundisq; libidinibus immergitur, sordidæ suis voluptatibus detinetur. Ita fit ut qui probitate deserta homo esse desierit, cum in divinam conditionem transire non possit, vertatur in beluam. Breviter, voluptas bruta cōvertit homines in leones, sues lupos. Hæc conversio est metaphorica transanimatio.

Μετεωρίζομαι.


Μετεωρίζομαι propriò est in altum evehor, sublimis efferor per metaphoram, instabilis vel suspensus sum, vel efferor. Μετεωρισμὸς est elatio. Lucæ 12. μὴ μετεωρίζεσθαι præceptum est contra elationem animorum & levitatem atque vanitatem. Joach: Camer. Μετεωρισμὸν hîc vocat cogitationes distractas & instabilis conversionis aliàs aliud in animam inducentes, ait idem ex Theophylacto. Μετεωρισθεὶς, elatus animo est Polybio.

Μετεωροσκοπική.

Μετεωροσκοπικὴ i. est μετεωρολογία, Physica doctri-

doctina meteororum 2. est pars Astrologiæ, quæ elevationum differentias astrorumque inquirit distãtias, aliaq; multa his affinia per docet. Th. Zuing: Disparata est 1. à γνωμονικῇ, parte astrologiæ, quæ solariorũ discriminatis umbris horas gnomone seu veruto pernotat: 2. à διοπτρικῇ, parte Astrologiæ, quæ Solis & Lunæ ceterorũq; astrorum intervalla diopteris, ut astrolabio, internoscit. Vulg° (imò etiam Plato 6. de Republ.) μετεωροσκόπον in malam partem accipit pro curioso sublimium speculatore, rebus agendis inutili.

Μέσον.



Nec medium per negationem extremorum, nec medium per recessum ab utroq; extremo constat ex extremis.

De hoc Scaliger intelligatur, cum ait Exercitat. 317. Utrumq; quod est, neutrum est: id est, utrumq; quod est per mistionem, neutrum est solidè seu sincerè.

Medium per veram propriamq; participationem verè constat ex extremis tanquam partibus, ac dicitur formale, quia formaliter continet extrema refracta. Dici etiam potest medium per formalem mistionem contrariorum in gradibus remissis. Tale est tepidum inter calidum & frigidum.

Medium per impropriam participationem quadantenus constat ex extremis, id est similis mod°, ac cõvenientia, quædam est medii hujus cum ipsius extremis, ipsius autem extremum ipsum est in medio: seu medium hoc non habet in se extrema tanquam sui partes. Dicitur igitur virtuale, quia virtualiter continet seu participat extrema. Dici etiam potest medium per virtualem continentiam seu participationem extremorum.

Medium, quod finem provehit in subjectum, est Instrumentale, vel Principale. Instrumentale est quod subservit Principali. Principale est quod proximè est ordinatum ad finem. Exempli causâ, Medium instrumentale, quod beatitudinem ut finem in subjectum inducit, per se quidem felicitatem non confert, sed tamen actiones functionesq; virtutis commodè sine eo obiri nequeunt, ut sunt bona fortunæ & corporis. Princeps medium sunt virtutes, ut quæ sunt proximè ordinatæ ad consecutionem beati-

beatitudinis. M. Joh. Combach. in pt. disputatione Practica.

Μεταξὺ

Μεταξὺ inter, vel per intervalla significat: notat vel motus intervallum, quod est inter terminum à quo & ad quem: vel spatii, ut Temporis aut Loci. Μεταξὺ ἀλλήλων, Inter nos vicissim, inter se. Ἐκεῖνοι μεταξὺ ἀλλήλων τὰς βραχίονας ἄιρουσι. Illi inter sese magna vi brachia tollunt. Virg.

Τὸ μεταξὺ est intercapedo, seu id quod interjacet, & τὰ μεταξὺ intermedia, interjecta.

Μετουσία.

1. Significat οὐσίας in οὐσίαν mutationem.
2. Communicationem. Græci Theol. disputare videtur, Spiritus illos creatos, qui sunt πνεύματα λειτουργικά, ea quę in ipsis insunt, habere ἐκ μετουσίας, ex communicatione. De sanctitate quidam horum pronunciant, quod habeant ἁγιασμὸν ἐκ τῆς πρὸς τὸ φύσει ἅγιον κοινωνίας, eamq; sanctitatem totam naturá horum occupare, & cum hac quasi concretam esse. Hæc græcis est μετουσία quædam.

Μέτρον, *Mensura*

Mensura (quo quippiam mensuratur) accipitur specialius, vel generalius. *Specialius accepta, est Externa vel Interna.*

Externa, qua mensurati cognoscitur quantitas, vel dimensiva (ut Palmo longitudo corporis, decépedâ quantitas agri) vel virtualis.

Interna est *vel rei qualitas*, qua cognoscitur quanta sit res secundum quantitatem perfectionis; *Vel ejus quantitas*, qua certi reddimur, quanta sit res secundum propriam internamq; magnitudinem: Ut quantus sit ager, propriâ ejus magnitudine cognoscitur. Sic per quantitatem, qua Mauritius formaliter, id est, quatenus quantus est, cognoscitur, quantus sit Mauritius.

Quod attinet ad generaliorem acceptionem, quicquid est ratio cognoscendi aliud, potest dici mẽsura ejus: Sive sit ratio cognoscendi á posteriori, sive à priori.

Ejusmodi igitur mensura est vel à priori seu *primaria*, vel à *posteriori seu secundaria*. Illa magis propria est, hæc minus.

A priore mensura aliud est, quod καθ' ἑαυτὸ (secundum se & naturam suam) est notius eo. A posteriori, quod contrà. Subjectum mensura est accidentium, quia his natura notius. Perfectum metrum est imperfecti *Unaquæq; res tantò perfectior esse cognoscitur, quantò magis ad divinæ perfectionis participationem accedit, & à nihilo recedit.* Tantò autem magis à nihilo, seu non Ente recedit, quantò perfectior est Entitas ejus. Causa est mensura effectus primaria; Effectus est mensura causæ secundaria. Vide Conciliatorem. Mensura igitur aut est propriè aut impropriè dicta: Propria est ejusdem generis. Ad propriè dictam attinet *Mensura* (ut finitũ quid) *per sui replicationẽ*, i.e. quæ aliquoties repetita metitur totum. Talis est unitas, multitudinis mensura. Ad impropriè dictam, *Mensura ut scopus, & per virtualem continentiam & χώραν*: Ita Deus, Ens infinitæ perfectionis, est μέτρον omniũ entiũ: Quia rei perfectionẽ cognoscim⁹ per χώραν ad ipsum ut Ens perfectissimum: & *quo plurium Dei perfectionum aliqua res est particeps, eo perfectior censetur ac nobilior.*

Explicatio.

Primum Ens seu summum bonū, quod Platonici vocant unum, est mensura ut scopus, id est, non est ejusdem generis mensura, ut unitas numeri: Sed omnium Entium & perfectionum Mensura est ut scopus, ad quem dirigūt arcus sagittarii, ut eô collimare seu collineare sagittas possint. Est igitur Scopus mensura ictuum, non quia repetitus aliquoties eos ictus metiatur, sed quia quô propius scopum sagitta missa fuerit, eò perfectior ictus sit. At enim inquis: Omne finitum ab infinito infinitè distat. Non igitur potest unum esse altero remotius ab infinito. Respondendum per distinctionem infiniti secundum distantiam situalem & secundum perfectionem. In infinito quod secundum distantiam & situm attenditur non potest fortè dari unum altero magis remotum ab infinito. Interea verò quæ ab infinito distant secundū perfectioné, quātò quidex his perfectius, tantò est perfectissimo propius, quantò contrà imperfectius, tantò ab eodem lōgiori intervallo semotum est. Nam hic *Vicinia* seu propinquitas aut lōginquitas ab infinito nihil aliud ferè est, quam perfectionis infinitæ vel major vel minor participatio; Thomas 1. quodlibet. Zimara & Jacob. Mazonius in comp: Philos: Platon. & Arist. sect. 1.

Mensura est vel una vel plures: vel est simpliciter una vel conjunctè seu sociatè, ut loquitur Arnobius.

Prioris generis exempla.

Motuum prima mensura est celerrimus primi mobilis motus.

Triangulum est mensura polygoniorum Schematum. Actus est mensura possibilitatis, necessitas contingētiæ; jura personarum tanquam mensura transeunt ad res ipsas tanquam ad mensuratum quoddam Jac. Scheg. Nomisma est metrum rerum permutabilium. γνωστὸν (quod potest cognosci) mensura est γνώσεως (cognitionis) ἐπιστητὸν non propter se, sed, quia scientiæ est causa sine qua non, ut mensura refertur ad scientiam: Scientia enim ratione scibilis cognoscitur. Mediocritas seu medium est mensura actionum Ethicarum; est μέτρον defectionis. Rectum est μέτρον obliquorum.

Usus.

Quæstio: cur in definitione Defectionis ponatur τὸ in medio?

Ratio est, quia medium est mensura defectionis, hoc est, defectio rectè cognoscitur per medium, ut obliquum per rectum. Exempla posterioris.

Pedes etiam varii sunt mensuræ versus. Literæ variæ & multæ sunt mensura dictionis Mensura demonstrationis seu veritatis ejus sunt prima principia axiomataq; , è quibus demonstratio conficitur.

Duæ dieses inæquales ut minimum quid: mensura sunt harmoniæ (in Musica.)

Mensura rerum judicatarum est justitia partim divina, partim humana; sed potior & certior est divina.


Utrum verbum Dei scriptum sit potissima, an unica seu sola mēsura credendorum & faciendorum, gravissima est inter Theologos controversia, quam nostrum est hìc transire inexplicatam.

Ptolomæus

Mensura cujusque rei debet esse stata determinataq; , non indefinita, ut in Geome-

Digitized by Google

Geometr: lineaperpendicularis mensura est altitudinis.



Trianguli a b c altitudo est d a

Observatio.

Mensura aliquando denominatur à mensurato; ut opinabile ab opinione. Interdum mensuratum denominatur à mensura, ut signatum à signo, limitatũ (ut limitatus agere) à limite. Pars est mensuræ multiplex Entitas, quia minus est mensura majoris.

Quæstio extravagans :

Quid, cedò, mensuræ, numeri͡ꝗ, & ponderis expers
Omnia mensurat, ponderat & numerat?
Solutio.
Pondere, mensura, Numero Deus omnia fecit,
Mensor, Logistes, Architectus optimus.

Distinctio Aliorum.

Mensura aut est impropriè dicta, aut propriè.

Impropriè dicta seu analogica est, tum omnium efficiens Deus (hic omnium rerum mensura: igitur universalis mensura dicitur) tum objectum, quo ad rei cognitionem (hoc μετρον cognitionis dicitur.)

Propriè dicta est, idquod ignotam quantitatem facit notam. Extensionis hæc mensura est;

Estque Interna vel Externa.

Interna cum aliquid mensuratur per suas partes.

Externa, cum quid mensuratur quantitate. 1. vel semel sumpta, vel iterata. 2. vel absoluta, vel proportionali, ut cũ terra dividitur in certas partes, pro circuli æquinoctialis divisione.

Usus.

Cum Aristoteles dicit tempus esse mensuram motus quam mensuram intelligit? Rs. 1. Extensionis, tempus enim est continuum quid, quia longum quid est, cujus partes præteritum & futurum continenter cohærent; & tamen etiam est aliquid discretum, quatenus numeratur secundum prius & posterius. 2. Externam. Tempus enim substantiæ extrinsecus accidit. Sic locus etiam metitur substantiam, cui extrinsecus accidit. Mensura motus dupliciter dicitur 1. active pro eo quod mensurat motum, deinde passive pro motu mensurato vel mensurabili. Per. l 12. ph. de temp c. 3.

Mensura dicitur ratione	Mensionis seu mensurationis propriè
	Numerationis analogicè.

Usus.

Thomas Aquinâs 1. part. sum. quæst. 28. artic. 2. pronunciat quantitatem esse mensurã substantiæ (sc. corporatæ;) Quæritur an hoc verùm sit, de discreta simul quantitate & continua, seu de quanto, & magno, & multo; Videatur alicui intelligendum hoc de continua tantum, quod huic propriè conveniat mensurari. Sed sciendum est, Thomam vocem Mensuræ hic latius accipere, ut ei nihil aliud sit, quantitatem esse metrum substantiæ, quàm ob quantitatẽ substantiam in partes dividi; sive metiri eam oporteat, quod propriè est mensurã distinguere,

guere, seu numerare. Quod multum est, id numeratur, atq; ita in partes dividitur, ut centū in centū unitates vel multos binarios & ternarios. Quod magnū est, id est longum vel latū vel profundum, vel omnia simul in partes item suas distingui potest, atq; ita possunt hæc quanti πάθη mensuram recipere. Sequitur hinc; orationem quoq;, quæ profertur (vocalem vocant ad differentiam in mente conceptæ & scriptæ) ut discretam quantitatem habere rationem mensuræ. Syllabæ enim orationis dum pronunciantur, quædam producuntur, quædam corripiuntur. Itaq; Fortunatus Crellius in lib. 1. part. comm. dialect: recte utitur propositione limitata seu habente προσδιορισμὸν, oratio mensura est distinctorum sonorum & syllabarum, prout ore proferuntur: id est oratio vocalis dum distinctos sonos & Syllabas certo quodam modo profert, eas metiri dicitur, perinde ferè atque cum mensura aliquid metiris. Mensura hæc est analogica.

Μεταβιβασμὸς.

Μεταβιβασμὸς Aristoteli est, cùm obscura aut minus probabilis definitio permutatur apertiore & clariore. Hoc sæpè refelluntur vitiosæ definitiones: Vel est deductio respondentis à sua sententia: Vel est transitio ab improbabilioribus ad probabiliora: deductio propositionis ad probabiliorem.

Deductio est vel Dialectica, legitima, methodica, quæ fit ἐνδόξοις argumentis, vel sophistica, ἐριστική, fraudulenta, litigatorum. Hæc fit ἀλλοτρίοις & impertinentibus rationibus.

Itaq; μεταβιβασμῷ comprehenditur etiam μετάληψις, interpretatio cōmodior alicuj⁹ propositionis, quæ videtur esse durior, vel vocum permutatio, cum vox ignotior explicatur notiore. Hac igitur mollitur, quod παράδοξότερον & durius esse videtur. Ac ei respondet μεταλαμβανόμενον.

Exemplum: Lex condemnat, inquit Apostolus Hujus sententiæ μετάληψις est: recta & perfecta ratio bene & honestè vivendi eos qui secus vivunt, injustos pronunciat, & dignos pœna judicat.

Μεταξὺ: Μετάξα.

Μεταξὺ i. est Interim. Hinc quidam formulam Interreligionis vocat religionem μεταξικὰ, quæ purè Græcis esset μεταξυθρησκεία: Et μεταξυλογία est interfatio Quintil. interlocutio Gellio 2. τὸ μεταξὺ est inter medium, interjectū; mediū, interpositū, intercapedo, neutrū extremorū, ut amic⁹ vel inimicus vel μεταξὺ, i. e. neuter. Inter Essentiale & accidentale est μεταξὺ personale, non autē intersubstantiale & accidentale. Nam personale substantiali subiicitur. Nam quo quippiam est, id est Essentia vel modus essendi. Et essentia & modus essendi est, vel substantiæ vel Accidentis. Substantia est vel οὐσία seu essentia in specie κατ' ἐξοχὴν dicta vel persona: persona, vel est absoluta, ut Angelus, homo vel respectiva, ut pater vel fili⁹ vel Spiritus S. In S.S. Triade. Hîc, quod mysterium est, trium personarum est una communis essentia & tres modi essendi 3. Τὸ μεταξὺ Ethicè est mediocritas ut est affectuum & virtutum.

Μετάξα est sericū, σηρικόν. Hinc fecit Justinianus forma latina vocem Metaxarii lib. 8. cod: de pignoribus pro negotiatoribus serici. Hæc vox est à Serib⁹ populis vel à serib⁹ vermiculis nentibus sericum, qui apud Seres populos sunt & dicuntur aliàs bombyces Seidenwurme.

Μεταφορικόν.

Metaphoricum 1. est habens metaphoram 2. constans ex metaphoris.

Usus.

Nullum subjectum prædicatur de affectione sua nisi sit inter & ἀντιστροφὴ, id est conversio. Itaq; non dicitur Metaphorica Emphasis sed Emphatica & illustris metaphora, non hyperbole metaphorica, sed metaphora hyperbolica, (sicut dicim⁹ hyperbolica amplificatio, non hyperbole amplificativa) nō Catachræsis Synecdochica, sed Synecdoche speciei Catachrestica seu apocrestica, non Allegoria metaphorica, sed metaphora allegorica, id est continuata. Quia ex sententia Rami & Talæi hyperbole, metaphora, catachresis sunt affectiones troporum. (Objectio) Attamen cum dicitur à Paulo 1. ad Corinth. 5. Festum agimus non cum fermento veteri &c. hîc Allegoria metaphorica est, inquit Scholiastes: sed respondeo Scholiasten hoc loco accipere metaphoricam pro eo quod est constans ex metaphoris ut metaphoræ habeant se ad allegoriam ut partes ad totum, non ut subjectum ad affectionem, cæteroquin hypallactica locutio fuerit: Hæc allegoria est metaphorica, pro recta, Hæc metaphora est allegorica. Interdum nominatur affectio sine subjecto seu tropo ipso, ut cum dico, Ακυρολογία seu κατάχρησις hîc est. Ακρασία propriè significat intemperantiam, sed aliquandò per κατάχρησιν ponitur pro ἀκράτεια, id est incontinentia, ut 1. Corinth. 7.

Μηχανική, Mechanica.

Machanica est ars, per quam non solùm ex Mathematicis & Physicis rationibus, sed etiam per artes manuarias machinæ & instrumenta ad vitæ humanæ societatem necessaria, commoda & venusta conficiuntur. Mechanica est λογικὴ (rationalis) seu theoretica, vel χειρουργικὴ (aliâs practica) manuaria. Papp. Alexandrinus lib. 8. mathem. collectaneorum. Sic dicta quod manuum operatione perficiatur.

Mechanica theoretica, per geometricas, arithmeticas, Physicas, astronomicas rationes perficitur. Hæc dividitur in quinq; speciales artes.

Prima est ἡ τῶν μαγγανικῶν μηχανημάτων τέχνη, ars machinationum manganariarum ars manganariorum instrumentorum, qua magna pondera machinis adhibitis, ad id effabrè factis, præter naturam in altitudinem tolluntur minori potentia: Quæ doctrina de movendis oneribus præcepta tradit, ut sunt κεντροβαρικὴ centro ponderantium, ἰσορροπικὴ, æquilibrantium, ἀνισορροπικὴ inæquiliberantium, σταθμικὴ, βαρουλκὸς Heronis, totaq; doctrina de simplicibus quinque facultatibus, ad onera movenda, atq; etiam ex his compositis. Altera est ὀργανοποιητικὴ, βελοποιητικὴ & χειροβαλλιστρικὴ.

Tertia est quæ κατ᾽ ἐξοχὴν propter excellentiam dicitur μηχανοποιητικὴ, ars considerandi machinas. Sub qua sunt ὑδραυλικὴ & πνευματικὴ. Hujus artis periti dicuntur μηχανοποιητικοὶ & θαυματουργοί. Quarta est αὐτοματοποιητικὴ, quæ etiam dicitur θαυματοποιητικὴ, sub hac sunt πνευματικὴ (specialis αὐτοματοποιητικὴ, quæ & νευροσπαστικὴ dicitur) quæ rationem docet considerandi αὐτοματικὰ instrumenta quibus efficimus, ut corpora inanimata à se ipsis moveri videantur.

Quinta est σφαιροποιΐα Sphærarum effectrix ad imitationem cœlestium

motuum seu circumvolutionem, unde tales artifices vocamus σφαιροποιὸς ἢ σφαιροποιητικὸς: sub hac continetur γνωμονική, ars consideratrix horologiorum διοπτρικὴ & μετεωροσκοπική: Breviter, omnium eorum instrumentorum, quibus utimur in observationibus Astronomicis & Geometricis conficiendorum, ars potest nominari σφαιροποιΐα, Sphæropoeia. Cheirurgica, quæ perficitur manuũ exercitatione, varias habet partes: Generatim tamen potest comprehendi sub τεκτονικῇ, ædificatoria: de qua scripsit Vitruvius lib. 10. architect. suæ; ubi facit tria genera machinarum; Unum Ἀκροβατικὸν (scansorium) Alterum πνευματικὸν (spiritale.) Tertium βαναυσικὸν (tractorium).

Pappus Alexandrinus Cheirurgicam dicit constare χαλκευτικῇ, arte æraria, τεκτονικῇ, ædificatoria, οἰκοδομικῇ fabrili, ζωγραφικῇ, pictoria, aliisq; similibus artibus.

Ἄλλως.

Mechanica est ars bene machinandi, id est, doctrina faciendarum machinarum & instrumentorum, aliâs μηχανοποιητική. A Græco μηχανή.

Machina propriè est opus artificiosum ligneum vel ferreum, habens maximas vires ad onera movenda, ut est ἀκροβατική (Scansoria) πνευματική (spiritalis) & βαναυσική (tractoria). Interdum generalius accipitur pro quovis opere manuario. Op⁹ Mechanices Græcis est μηχάνημα: Mechanicã necessitas & cõmoditas genuerũt, admirabilitas & jucunditas celebrârunt.

Mechanicæ scilicet est, quod tecta & vestes fiunt: quod aratrum agris circumagitur: quod bigis & quadrigis commeatus, merces, onera vehuntur: quòd navigia remo impelluntur, quòd gubernaculo exiguo in extrema puppi collocato ingentes triremium moles inflectuntur: quòd gravia facilè sursum attolluntur: quod magna pondera ab exigua admodum virtute moventur: quòd unius sæpè manu pro multis fabrorum manibus pondera lapidum & trabiũ à fabris & architectis sublevantur: quòd magnæ arborum moles in partes dirimuntur ac dispescuntur; quod è liquidorum prælis vina oleave exprimuntur, quod cœlestem globum Archimedes exiguo fragilique orbe conclusum ita effinxit, ut omnes cœlestes motus repræsentare videretur; quod idem non veritus est dicere Δός μοι ποῦ στῶ, τὴν γᾶν κινῶ. Da mihi ubi sistam, terramque movebo; quod Conradus Dasypodius excellentissimus Mathematicus artificiosissimum horologium cathedralis Reipubl: Argentinen: templi primus invenit, & auxilio opificum & artificum (id est mechanicorum Cheirurgicorum) confecit: quod Carolo Imperatore ingrediente Norinbergam aquila volavit: quod musca ferrea convivas circumvolitavit: quod Illustriss: & literatiss: Princeps Mauritius Hassiæ Landgr: Fuldam Anno Domini 1601. alicuo navigabilem fecit. Prætereo Siphones incendia restinguentes & alia. Quis enim omnia enumeret? quæ ostendunt multa, quæ commodis & usibus hominũ inserviunt, artẽ posse, quæ natura non potest, mechanicæq; opera præter naturam fieri.

Mechanica est duplex, Rationalis & Manuaria magis.

Rationalis (λογική) est, quæ mathematicis & Physicis rationibus potissimum perficitur.

Constat hypothesib⁹ & Theorematis.

Rationali continetur Ars manganariorũ, Organopoëtice Thaumatopoetice Sphæro poetice. Ars

Ars manganariorum est, qua onera ponderave minori potentia moventur loco (ut cũ magna onera machinis tractoriis in altitudiné tolluntur.)

Sic dicta à Mangano, quod est lignum quoddam, de quo in Trochlea.

Ejus partes duæ sunt. Prior continet τὰ κεντροβαρικὰ Centrogravia sive Centropóderãtia, & τὴν σταθμικὴν sic dictã ἀπὸ τοῦ σταθμοῦ, id est pondere sive libra.

Posterior, doctrinam de certis potentiis quibus onera tolluntur.

Centrum gravitatis est punctum rectæ dividentis figuram in partes æquè graves: seu est punctum intra figuram positum, circa quod undiq; partes æqualium momentorum consistunt, id est quiescunt.

Centrum gravitatis est aut solidorum planorum. Præpono Solidorum; quia his simpliciter & magis propriè convenit, quàm planis. Itaq; Collegium Connimbricense dicit, Centrum gravitatis esse punctum mediũ lineæ rectæ corpus in partes æquè graves dividentis.

Centrum gravitatis solidi est punctum illud intra solidam figuram, per quod si ducatur planum, figuram quomodocunq; secans, ipsam in partes æquè ponderantes dividet. Differt igitur à centro Universi & Magnitudinis:

Centrum universi est punctum, à quo omnes lineæ ad extremæ sphæræ mundi circũferentiã ductæ sunt æquales.

Centrum magnitudinis est punctus medius lineæ rectæ figuram in duas æquales magnitudines dividentis. Seu est punctum, mediũ figuræ obtinens.

Ex his sequentia colliguntur ac deducuntur.

1. Centrum gravitatis & magnitudinis in globo æquabiliter gravi in unum idemque centrum recidunt: At in globo in æquabilem habente gravitatem cujusmodi est sphæra partim plumbea partim lignea, in talis igitur globi medio est centrum quidem magnitudinis, sed centrum gravitatis est punctum extra medium in parte graviori existens, quod cum centro totius universi jungeretur, si ejusmodi corpus sine impedimento descenderet.

2. Centrum gravitatis terræ est centrum mundi. Et si grave quippiam in centro mundi collocatum fuerit, necesse est centrum gravitatis illius in centro mundi constitutũ esse, siquidem ut grave illud tunc quiescat, partes undiq; ipsum ambientes æqualiũ momentorũ esse & manere oportet.

Quare cum physici dicant; Omne grave suopte nutu seu naturali propensione centrum mundi appetere, nihil aliud dicunt quàm quod grave proprium centrũ gravitatis cum centro mundi coaptare expetat, ut optimè quiescere possit.

3. Motus itaq; deorsum alicujus gravis corporis fit per lineam rectam, quæ centrum gravitatis ipsius gravis & centrum mundi connectit. Et gravia secundum gravitatis centrum deorsum tendunt. Et unum quodq; grave in centro gravitatis propriè gravitat, ita ut tota vis gravitatis ponderis in ipso gravitatis centro collecta esse ac tanquam in ipsum cõfluere videatur.

Centrum gravitatis plani est punctum intra planam figuram per quod si ducatur recta linea figuram quomodocunq; secans in partes æquiponderantes ipsam dividet.

Centrogravium hypotheses seu προκαταλήψεις sunt.

Ita se habet gravitas ad gravitatem, ut distantia ad distantiam.

2. Gravia æqualia ex æqualibus distantiis æquiponderant. Sumitur

au-

autem distantia gravium à centro libræ, id est *ex puncto circa* quod *libra vertitur*.

3. Aequalia gravia ex inæqualibus distantiis non æquiponderant, sed præponderat grave ex majore distantia.

4. Gravibus ex aliquibus distantijs æquiponderantibus si alteri gravium aliquid adiiciatur nõ æquèponderat, sed ad grave, cui adjectum fuit, deorsum fertur.

Similiter ab altero gravium si auferatur aliquid, non æquè ponderat, sed ad grave, à quo nihil ablatum est, deorsum tendit.

5. Similibus & æqualibus figuris inter se coaptatis centra quoq; gravitatis ipsarum inter se aptata erunt.

6. Similium figurarum centra gravitatum similiter sunt posita. Puncta in similibus figuris similiter posita esse dicuntur, à quibus ad angulos æquales lineæ rectæ ductæ cum lateribus homologis æquales angulos efficiunt.

Ex his principiis demonstrantur Theoremata, de quibus vide artifices.

Stathmice est de libra qua expenduntur pondera.

Pondera sunt vel ἰσόῤῥοπα vel ἀνισόῤῥοπα (ῥοπὴ momentum est). Ihorrsopa seu æquiponderantia sunt quæ constituta sunt in æquilibrio. Ænisorrhopa, contrà.

Æquilibrium dicitur, cum brachia libræ Horizonti seu Finitori æquidistant, ita ut examen libræ in neutram partem declinet.

Linea, quæ directe seu perpendiculariter ita à centro libræ demissa esse mente concipitur, æquilibrii linea dicitur.

Consideratio corporum gravium & levium hîc simplex est, vel respectiva.

Corpora ea simpliciter dicuntur æque ponderantia, quæ pondere sunt æqualia, licet non sint æqualis materiæ.

Corporum anisorrhoporum propriè & simpliciter illud dicitur, quod pondus habet gravius altero, licet sit diversæ materiæ.

Corpora respectu alterius dicuntur graviora vel materiæ, vel descensionis, vel loci ratione.

Ratione materiæ, si materia alterius sit gravior materiâ alterius, ut plumbum dicitur hoc modo esse gravius ferro.

Ratione descensionis, dicuntur graviora vel leviora, si vel per rectũ aut curvum; si vel velocius aut tardius descendant, licet simpliciter, id est pondere sint æquè gravia.

Corpus denique levius aut gravius altero censetur ratione loci, in quo corpora manent & quiescunt, quo gravitatem vel levitatem acquirere possint, licet per se ejusdem sint ponderis.

Potentia gravis corporis definitur ex viribus ejus, quibus deorsum ferri appetit, & resistit motui, quo sursum tollitur.

Æqualis potentiæ corpora sunt, quæ æquali tempore æquale spatium motibus suis pertranseunt.

Corpora quæ æqualis sunt magnitudinis & æqualis potentiæ, æqualis etiam sunt generis.

Inæqualis potentiæ corpora sunt, quæ æquali tempore per inæquale spatium motibus suis feruntur, ita ut unum altero velocius aut tardius moveatur.

Corpora quæ inæqualis sunt magnitudinis & inæqualis potentiæ, inæqualis etiam sunt generis.

Si corpora sunt inæqualis potentiæ, majoris potentiæ dicitur illud, quod æqualia spacia minore tempore percurrit.

curtit. Quod verò majus tempus requirit, minoris dicitur potentiæ.

Majoris potentiæ corpus est illud, quod celerius quidem in descendendo ad centrum mundi connititur, in ascendendo verò tardius sursum movetur.

Quodque corpus grave in descensione eo est gravius, quo rectius seu magis perpendiculariter ad centrum mundi tendit.

Nullum corpus simplex in sibi proprio loco est grave. Nec ullum corpus aliud in se ipso est grave, ut nec aqua in aqua, nec vinum in vino, nec oleum in oleo grave censetur.

Libra habet rationem circuli, est κύκλος δυνάμει. Libræ longiorū brachiorum sunt exactiores, quàm libræ minorùm.

Itaque in Ponderandis mercibus, ne fallàre, voles adhiberi libras longiorum, non breviorum brachiorum. Nam in circulo majori majores sunt radii, qui à centro longius producti, celerius moventur: In circulo minori, contrà. Jam verò major libra est tanquam major circulus: minor libra est tanquam minor circulus. Ergo libra major facilius movebitur quàm minor.

Quæ magis feruntur, ea magis in conspectum veniunt, eorumq; æqualitatem vel inæqualitatem facilius licet animadvertere.

Majores libræ celerius agitantur, quàm minores.

Ergo si majoribus libris utamur, rerum ponderandarum æqualitatem vel inæqualitatem citius deprehendemus, & ex consequenti, libræ majores sunt exactiores.

Sequuntur δυνάμεις seu facultates quib⁹ magna onera moventur.

Quo pertinet Problema Archimedis, Data vi datum pondus movere: qui & dixisse fertur, ut suprà dixi, Da mihi ubi consistam, & commovebo terram. Statuit enim per certas δυνάμεις, tanquam media, pondus quantumvis maximum, & viribus tamen minimis loco moveri posse.

Potentiæ seu facultates eæ sunt simplices vel compositæ.

Simplices sunt, vectis, Axis in peritrochlio Trochlea, Cuneus, & Cochlea.

Vectis, μόχλος, est palus acutam habens cuspidem seu lignum longum, quod oneribus subiicitur ut tolli possint. Cum enim magna pondera sunt movenda, quoniam parum à terra attollere oportet, ea autem ansas non habeant, quod omnes partes basis ipsius ponderis solo incumbant, iccirco paululum suffodientes, & ligni longi seu rotundi sive quadrati, extremitatem sub onus subiicientes, ex altera parte adducimus, supponentes ligno, prope ipsum onus, lapidem, qui græcis dicitur ὑπομόχλιον eò quod vecti subiiciatur.

Hypomochlion est fulcimentum è duriori materia, ut lapide, quod ad locum ponderi propiorem subiicitur.

Hinc est axioma. Vectis hypomochlio subjecti pondus levat unius hominis viribus, quod multarum manuum vis conjuncta levare non potest.

Quanto propius oneri ponitur hypomochlion, quanto etiam longius vectis motor ab ejus hypomochlio ab est: tanto facilius pondus movetur.

Navigium igitur à diversis remigibus; aliis in prora, aliis in media navi: aliis demum in puppi collocatis agitatū, ab his velocius promovetur, qui in medio loco sunt constituti.

Quo enim longius vectem movens ab ejus hypomochlio abest, eo facilius pondus movetur. Cum navigium

à diversis remigibus movetur, fit ut vectis, hoc est remi motor in medio navis constitutus, longius absit ab hypomochlio: Navis enim in medio est amplissima. Ergo in medio constitutus, pondus, hoc est navigiũ cũ aqua facilius propellet, quam reliqui. Habet hoc vectis commune cum libra, quòd potentia circulus est.

Vectis diametri termini sunt pondera, alterum lignum, alterum caput.

Vectis duplicatur in Cuneo.

Cuneus igitur est instrumentum mechanicum quod magnas moles vel arborum vel marmorum duobus in contrarias partes distrahentibus vectibus divellit.

Utimur eo in iis motibus, qui brevi tempore fiunt, ut cum continui solutionem molimur, cum aliquid distendere, vel aliquid frangere, aut figere volumus. Maximus ejus usus est ad lapides cohærentes cum partibus inferioribus ex ipsis lapicidinis evellendos. Pars Cunei acuta secat acumine. Superficies utrinque planæ, altera indextrum, altera insinistrum, dispellunt.

Quanto Cunei angulus minor est, tanto facilius agit, videlicet leviori percussione.

Hypomochlia hìc sunt oræ rimæ utrinque cuneum excipientes.

Axis in peritrochio est lignum quadratum cujus extrema contorquentes rotunda facimus. Quomodo præterea construatur, docet Pappus Alexandrinus.

Circa medium axem circumponitur tympanum habens foramen quadratum axi congruens, ut eodem tempore & axis & peritrochium verratur.

Si volumus magna pondera vi movere minori, alligatos ad pondus funes circumponimus circa depressas partes axis, & inforamina, quæ sunt in peritrochio, inicientes scytalas deducentes peritrochium convertimus. Ita, inquam, pondus facilè movetur à minori potentia funibus circa axem convolutis vel etiam ab aliquo recollectis, ut nec toti axi circumponatur. Sub hac facultate comprehenduntur, Ergatæ suculæ (haspel) terebræ, tympana cum suis axibus sive dentata, sive non.

Trochlea est machina tractoria rotulam axiculum & funem ductorium continens.

Cochlea, aliâs Helix Cylindrica, nihil aliud est quàm assumptus cuneus percussionis expers. Seu est trigonũ curvum: Si enim altera ex lineis rectũ angulum constituentibus cylindri basi lineæ ipsi æquali obvolvatur, reliqua verò, servato eodéque constituunt angulo, super Cylindri superficiem curvetur, habebitur helix cylindrica. Hujus potentiæ plures sunt partes: constat enim duabus superficiebus, ideoq; pluribus etiam modis variari potest. Usus ejus est, ut Cylindri basi in superficie immobili circa axem conversa pondus movendum helicem premat.

Compositæ potentiæ nascuntur, si simplicium fiant συζυγίαι, ut cùm fit permistio vectis cum trochleis, vel trochleæ cum vectè. Sic Cochlea interdum aliam facultatem assumit.

Ὀργανοποιητικὴ est doctrina conficiendi instrumenta; Estque βελοποιητικὴ vel ὑδραυλική.

Βελοποιητικὴ (ars jaculatoria) docet machinas bellicas & instrumenta ad bellum necessaria, quæ tela, saxa, sagittas & machinas longius excutiunt, conficere; Ea instrumenta dicuntur jaculatoria. Βέλος est omne id quod ab instrumentis bellicis, tormento, funda, arcu, emittitur.

Hu-

Hujus igitur pars est καταπελτικὴ, (quæ cōficit catapultas). Tela, n. lapides, sagittas & similia jacula in longissimū viæ spatiū emittuntur per catapultas. Catapulta est machina bellica, qua tela aut saxa excuti solent.

Hydraulice docet rationem conficiendi machinas hydraulicas. Seu facit instrumenta, quibus aqua facilius deducitur, libratur, attollitur, exprimitur, exhauritur, quæ Græcis sunt ὄργανα ἀντληματικὰ.

Horum quadruplex præcipuè est differentia. Primum genus est, quo aquæ ex multa profunditate exhauriuntur per tympana, per cochleas (quod in molis, pontibus, navigiis requiritur, ac indiget horum calcatura seu versatione.

Hæ machinæ sunt tripartitæ, Vel enim expeditissime magnam multitudinem aquæ exhauriunt sed non cito; Vel in magnam altitudinem aquam educunt, sed non multum; vel altissimè extollunt, aquam & magnam quoq; copiam exhauriunt.

Alterum hydraulicarum machinarum genus est quod vi aquæ versatur: cujusmodi sunt in fluminibus rotæ & tympana, ad molendam farinam, quorum frontes si percutiantur ab impetu fluminis ipsa rota versatur.

Tertio. Machinæ hydraulicæ sunt ex quibus fiunt aquæ ductus, cum vel fontium scaturigines ad certa loca derivantur per canales & tubulos, vel etiam flumina ad opplendas fossas tempore belli in unum locum coguntur; vel etiam aliæ librationes & derivationes aquarum perficiuntur.

Quarto Vitruvius lib 10. cap. 3 hydraulicas machinas vocat, quæ per fistulas sonum edunt, propter aquam ab aëre expressam.

Hæ igitur commune quid habent cum ὀργάνοις ἐμπνευστοῖς seu spiritalibus, quæ spiritu inflantur.

Θαυματοποιητικὴ conficit machinas quibus multis pariunt admirationem aliâs θαυματουργικὴ.

Sub hac sunt πνευματικὴ & αὐτοματοποιητικὴ. Illa spiritalis Latinis dicitur, quod efficiat per spiritus & flatus varia corpora etiam aliis elementis congredientibus. Hujusmodi sunt folles fabrorum, cucurbitulæ, siphones, quibus utimur in incendiis. Hujus etiam generis sunt in quibusdam aris igne evaporante statuæ sacrificantes, crateres concordiæ, qui sunt duo vasa, quorum si unum repleatur vino, alterum autem sit vacuum, & utrumque canales habeat apertos, non effluit vinum, nisi & alterum vas aqua impleatur; tubus à quo fluat aqua & vinum, in quacunq; voluerimus proportione; Constructio sacelli; cujus igne accenso valvæ sponte aperiuntur, & eo extincto rursus clauduntur; Constructio vasis, quod δικαιόμετρον (justæ mensuræ) appellatur, quod sc: humido repletum quotiescunq, invertitur, æqualem quantitatē effundit; Cucurbitulæ constructio, quæ sine igne attrahat; Item tale θαῦμα, ut si in ara accendatur ignis, statuæ choros ducere videantur.

Πνευματικὴ speciatim quoad clangores sonitusq; edendos est κλασματικὴ qua sonitus quidam & clangores tanquam per tibias & instrumenta Musica similia efficiuntur, cum tamen hæc non assint, sed ex aëre occluso vel intercepto, vel aliis modis affecto ejusmodi clangores fiant. Talis est constructio Lagenæ vociferantis cum humidum effluit; Constructio organi, quod vento perflante sonū reddat tibia; Gall[9] gallinaceus in horologio invēto à Dasypodio, & in

Digitized by Google

Monas logica est simplex terminus Dyas, pro positio quæ ex duobus terminis, tanquam duabus monadibus, coalescit. Trias, syllogismis.

Μονόφθαλμος.

Μονόφθαλμος est unoculus: Herodotus scribit in Schythia esse ἄνδρας μονοφθάλμους, Arimaspos nomine: unoculos dicit Plautus. Utitur ista voce Matth.18. pro lusco. Distinguunt inter ἑτερόφθαλμους & μονοφθάλμους. Et propriè μονοφθάλμους perhibent appellari qui natura tantum habent unum oculum: ut Cyclopes, Cœlites verò ἑτερόφθάλμους qui alterutro oculorum privati sunt casu quodam: sed hæc differentia non semper à scriptoribus servatur.

Μυσικὴ ἄφωνος.

Musica muta erat 1. quæ quibusdam gestibus faciebat intelligi, quod lingua aut scriptura meli⁹ exprimi nō posset Panciroll. Seu quæ ore clauso manibus loquebatur, & quibusdam gesticulationibus faciebat intelligi, quod vix narrante lingua aut scripturæ textura posset agnosci. Cassiod. lib.1. variar.

2. Hydraulica, quæ aquæ sono exercebatur. Hydraulicum autem organon erat simile aræ rotundæ, & canales sive fistulas in aqua tenebat, qua per puerum mota illæ spiritu replebantur nervulorum quorundam seu lingularum inclusarum medio, atq; ita suavissimum edebant sonum. Athen. lib.4.c.24. Qui hoc instrumento utebantur seu cantabant, dicebantur Hydraulæ.

Musicam mutam qui callebant, appellati sunt Pantomimi & Chironomi. Vid. Henr. Salmuth. notas ad Pancir.

Musicus à veteribus accipitur pro homine gratiis omnibus ornato & sapiente; & Musica pro suavi morum concinnitate.

Μυκτὴρ.

Ὁ μυκτὴρ 1. significat meatum odorandi, nares. Galen. & Aristotel. 2. Irrisionem 3. Irrisorem insignem, sicut Poeta non nasutum, sed nasum quendam vocat: quæ prædicatio impropria est & hyperbolica. 4. εἴρωνα Polluci. Sunt enim aliquæ Ironiæ, quæ conjunctum habent μυκτηρισμὸν.

Μυκτηρίζω est irrideo, cum nasi quadam commotione ἐκμυκτηρίζειν hinc est Lucæ 16. ἐξεμυκτήριζον: ubi præpositio ἐξ verbi significationē auget, quæ est insignis derisionis, adhibito gestu quodam narium, ut dixi. Latini dicunt naso suspendere Horat.

Μυστήρια.

Mysteria sunt arcana seu arcanæ res quas nefas est divulgare (à verbo μύζω quod latinis est mutio, id est sonum reprimo) velactiones arcanę rei apertæ. Apud Ethnicos erant parva vel magna: in quibus quæ agebantur sacerdotes summo silentio occulebant. Mystis tamen, hoc est, initiatis ea communicare fas erat.

In specie Mysteriū Sacramentū est, hoc est, vel actio tota Sacramentalis & spiritualis vel tantùm sacra symbola, quæ in actione usurpantur vel res quæ in symbolis referūtur voce mysterii significātur. Μυστήριον cōtinet res significatas, i.e. externa signa cōtinēt res significatas nō inclusivè sed repræsentativè. In Eucharistia continetur magnum mysterium seu sacramentum: Augustin. id est magnæ & arcanæ res. De mysteriis numerorum videātur Pythagorei & Platonici: Mysteria Dei quæ ad salutem nostram pertinent

tinent in se suaque natura cerni à nobis non possunt sed ipsa in verbo Dei quasi intuemur.

LITERA. N.

Νοερὸν.

Νοερὰ φύσις est intelligens natura

Νοερὸν & λογικὸν { simpliciter, ut angelus
Cum affectione imaginis Dei.

Quidam putant in imagine Dei esse εἰδοποιὸν διαφορὰν hominis. Cum enim de solo homine legatur, eum conditum esse ad imaginem divinam, dicunt ita eã explicari debere, ne creaturæ ulli alii tribui possit, ut sit anima πνεῦμα νοερὸν καὶ λογικὸν, non simpliciter, sed tale, quod sit divinæ imaginis, & hoc modo prædita iis virtutib⁹, quæ sunt in eo Archetypo, ad cujus instar creata est, quæ deliberando, consultandoq; decernit & statuit, quod rectum est, & ita virtutes has in corpore exercet, & sententiam suam oratione explanat.

Νόθος.

Nothus *propriè & in specie* significat eum: qui non est procreatus ex justis nuptiis: natus est ex non justo matrimonio inter se copulatis. Huc pertinent qui vulgo vocãtur Bastardi à germanico Bös art nati ex stupro maris ac virginis vel viduæ honestè aliàs vivẽtis. Dn. Vult. in cõm. in Inst. *Impropriè & generaliter* nothũ dicitur, quicquid non est legitimum, vel quod est degener. *Nothi pulli* sunt, qui concepti sunt ex perigrinis maribus. *Catulus* nothus dictus est à Philostrato quem leæna concepit ex pardo, Vide lexicon. Jur. diligentissimi viri Johannis Calvini.

Νόθος λογισμὸς seu λόγος Platonis vide in voce λογισμὸς. *Nothæ Costæ* (πλευραὶ) in doctrina physica seu Anatomica dicuntur inferiores quinq;: Vulgo mendosæ, quia & breviores & molliores sunt. Græci has vocarũt χόνδρον, i. est. Cartilaginẽ, quia substantia earum est cartailagine. Opponuntur eis superiores septẽ, veræ, quæ oriuntur à spondylis, & terminantur ad medium os pectoris cui nomen est στέρνω *Nothum seu adulterinum regnũ* seu Principat⁹ regius Nothus in politicis est regnũ diminutũ vel mixtum tyrannide: cui opponitur verũ & justum, simplex & perfectum, quod est imperium unius ex virtute perfecta optimi in subditos inferiores, cum libera perpetuaq; omnium rerum potestate ad utilitatem publicam. Vide 3. politicorũ Aristotelis Nothi libri, nothi versus sunt alieni, qui alicui falsò attribuuntur. Aliâs νοθευόμενοι & supposititii. Sic dicta notha id est supposititia instar alieni fortis.

Νυμφαῖα Nymphæa,

1. Nymphæa erant aulæ seu ædes publicæ amplissimæ, quas nuptiarum celebrandarum gratia frequentabãt, qui propriis in ædibus idoneo ad has destituebãtur loco. Hæc erant instructa culinis & conclavibus, in quibus mantilia, patinæ & alia vasa reponebantur: Sic dicta quòd Græci sponsam dicunt Nympham. Pancirollus.
2. Alii accipiunt Nymphæa ita, ut non tantũ nuptiis celebrandis, sed & lavacris seu thermis voluptatis causa institutis sint destinata à Principibus, qui posteritatis causa ea extruebant. Vide Beroald. ad Apulejum lib. 11.
3. Sed Jul. Capitolin. videtur distinguere inter Nymphæa & ipsa Lavacra, cùm ait:

ait: Opera Gordiani nulla extāt, præter quædā Nympha & balneas. Apparet hinc Gordianum Nymphæis jam extructis lavacra etiam adjecisse.

4. Sunt quoq; qui existimēt Nymphæa esse nuptialia cubicula, à quibus Beroaldus dissentit.

LITERA. O.

Articulus O' geminatus appositus & subjecto & prædicato.

Articulus appositione ad & subjectum & prædicatū significat ἀντιστροφήν, vel ἔμφασιν. Aristot. 2. de anima text. 36. Causa ipsius esse omnib⁹ essentia est. Hic in Græco & τὸ causa, & τὸ essentia habet articulum præpositū. Si igitur causa ipsa ipsius Esse, est ipsa essentia rei, etiam ipsa essentia est ipsa causa ipsius Esse. Causam autem ipsius Esse Aristoteles intelligit eam, quæ dat rei Esse specificum, & rem constituit in suo esse. Hæc autem est forma. Zabarella ad hunc locū, qui etiā ex eo colligit materiam non esse partem essentiæ seu quidditatis rei.

Articulus ὁ interdū est Interpretationis: Ut: πείθου τοῖς νόμοις, τοῖς τῶν βασιλέων κειμένοις: obtempera legibus, nempe iis quas reges tulerunt

Articulus additus mutat nonnunquam propositionem particularem in singularem Matth. 26. πρὸς τὸν δεῖνα &c. Ad quendam qui vobis non ignotus est, quiq; vos ante sæpe recreavit. Articuli vis interdūm est ἀναφορική (relativa) ad Corinth. 10. ἡ δὲ πέτρα, id est aqua illa, ex petra profluens, quæ Israelitas sequebatur in deserto erat Christus, i.e. adumbrabat Christum.

Ὅπερ.

Ὅπερ Arist. est verè, propriè, essentialiter ut ὅπερ ἄνθρωπος verè homo, ὅπερ ὂν verè Ens: color prædicatur ut ὅπερ ὂν de albedine, id est, propriè & essentialiter. At albus paries, non potest dici ὅπερ χρῶμα i.e. verè color. Non est generaliter verū hoc pronūciatū: Cūm articulus Græc⁹ & subjecto & prædicato apponitur, significatur prædicatū esse ὅπερ ὂν ratione subjecti, vel esse partem essentialem subjecti. Nam ὁ ἄρτος ἐστὶ τὸ σῶμα μου dici potest; & tamen panis nō est ipsum corpus domini, seu prædicatum non est de essentia subjecti.

Οἷον.

Οἷον valet adverbium quasi ut, οὐ λέγω, οἷον ὅτι ἐκπέπτωκεν &c: nō dico quasi q excciderit sermo ille Dei. In ep. ad Rom. 11. Sic Plato in Apologia καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησις ἐστιν ὁ θάνατος, ἀλλ' οἷον ὕπνος, id est sive mors non sit aliquis sensus, sed quasi somnus. Similitudinis igitur hic nota est.

Οἷόν τε idem est quod δυνατόν, possibile. Quando autem hæc vox hanc significationem ascíscit, solet post se regere verbum infinitivi modi, ut οὐχ' οἷόν τε ἐκπεπτωκέναι (sub audiendo verbum ἐστὶ post voculam οἷον) id est fieri tamen non potest ut exciderit. Joh. Piscat. in Scholiis in 9. cap. ad Rom. ὡς οἷόν τε pro virili parte. Demosthenes. Καθ' ὅσον οἷόν τε μετρίως καὶ εὐλαβῶς χρηστέον quā modestissimè & cautissimè fieri potest, utendùm est. Galen. lib. 1. ad Glaucum.

Ὁμαλότης.

Ὁμαλότης vox est Mathematica, Physica, & Ethica. Significat enim æqualitatem, planiciem, æquationem. Est Mathem: ὁμαλότης figurarū seu σχημάτων: Est Aristoteli in Politic. ὁμαλότης τῶν κτήσεων καὶ οὐσιῶν, i.e. æquatio bonorum, ut Cic. in officiis vocat.

Nam

Nam & ὁμαλίζειν τὰς κλήσεις est ἰσάζειν (adæquare) τὰς κλήσεις (bona.)

Est ὁμαλότης σφυγμοῦ Galen. id est, æquabilis pulsus: In Astronomia ὁμαλαὶ παραυξήσεις ὡριαῖαι sunt æqualia incrementa horaria. Vide Scalig. in Manilium pag. 260. & ὁμαλότης, est æquatio incrementorum horariorum.

Αὐξομειώσεων horarum ὁμαλίζειν est varietatem horarum æquare. Intellige varietatem horæ esse horæ æquinoctialis αὔξησιν (augmentum) aut μείωσιν (decrementum) & hanc varietatem in genere composito nomine dici αὐξομείωσιν. Joseph. Scalig.

Est ὁμαλότης motuum. Est deniq; ὁμαλότης orationis, sermonis, stili, metri, quantitatis. Cui opponitur ἀνωμαλία (varietas) & ἀνωμαλότης: Cujus in versu exemplum est: Mercator hodie est, cras citharœdus erit, apud Auson.

Et, Et tibi Mœcenas inter heroidas, apud Propert. ubi aspiratio pro positione est.

Homogenea.

In disciplinis, scientiis & artibus, imò quibusvis tractationibus ac commentationibus Homogenea dicuntur & cognata, quæ ejusdem propositi seu thematis explicationem continét, & ad eundem finem referuntur: quæ positis principiis sunt ἀκόλουθα, ut Galenus loquitur. Hinc lex homogenias dicitur, quæ præcipit præcepta, quæ ordine collocanda sunt, arcto cognationis vinculo contineri & colligata esse debere, vetat propriis germanisq; aliena interponi & admisceri, heterogenea implicari: vetat transitum è genere in genus. Ramus etiam legem illam de præstituendis & regundis artium finibus vocat Legem καθ' αὑτό. Nam τὸ καθ' αὑτὸ sæpè pro homogeneo accipit: ut præceptum artis dicitur esse καθ' αὑτὸ, i. e. homogeneum & proprium artis, non è diverso quasi corpore accersitum, non heterogeneum & alienum à proposito. *Atq; illud tale est vel simpliciter vel quodammodo.* Sed Aristoteli aliud est Enuntiatum καθ' αὑτὸ, aliud homogeneum, καθ' αὑτὸ enim est cujus partes inter se sunt essentiales, i. e. cum consequens antecedenti inest per se & essentiailter, non autem per accidens seu accidentaliter. Homogenea effata inter se sunt, quæ sunt nativa ejusdem q. corporis membra ad idem subjectum vel eundem finem spectantia. Sic in demonstratione homogeneum enuntiatum est. quod est ejusdem generis cum alio. Homogenea in artibus pertinent ad formam artium. At in demonstrativo Syllogismo seu apodixi ad materiam apodixeos. In artibus enim heterogenea ordinem turbant. In demonstratione eadem necessitatem tollunt Adulterina Dialectica olim pro nativa tradita est; i. e. non fuit servata lex homogenias. Nonnecessaria & inutilia præcepta nihil ad artem pertinentia inculcata sunt.

In Physicis sunt alia homogenea è quibus nihil componitur, ut mineralia; alia ex quibus componitur corporis pars. Et inter hac duas species medium sunt plantæ. Aver. Meteor. 4

In Cosmographia loca homogenea sunt, quorum uterq; est austrinus vel boreus, id est meridionalis vel septentrionalis.

In Arith: termini sunt homogenei, qui sunt ejusdem generis: Heterogenei contrà: Ut in Proportionis disjunctæ directæ quæstionibus ordo terminorum spectatur, ut tertius sit qui facit quæstionem tertioq; sit homogeneus primus, & quarto secundus (ut si primus est dierum, tertius quoq; sit die-

dictum) 4 dies dant 8. aureos: ergò 6. dies dant 12. aureos.

Differunt ab Homogeneis terminis *Homologi*. Homogenei enim possunt esse homologi, sed definitione non conveniunt, In Homologis enim spectantur rationes: In multiplicatione & divisione partium (quæ terminos homogos numerat inter se conjunctè repertisq; interjecta linea habet optatum) termini homologi sunt numeratores inter se, & nominatores inter se ut in multiplicatione cum $\frac{3}{4}$ per $\frac{5}{7}$ faciunt $\frac{15}{28}$ homologi inter se sunt 2. & 3. 7. & 7.

At conjuncta rationum enumeratio (qualis est multiplicatio earum & divisio) numerat homologos terminos datarum inter se conjunctè, inventique sunt termini homologi quæsitæ Itaq; multiplicatio (quæ & compositio dicitur & Additio) multiplicat antecedente inter se & factus est antecedens, consequentes inter se, & factus est consequens facti. Ratio 3. ad 2. per rationem 5. ad 4. multiplicata facit rationem 15. ad 8, eaq; dicitur composita è ratione 3. ad 2. & ratione 5. ad 4. Dicitur Regula Sex Quantitatum. In 6, enim terminis minimùm versatur quatuor datis, & duobus inventis.

3	5	15
2	4	8

Divisio quoq; fit divisis homologis per terminos dividentis, & dicitur etiam subductio, unde & quota ratio (quæ significat quoties dividens in divisa contineatur) dicitur Reliqua: ut si ratio 27. ad 8. sit dividenda per rationem 3. ad 2 quota ratio erit 9. ad 4.

27	3	9
8	2	4

Homogeneis opponuntur *Heterogenea*, quæ non sunt ejusdem generis. Sic præceptum de Numeris in Grammatica est Heterogeneum & alienum, Sermo enim, & non numerus Grammatices est; Numerus solius Arithmetices est. Quidam in Arithmetica figuratos numeros (ut quadratum cubum) hoc Syllogismo defendunt. *Superioris doctrinæ præcepta in subalterna sunt heterogenea.* Figuratorum doctrina est superioris doctrinæ præceptum, nempe Arithmeticæ. E. in Geometria est heterogenea.

Heterogeneum in arte aliqua dicitur quod non habet usum ejus artis quod non spectat ejus subjectum propriū aut finem, ideoq; ei arti non est subjiciendum. Sic quidam argumentantur: Arithmeticæ subiiciendum, quod Arithmeticum usum habet, secus heterogeneum subiicietur. Figuratorum numerorum doctrina usum Arithmeticum nullum habet, sed tantum Geometricum. E. non est Arithmeticæ subiicienda, sed soli Geometriæ reservanda. Sed hæc assumptio neganda est. Nam usum figuratorum etiam sine Geometria in rebus aliis esse testatur Algebra, Diaphan. & aliorum, cujus fundamentum sunt numeri figurati.

In Rhetor. ἑτερογένεια allegoriæ metaphoricæ seu metaphoræ potius allegoricæ est cum non quo ex genere rerum cœperis eodem desinis, quæ *Inconsequentia* nominatur ex Quintiliano.

Ὁμόγονα

Ὁμόγονα dicuntur, quæ simul fiunt & esse desinunt: aliâs ὁμόχρονα; ut Eclipsis & Luna ex diametro soli opposita: proprium πάθος & subjectum. homo & disciplinæ capax.

Homologi termini in Geometr. sunt termini æqualium rationum eodem ordine. In einem Stande, ut alterni. Vide Geom. Ram 4.

Digitized by Google

In cœlo est materia ejusdem rationis cum materia inferiorum. Paul. Scal. concl. 31. de mundo cœlest. Sed Avenpace statuit in cœlo esse materiam alterius rationis à materia inferiorum.

Homœoptoton.

Homœoptoton Rhetoribus est figura, quæ dicitur Latinis similiter cadens.

In Musica Homœoptoton figura est, cum paribus intervallis servatis notæ vel ascendunt, vel descendunt, ut fit in Cantilena Clementis non Papæ, Concussum est mare, ubi sunt verba Descendebat de cœlo.

Ὁμώνυμα.

1. Ὁμώνυμα dicuntur, quæ sunt ejusdem nominis. Ὁμώνυμος ἐμοῦ & ἐμοὶ ejusdem mecum nominis, mihi cognominis.

2. Homonyma sunt nomina, quæ multa significãt. Aliâs æquivoca. Homonyma ἀπὸ τύχης (à casu) dicuntur, quæ fortuitò eodem nomine nuncupantur, quibus fortuitò idem nomen obtigit, quorum nomen est commune fortuitu, Aristoteles Eth. 1. cap. 6.

Homonyma ἀπὸ διανοίας (á consilio) dicũtur, quæ arte facta sunt, propter similitudinem, ut fasces pro imperio.

Οἰκείωσις.

Οἰκείωσις 1. est familiaritas: sic utuntur scriptores Ethici 2. est appropriatio ejus quod est alterius. Dicitur illa interdum etiam ἐφάρμοσις. Græcis Theologis hæ voces sunt usitatę. Christus est nocens & reus τῇ οἰκειώσει, id est appropriatione & imputatione nostri reatus. Dicitur & ἰδιοποίησις, id est sibi vendicatio.

Οἶκος.

Οἶκος 1. est domus 2. res bona, facultates patrimonium, res familiaris seu domestica, cujus curator seu administrator dicitur οἰκονόμος administratio ipsa οἰκονομία, qua voce etiam Aristoteles utitur in Ethic: 6. pro prudentia œconomica. 23. c. Matth. κατεσθίετε τὰς οἰκίας, devoratis domos id est facultates viduarum. Κατὰ enim auget significationem verbi. Odyss. ἔδοντες οἶκον ἐμὸν conficitis & absumitis patrimonium meum.

Ὄνομα.

Ὄνομα generaliter est ὄργανον διδασκαλικὸν καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας (Plato in Cratylo): Instrumentum ad docendum res aptum accommodatumque, ad ipsarum naturã repræsentandum discriminandum.

Aliâs dicitur rei symbolum, tessera, ὁμοίωμα, τύπος, imago, simulacrum, εἰκὼν, δήλωμα, ὄργανον δηλωτικὸν, καὶ διακριτικὸν τῆς ἰδέας.

Ut animi nostri noëmata, id est conceptiones seu sensa sunt rerum effigies & simulacra: Ita nomina sunt simulacra rerum.

Dicitur ὄνομα à Platone μιμητικὸν, quia est illius rei μίμημα, id est imitatio, atque expressio, ad quam significandam est institutum.

Ὀνόματα sunt πρῶτα seu ἀρχηγὰ, vocabulorum ceterorum fontes: Vel secunda seu derivata, ex primis nata.

2. In Grammaticis est vox numeri cum casu. Itaque à Grammaticis ὀνόματα μετουσιαστικὰ dicuntur, nomina materialia, id est materiam significantia. Μετουσία enim interdum materiam ex qua significat, ut ξύλινος ligneus, λίθινος lapideus.

Ὀνοματουργὸς Platoni est artifex nominũm, vel qui valet facultatè imponendorum nominum.

Ὀνομάτων ὀρθότης est vera nominum ratio, seu ἑρμηνεία. Plat.

Ολό-

Ὁλόκληρον.

Ὁλόκληρον & ὁλοτελὲς differunt ut species & genus. Nam ἔργον ὁλοτελὲς est opus totum absolutum seu perfectum: Cui opponuntur ἡμιτελὲς, (semi absolutũ)& in latina lingua, affectũ, propè perfectum: ὁλόκληρες verò est modò tota sua sorte constans, id est omnibus suis partibus absolutum modò sincerum, quod nihil habet admistum vitii. Vide Hieronym: Zanch. in expl, 5. cap. 1. ad Thessal. v. 23. Per periphrasin ὁλοτελὲς est ὅλον δι' ὅλων, totum per omnia. Analytici utuntur his vocibus in doctrina de demonstratione, ubi agitur de subjecto totali & adæquato.

Ὅλον.

ὅλον est
- σύνολον, totum
- καθόλου, universale
  - αἰσθητὸν quod est αἰσθήσεως κυρίας, id est sensus interni: ꝙ videtur in Phys: in procemio vocare Aristoteles ὅλον.
  - νοητὸν, quod per διδασκαλίαν acquiritur

Explicatio.

Ὅλον αἰσθητὸν dicitur universale illud, quod sensus internus communis (cujus beneficio omnium categoriarũ individua cõmuni quadã ratione cognoscimus) collectum ex singularibus apprehendit, non mens, quæ καθόλου νοητὸν cognoscit. Εὐβουλία ἡ καθόλου, universalis bona consultatio, & prudentia ἡ καθόλου habet αἰσθητικὴν cognitionem, quia sensu communi utitur: at scientia διανοητικήν: prudentia ἡ καθέκαστα externo sensu utitur (Is n. habet τὸ καθέκαστον) & per ἐμπειρίαν acquiritur Zuing: in Tab. Eth. lib. 6. p. 187.

Ὅραμα.

Ὅραμα accipitur generaliter pro visione, ὁράσει, pro quopiam quod videtur; Specialiter quod visione animæ propria, cùm anima in ἐκστάσει videre sibi aliquid videtur, vel pro specie insigni somnii, cùm oblatæ secundum quietem imagines expressè disertèque absq; figuris & involucris pingunt eventus, aut modum rerum gerendarum. Cicero interpretatur visum: A quo distincta est ὀπτασία, quæ dicitur, cùm videtur oculis corporis res objecta extrinsecus, ut cum conspicitur angelus à Cornelio Act. 10. cum à discipulis videtur Moses & Elias cap. 17. Matth.

Ὄντως ὄν.

Ὄντως ὂν accipitur propriè & impropriè. Propriè convenit Deo. Impropriè animo apud Platonem in Phædro; ibi enim animi humani ἐντελέχειαν vocat οὐσίαν ὄντως οὖσαν, id est essentiam per se constantem, & συγγένειαν θεοῦ, quia animus est naturæ divinæ συγγενής, id est cognatus, à generatione immunis & immortalis.

Organicum.

Organicum est, quod habet organon, seu partes instrumentarias, vel quod fit organo, ut causa ministeriali. Anima ut Plato sentit, & res docet, affectiones peculiares, vel ut Aristoteles loquitur, ἢ ἔργον ἢ πάθος ἴδιον habet, quæ sine ministerio corporis fiunt. Hæ igitur actiones dicuntur inorganicæ.

Organopœia.

Ὀργανοποιία modò organi factionem,

modò ὀργανοποιητικὴν, id est artem seu rationem faciendi instrumenta significat. Idem judica de vocibus θαυματοποιΐα, βελοποιΐα, σφαιροποιΐα· Nam Nomen Actionis, Operationis, Effectionis sæpè ponitur pro nomine Facultatis, Artis, Rationis, ut ἀγαλματουργία, ἀγαλματοποιΐα pro arte fingendi idola. Sic εὕρεσις est εὑρετικὴ, κρίσις est κριτικὴ, Syntaxis est ratio construendi, θεολογία est θεολογικὴ, Oeconomia est Oeconomice.

Ὁρμή.

Ὁρμὴ est cordis motio, & incitatio, vis animæ qua ad agendum incitamur seu impellimur Cicero interpretatur appetitionem, quæ & ὄρεξις dicitur. Ab ὁρμὴ est ὁρμητικός. Hæc autem vox accipitur & activè & passivè. Nam ὁρμητικὸς πρὸς συνουσίαν modò est propensus ad Venerem, modò accendens Venerem.

Ὀρέγομαι.

Verbum ὀρέγομαι, quod significat concupisco, experto, ἐπιθυμῶ, propriè ad sensum refertur. Hinc est ὄρεξις.

Hæc vox ὄρεξις accipitur specialiter, & generaliter, strictè & laxe. Primum est appetitus, non etiam aversatio.

2. Est appetitus, vel aversatio, earum rerum quæ monstrantur à notitia seu cognitione pro bonis vel malis, pro convenientibus naturæ, aut nō convenientibus, sive vera sint sive falsò pro talibus habeantur. Hoc est quod dicitur appetitum esse comitem cognitionis. Nam ignoti, neq; cupido neq; aversatio. Itaq; in stirpibus propriè appetitus non est, sicut nec hæ esurire, sitire, sentire propriè dici possunt, neq; saxum infima, neq; ignem suprema loca appetere propriè dicitur.

Ita Aristoteles & Plato itemq; Plutarchus sentiunt iis nim: δύναμις φυτικὴ & attractrix in stirpibus & animantibus alimentum assumit, attrahit, retinet cōficitq;, & reiicit supervacanea.

3. Sed communis scholarum doctrina, appetitum dividit in naturalem, sensuum, & rationis: ut τοῦ θρεπτικοῦ καὶ φυτικοῦ sit in stirpium & animantium genere appetitus naturalis. Sic notio ὀρέξεως (Appetitus). est generalior. Hic autem appetitus naturalis seu φυσικὸς in epate sedem habet, quod est membrum alimenti præcipuum, & in distinctione Platonica refertur ad ἐπιθυμίαν, à quo hæc subter præcordia collocatur, etsi hanc ad affectus etiam amoris & generationis extendit. Alii etiam invidiam & iram retulerunt eodem, unde sunt poetarum hæc: Rumpantur ut ilia Codro. Et difficili bile tumet jecur (apud Horat), cùm ira, odium, amor, invidia affectus sint, quorum sedes officinæ atq; effector est cor, qui ad sentientis animæ appetitum pertinet. Est igitur animalis seu sentientis animæ, & ut loquuntur sensitivus appetitus, qui aversatur aut appetit in bruto, & bruta parte hominis ea quæ sensibus comprehenduntur exterioribus aut interioribus, sive coram assint, sive phantasia repræsentantur. Quibus enim hujus generis appetitus aut aversationes excitantur, *ea vel foris sensus* in præsentia feriunt, & corpus sic attingunt, ut nervi afficiantur: *Vel species seu* imagines rerum, quæ in sensibus fuerunt intus cōceptæ, hos appetitus commovet, etiamsi in præsentia non sint foris in sensibus, neq; ab externa causa nervus tum moveatur. (Platonis θυμὸς huc pertinet).

Senti-

Sentientis naturæ appetitus & aversatio in animante excitantur	Ex actionibus sensuum quibus nervi afficiuntur seu fiunt cum contactu (Delectatio & dolor non sunt sensus, sed cum sensu, & per organa sensuum excitantur & fiunt, ac in tactu quidem per organū tactus.)
	De iis quæ intus concipiuntur, sive nervorum præsenti opera, aut ministerio seu; Fiunt sine contactu, ut affectus. Neq; enim nervi ad hos, præterquam in delectationis & doloris sensu, aliquid conferunt.

Hujus generis appetitus non sunt motus voluntarii, ideoq; ratio in intelligente natura, tollere hos, aut ne existant prohibere nequit, sed moderari tamen potest, eum, qui ex his in corde cietur, affectum, sicut stoicus ille, qui exclamat, dolorem nihil agere, ut ne cruciet nervos dolor, neq; hunc nervi aversentur, perficere non potest, sed ab iis quæ agebantur, ne eum impediret in eo efficit aliquid, quod cordis robur est, non nervorum. Itaq; licet nervi iidem sint, & doloris sensus par in iis, alius tamen hunc fert fortius, alius mollius. Appetitus Rationis seu λογικὸς aliàs dicitur voluntarius & βούλησις ac solius est hominis, ac oritur à cognitione (boni & mali) intellectus.

4. Præterea orexis interdum ponitur pro ipso ὀρεκτικῷ, id est, facultate appetente.
5. Ultimo orexis per Synecdochen generis accipitur pro vehementi edendi cupiditate. Sic usus est Poëta Juvenalis, *Rabidam facturus orexin.*

Sunt qui famem & sitim in animantib⁹, etiam appetitus faciant, sed hæ sunt πάθη potius appetitum sequentia, quam appetitus ipse, & propter nervos communicatos orificio ventriculi hæc πάθη sentiuntur, ibi, & in cerebro phantasiam excitant, ut alimentum quæratur, absq; quo si esset, ut in stirpe, sic etiam in animante non sentiretur hic appetitus, quemadmodum & nulla alia parte, quàm in ventriculi ore fames & sitis sentiuntur, cum omnes æquè partes alimentum & appetant, & attrahant.

Sitis & fames referuntur ad appetitū	Sensuum, quia propriæ sunt πάθη virtutis sentientis
	Naturalem, spectata causâ, à quo existunt.

Τὸ ὀρεκτικὸν est conjunctum cum κινητικῷ quia appetitus est inclinatio quædam ad motū. ὀρεκτικὴ causa est Impulsiva.

Ὀρθοέπεια.

1. Platoni in Phædro est commodorum vocabulorum delectus.
2. Grammaticis nonnullis orthoepea est recta vocum pronunciatio.
3. Est & recta ποίησις Carminis heroici. Ἔπη enim sunt carmina heroica.

Ὀρκίζω.

Ὀρκίζω significationem habet religiosi Juris Jurandi. ὀρκίζειν vel ἐξορκίζειν τινα est exigere ab aliquo Jusjurandum. In oratione de corona Demosthen. ὀρκίζω σε τὸν θεὸν Marci 5 phrasi hebraicæ linguæ peculiari, est obtestor te per Deum. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ, id est adjuro te per Deum viventem, hoc est, jubeo te juratum dicere per Deū, Ich beeydige dich; postulo à te, ut

adhibito jure jurandos dicat &c. Matth. 26. Demosthenes etiam in oratione in Cononem ἐξορκίζειν usurpavit pro devincere jurejurando.

Ὅρος.

Quidam græci inter ὅρον & πέρας hanc differentiam ponunt: quòd ὅρος sit, cujus gratia, seu finis & perfectio, πέρας sit extremum seu extremitas solùm: quòd superficies, punctum, lineæ, nomine nõ ὅροι sed πέρατα appellanda sint, sicut corpus dicitur πεπερασμένον (id est, circumscriptum seu definitum). Sed lib. de animalium motu Aristoteles πέρας accipit, pro eo quod est, τὸ οὗ ἕνεκα; ibidemq; mox πέρας pro termino, non pro fine motus.

Definitio vocatur ὅρος, id est terminus, quia includit rem totam ita, ut nihil rei sit extra definitionẽ, cui definitio non conveniat, neq; aliquid aliud est, intra definitionem, cui ea conveniat. Thomas Aquinas in poster. analyt. Est igitur ὅρος seu terminus cognitionis, quia intra ipsam continentur ea, per quæ res scitur. Si enim una differentia vel addatur vel subtrahatur, jam non erit eadem definitio. Jam si est cognitionis terminus, necesse est, ut sit rei terminus, quia cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad rem cognitam. Thom. Aquin. 5. Metaphys. lect. 19. text. 22.

Ut termini agros separant: Sic definitio separat id, quod definitur à rebus cæteris.

Ὅρος sæpe accipitur pro ambitu rei.

Ἄλλως ex scholasticis.

Ὅρος est nota, qua unum quid & simplex menti repræsentatur. Estque primus, vel à primo ortus. Primus à quo posteriores pendent: Estq; vocis vel rei. Terminus vocis est, quo appellatio rei & conceptus consideratur. Ejus distinctiones & affectiones spectantur. Distinctiones vel ex re significata, vel ex modo & origine significãdi. Ex re significata Terminus est Categorematicus, vel Syncategorematicus. Categorematicus, qui rem plenè significat, ut sunt imprimis nomina Scalig. lib. 3. Estq; primæ vel secundæ impositionis. Primæ intentionis est, qui aliquid extra animum significat. Sic dictus, quia primo homines intenderunt rebus nomina imponere. Secundæ intentionis terminus est, qui modũ aliquem, seu instrumentum artis, quo mediante res intelligitur, significat.

Differt igitur à priore, quia non immediatè significat rem, & quia post imposita rebus nomina notiones seu terminos disciplinarum artifices eis dederunt. Ut Genus, Species, Casus, Tropus, Epicyclus (dicuntur & voces Technologicæ, τεχνολογήματα).

Syncategorematicus est, qui non tam significat, quam cõsignificat, ut conjunctiones, adverbia, pleraque pronomina, quanquam & termini nonnulli mixti sunt, id est partim Categorem: partim Syncategorematici, *ut nemo nihil*, (id est, nullum Ens) *omnia* id est, omnes res; *semper*, id est omni tempore.

Ex modo significandi terminus vocis est, 1. abstractus vel concretus. Abstractus, qui rem separatim significat, ut humanitas, doctrina.

Concretus qui res conjunctim significat, ut homo doctus.

2. Significationis sejunctæ, vel collectæ: Sejunctæ significationis, qui sine collectione significat, ut homo, unitas. Collectæ, qui significat multa simul collecta, ut nomina collectiva.

va. Grammaticis dicta; Ecclesia, sylva, grex, & quæ significant simul actionem & passionem.

Ex significationis modo terminus alius est distinctus, alius ambiguus.

Distinctus est, qui certam & distinctam habet significationem (qui significat res definitione & natura distinctas). Ambiguus est, qui res natura diversas indistinctè & confusè significat, ut Cancer.

Vulgò terminus est univocus, vel æquivocus: inter hos medius esse quibusdam videtur terminus analogicus.

Terminus vocis ambiguus est, vel ex casu, vel ex consilio. Ex casu, cum nulla potest dari ratio, cur nomen unum idemq; rebus natura & definitione diversissimis sit impositum: exemplo est Gallus, qui & avem demonstrat, & hominem è regno Franciæ significat. Ex consilio, cum nomen commune rebus diversis certa quædam ratione est inditum. Estq; ambiguus ex dependentia vel ex similitudine. Terminus ambiguus ex dependentia est, cum unum nomen generale tribuitur diversis rebus, quarum una ab altera, ut principaliori, quo ad naturam dependet. Græc. πρὸς ἕν ut Ens, quod substantiæ & accidenti tribuitur inæqualiter: accidenti quidem, quia à substantia dependet.

Ambiguus ex similitudine est, cum diversis rebus vox una tribuitur, ob quandam convenientiam & similitudinem. Estq; simplicis similitudinis, vel proportionis; Simplicis similitudinis, cum similitudo consistit inter duo tantum. Hic terminus ambiguus est, ex similitudine vel conceptus, vel rerum ipsarum.

Ambiguus ex similitudine conceptus seu notionis naturæ, est cum rebus toto genere diversis (ut Deo & creaturis) idem nomen, (ut essentia, bonitas) tribuitur ex cognatione quadam, quam mens humana format.

Ex similitudine rerum ambiguus est, cujus significationes extra mentem evidentem & notam similitudinem obtinent. Hæc similitudo seu σχέσις est vel ex causa efficiente, vel ex effecto & signo, vel ex accidente aliquo communi. Ex effic. ut cum & medicamentum, & cibus dicitur sanus, quia utrumque sanitatem efficit: ex effect: & signis, ut cum color aliquis, & urina dicuntur sana, quia utrumque est effectus & signum sanitatis, ex accid. ut cum piscis & animal terrestre dicitur lupus propter voracitatem, quæ est in utroq;.

Ambiguus terminus proportionis seu ἀναλογίας, id est, compositæ similitudinis, est, cum similitudo consistit inter quatuor: Ita terminus analogus est Gubernator, cum tribuitur rectori navis & magistratui: sicut n. se habet rector navis ad navem: ita magistratus ad rempub. Analogicè etiam vox Deus tribuitur Deo & magistratui.

Penultimò Termini sunt Polyonymi, qui Grammaticis sunt Synonymi, ut Ensis & Gladius (Græc: ἰσοδυναμοῦντα æquivalentia) vel ἑτερώνυμα, cum diversæ res habent diversa nomina. Damascenus c 33. suæ dialect.

Ultimò termini sunt communes, vel proprii. Thomas Brick; Communem seu universalem, terminum confert cum natura communi: Sicut est ordo inter naturas communes in essendo: Sic ordo est inter terminos communes in significando.

Quo ad affectiones attinet, Termini sunt proprii vel improprii seu transsumpti; perspicui vel obscuri; novi, vel veteres, vel antiquati. Sunt adæquati

quati rei significandæ, vel non, ut restrictior seu angustior; Vel latior: sunt finiti, (homo) vel infiniti; (non homo) seu vagi. Finiti finitæ significationis sunt, id est, certum, non vagum, Entis conceptum intellectui subiiciunt, quod non faciunt ἀόριστοι: ii n. tollunt unum, & simul tacitè insinuant ac ponunt infinita alia, quæcunq; præter illud unum in mundo sunt reliqua.

Terminus simplex rei, id est, qui extra dictionem aliquid de re ipsa menti repræsentat, est primò transcendens, Ens, unum, verum, bonum, ratio, modus 2. Substantia & accidens. 3. Causa, causatum; subjectum, Totum, pars quæ Keckermannus vocat terminos simplices, primos internos; Objectum, locus, tempus, connexa, antecedens, consequens; quæ vocat externos terminos è simplicibus primis.

Termini orti sunt, qui mediantibus primis concipiuntur.

Terminus ortus est dictionis vel rei.

Terminus dictionis est explicatio vocis, vel conjugatio (συζυγία).

Explicatio vocis est; definitio nominis, vel distinctio vocis ambiguæ, vel deniq; illustratio obscuræ.

Conjugata sunt primitiva (ἀρχηγά, denominantia) vel derivata (παρώνυμα, denominata.)

Terminus ortus rei, seu extradictionem, est definitio rei & divisio, identitas, & diversitas, quæ vel distinctio est, vel oppositio.

Ceterum terminus analogicus seu proportionatus etiam ambiguè dicitur. Scholastici enim faciunt alia analoga secundum attributionem (ut Ens ad substantiam) alia secundum proportionem. Sed Aristoteles & alii Græci ea, quæ sunt ad unum, & ab uno, ab analogis discernunt, eaq; sola, quæ homonyma ex proportione sunt, analogorum nomine insigniunt, in 1. phil. in poster. analyt. & Ethic. Dictis subiicio nonnullos Canones.

Terminus conveniens rebus ex primaria & propria impositione præferendus est termino convenienti rebus impropriè seu transsumptivè eis applicato.

Terminus analogicus per se, (id est sine adjectione aliqua) positus stat pro famosiori significato. I. Picus in Theologia.

Termini significant conceptus ut Quo, significant res ut Quod.

Quomodo hoc sit intelligendum vid. literam Q. in Quod & Quo.

Termini non supponuntur pro conceptibus in propositione, sed pro rebus ipsis.

Ὁρίζω.

Definiendi & disterminandi vim habet hoc verbum: Unde Horizon in sphæra circulus qui Lucano est lib. 9. Finitor, definitor e Proclo, circulus major immobilis, qui conspectam mundi partem ab inconspecta dirimit, & universam sphæram in duas partes secat, ut alterum hæmisphærium supra terram, alterum infra relinquat.

Est igitur ὁρίζειν terminis seu finibus includere ac quasi describere. Aristoteli in doctrina de qualitatibus activis, & harum effectis ὁρίζειν σώματα est corpora sic colligere, densare, atque figere, ut quæ antè figuram certam, propter humiditatem diffluentem non habebant, sed ab eo tantum, à quo continebantur, figuram accipiebant, certam figuram terminumq, ex se se, non alienum & externum, acquirant. Ita humida appellantur ἀόριστα, cùm propter diffluxionem non habeant

habeant certam figuram: ὁρισμένα autem habent certam ac propriam neq; à continente accipiunt. Aqua verò, etsi per se rotunda esse docetur, ejusmodi tamen est illa rotunditas, ut propter fluxam materiam suam vasis & alvei, quo continetur, formam induat atq; hoc modo fit & dicatur ἀόριστον. Quando autem à figura constringitur, in figuram durabilem clauditur, ut cùm frigus ὁρίζει. Humidum autem aliàs calore, aliàs frigore, ut qualitatibus activis ὁρίζεται, hoc est, terminis includitur, ut cum densatur & figitur. Porrò humidum dicitur δυσόριστον: siccum contrà εὐόριστον, id est, illud difficulter: hoc verò facile figurâ circumscribitur, & determinatur, quo utroq; πάθος significatur passivarum qualitatum.

Logici etiam Græci usurpant δυσόριστον, & εὐόριστον pro difficili & facili definitu.

Ὀφιῶδες.

τὸ ὀφιῶδες Platoni lib. 9. de Repub: est τὸ ὀρεκτικὸν, id est pars hominis appetens, mortalis & interitui obnoxia, quám Theologi carnem dicunt ex Paulo, eamq; opponunt spiritui; vel diversam ab hoc faciunt disparatè & genere quidem. Plato autem vocavit ὀφιῶδες, quia serpens ille antiquus, hanc partem hominis adortus est.

LITERA. Π.

Πάθος Passio. Perpessio, πάθησις

Πάθη vel sunt saluti, hoc est, affetentia salutem: Barbari vocant Salvativa, vel sunt σωστικὰ id est ejusmodi, ut de statu meliore deturbent. Illiusmodi sunt βελτιώσεις: Barbari vocant Meliorationes. Hujusmodi verò sunt ἐλαττώσεις, Barbari vocant Deteriorationes & Minorationes: suntq; πάθη quæ proficiscũtur ὑπὸ τοῦ ἐναντίου, id est, ab eo quod adversum est.

Passio alia est φθαρτικὴ, alia est ἐνεργητικὴ, id est effectiva. Hæc est vel τελειωτικὴ vel παιδευτικὴ vel ἐπανορθωτικὴ: Qualis passio fuit Christi, qua legis maledictioné à nobis abstulit, mortis Sathanæq; vim moriẽdo vicit. Lucas Trelcat. disp. 26. de passione & morte Christi.

Πάθος est recipiens τοῦ πάθους, quod πάθος interdum transit in qualitatem patibilem.

Παθητικαὶ ποιότητες, id est patibiles qualitates.

Qui explicant doctrinam categoriarum in organ. Aristot. ex iis sunt qui παθητικὰς ποιότητας & πάθη inter se sic discriminent.

Patibiles qualitates sunt, quæ afficiunt sensus & animam vel ab affectione corporis vel animi ortum habentes vestigia quædam sui in animis & corporibus relinquunt.

Patibilium qualitatum sunt genera duo. Sunt enim qualitates afficientes, vel affectæ.

Qualitates afficientes sunt, quæ afficiũt ac movent corpus seu sensus & animum animantium. Qualitates, quas sensus afficere dicimus, sunt objecta sensuum ut vocantur: Intellige sapores, odores, sonos, colores, & qualitates tactu perceptibiles; Ut visum afficit ac movet lux; Auditum soni & voces; olfactum odores boni & ingrati; Gustatum sapores; Tactum primæ qualitates, calor, frigus, siccitas, humiditas: & secundæ, Durum, molle, grave, leve asperum. glabrum.

Qualitates quæ animum afficere dicebantur, sunt qualitates earum rerum, quæ ab animo cognoscuntur, & tunc sic vel aliter afficiunt ut in rebus lætis, tristibus, probabilibus, necessariis animus cognoscentis afficitur certo quodā modo. Qualitates animam afficientes sunt duplices: aut enim afficiunt λογιστικὸν, id est, rationem potiorem animi partem, ut probabilitas, ambiguitas, obscuritas, veritas, Falsitas; aut ἄλογον id est deteriorem animi partem, ut spes, gaudium odium, metus & similes affectus.

Qualitates affectæ sunt quæ ortū habent ab affectione aliqua corporis vel animi, cum ea crebro iterata quasi tingit corpus aut animum, ideoq; diuturnæ sunt &, permanentes. Dici possunt affectiones Durabiles, ut Pallor à morbo diuturno, ægritudines & morbi ex mala humorum contemperatione, nigror in Æthiope à calore nimio, quæ in corpore sunt: Insania à tristitia, Stupor ex metu diuturno, ex ira sæpe iterata iracundia, quæ in animo sunt.

Πάθη, passiones, perturbationes, sunt subiti corporis vel animi motus, qui ut subito oriuntur, ita statim evanescunt, ut in corpore rubor ex pudore natus, Pallor ex metu: In animo lætitia spes, tristitia, metus. In corpore & animo simul Delectatio & dolor ex suavi vel insuavi objecto. Nam omnes affectiones animi & corporis comitantur, delectatio & dolor.

Sed Melanchton in Erotematis suis non omninò cum hisce convenit; nam affectiones durabiles non ad patibiles Qualitates, ut illi, sed ad Passiones refert. Latius enim accipit vocabulum πάθης, quàm nos Aristotelem secuti, nimirum pro omni affectione, sive sit durabilis, sive subita. Itaq; passiones dividit in Durabiles & subitas. Dissensio igitur hæc verborum est, non Rerum.

Objectio.

Affectæ qualitates ex affectione aliqua oriuntur. πάθη similiter. Ergo affectæ qualitates & πάθη nihil differunt.

Respondeo ad antecedens. Eo quidem conveniunt sed hoc distant. Affectæ qualitates ut ἕξεις, hoc est habitus diu permanent ita ut vix possit tolli. Πάθη vero ut διαθέσεις non sunt durabilia, sed εὐκίνητα, id est, facile mobilia ab eo, in quo sunt. Item πάθη sunt priora naturà, & ferè efficientes causæ affectarum qualitatum, ut diatheses habituum. Diatheses n. consuetudine confirmatæ sunt habitus. Sic πάθη (id est subiti affectus) etiam si sæpius recurrant commutantur in patibiles qualitates & fiunt πολυχρόνια, id est diuturna: ut cum quis sæpius & repente irascitur & excandescit, is ex consuetudine ea iracundus efficitur.

παθητὸν Ciceroni est patibile, corpus suapte natura παθητὸν, id est patibile per materiam est διαιρετὸν; i. e. divisibile per quantitatem: ἐνεργητικὸν, id est efficax est per qualitatem.

παλιλλογία.

Παλιλλογία vel palilogia 1. est verborum iteratio seu duplicatio. παλιλλογεῖν est verba iterare, recolligere quod dictū est. 2. In specie est, cum verbum quod in prima sententia est ultimum, in secunda fit primum Latini Regressio, ut Addit se sociam timidisq; supervenit Ægle, Ægle Naja dum pulcerrima. Ruffin:

3. Est & palilogiæ species cum dicitur vivere vitam, anxius angor, cadere casu magno. Aliud est περιττολογία

γία seu περιττολογία, nempe expositio supervacua seu supervacaneorum.

πανδεκτής.

Adverbium Stoici vocant πανδεκτὴν quia omnia in se capit quasi collata per saturam concessa varia rerum potestate. Saturam interpretantur veteres νόμον πολλὰ περιέχοντα.

πανηγύρεις.

A πᾶν & ἀγείρω, omne congrego, 1. solennis quidam Græcorum conventus ad festos ludos celebrandos.

2. Significat Multitudinem hominum congregatorum.

Certum illud tempus, quo Græci conveniebant.

Locum ad quem conveniebant.

πανηγυρικὸς λόγος, quæ in publico conventu Græciæ de utilitatib⁹ Reipub. habetur oratio.

Genus Demonstrativum in Rhet. vocant πανηγυρικόν.

πανήγυρις malorum, proverbium quando unum malum post aliud venit.

πάξ.

πὰξ particula silentii est: Utitur ea Plautus sæpiuscule, & Ausonius claudit ea sua monosyllaba sic:

Totum opus hoc sparsum, cruris velut Antiphilæ, pax, & Diphilus sic canit:

Αἱ πνεῖ δὲ κ' ἡδύς, πῶς δοκεῖς; λακωνικῶς

Ὄξος δὲ κοτύλην. πὰξ τί πάξ.

De hac vocula hoc Jos. Scal. judicium est: Non est vox Romana, sed Græca, eaque utebatur cum sibi imponebāt silentium, apposito ad os digito: Et: Pax interponebatur ad sermonem interpellandum vel truncandū. Et: Cum sibi silentium imponebant, tanquam ulterius sermonem procudere vererentur, aut cum quæ dicta erant indicta vellent, aut cum ex sermone præsentes dimitterent, tum πὰξ dicebant. Hesychius Græcus scriptor, laudante Scal. πὰξ ἐπὶ τὸ τέλος ἔχειν.

παράγεσθαι. Lat. deduci:

Arist. est dici derivativè, seu cum verbi fluxu, vulgo denominativè, ut cūdicitur Calix ligne*. In cōjugatis παραγωγὴ spectatur, ubi distinguitur inter primarium & verborum ipsorum flexus. Scalig. exercit. 113. sect. 27.

παρεγκαλύπτεσθαι κεφαλὴν, *velare seu obtegere caput, de viris quid?*

Velare, tegere, obvelare, obducere caput, Græcè παρεγκαλύπτεσθαι de damnatis inhorrendo spectaculo dicitur, quibus caput obvolvitur seu velatur ne supplicium exhorrescant. Sic accipit capitis obductionem, Cicero pro Rabirio, & obvolvendum caput Agamemnonis pro Oratore. Et Imperatores velato capite pro Rep. sese devovisse, 2. de nat. Deor.

Vitium obvolvere per translationem dicitur ab Horatio, bementelen.

ὁ παράδεισος.

Paradisus in profanis literis est γενικῶς hortus, viridarium, vivarium, ager conseptus, & diligenter consitus omnis generis plantis seu stirpibus. (Xenoph. in Oeconom.) qualis fuit Alexan. Mag. In Theologia ἰδικῶς παράδεισος est αἰσθητὸς sensilis, hortus amœnissimus, à Deo conditus in plaga Orientis; vel νοητὸς, qui mete comprehenditur, locus salutis æternæ, in Dei benignitate animorum piorum amœnissima quies, & tranquillissima atq; lætissima habitatio. Hodie mecum eris in Paradiso.

Parallaxis.

Parallaxis in Astron. est aberratio visus, diversitas aspectus, arcus circuli verticalis, per stellam aliquam datam ductus, inter verum & apparentem ejus locum interceptus. Hæc in Luna est manifestissima. Locus ejus apparens, seu sensibus maximè omnium discrepat à vero, qui in centro terræ videretur.

Verus Lunæ locus est, punctum ultimi cœli, quod determinatur per rectam ex centro terræ per centrum stellæ extensam. Apparens determinatur per rectam ex visu nostro in superficie terræ habitantium per centrum stellæ ad ultimum cœli.

Parallela.

1. Παραλληλία Grammaticis est literarum in eadem voce collocatio aliarumq; juxta alias.

In Geometria & Astrologia παράλληλον est æqui distans. Circuli paralleli sunt, qui æqualem distantiam ex omni parte inter se habent.

Parallela in Sphæra Mathematicis sunt lineæ rectæ paribusq; inter se spatiis in altũ surgentes, lineæ in continuũ tractæ æquali spatio inter se distãtes.

Græci ἐκ παραλλήλου poni vel sumi dicunt voces æquipollentes seu Synonymas, quæ velut inter se componuntur, ut πυχνῶς. Sic latini quidem certè. Montecatinus in 1. Civil. lib. Arist. Commentaria ad text. 49. Inquit Aristoteles à mente & parte rationem habente. Accipe ista ἐκ παραλλήλου. A mente quæ est pars animæ &c. Inquit Aristoteles, Appetitui: Et paulò post: parti patibili, hoc est, affectibus obnoxiæ. Hæc similiter ἐκ παραλλήλου (per alternitatem ut vertit, Pellicanus, vel ex geminatione ut Gellius) sunt accipienda. text. 149. Dubitaverit sane aliquis, utrum sit ulla alia virtus servi præter ὀργανικὰς & διακονικάς. Potest hoc sumi ἐκ παραλλήλου Instrumentarias, id est ministratrices, quia ratio instrumenti & ratio ministri in servo non differunt.

Synesio ἐκ παραλλήλου est ex altera parte. Hinc parallelum à nonnullis figura poëtica dicitur, cum duæ dictiones Synonymicæ pariter ponuntur, ut certè quidem, velut tanquam per accidens: Sed non Poëtæ tantum, ut Comici, & Tragici, sed etiam historici & oratores interdum ita loquuntur, & Velut Tanquã Logicum quendam demonstratorem interdum conjungere memini.

Parallela Plutarchi sunt libri, in quibus inter se componuntur vitæ & gesta heroum, (ut Græcorum & Romanorum) illustriũ virorum, quod binos, quasi paria, composuit. Extant & sacrorum Parallela, ut Loc: Veteris & novi testamenti, item Evangelistarum. Sunt & Parallela Philosophica & Theologica.

Aristoteles.	Iustinus Martyr.
Scientia virtutis Theoreticæ vitæ est felicitas, nõ politicæ, cujus felicitas est in actione virtutis.	Non ἐν λόγοις, sed ἐν ἔργοις posita est nostra Pietas (εὐσέβεια.)

Canon Græcorum.

Παράλληλα εὐαισθητότερα inter se composita exactius sentiũtur. Itaq; Humores, qui in corpore fiunt ex alimento. παρὰ φύσιν, ex iis judicantur quæ sunt κατὰ φύσιν, vel è contrario.

Παραλλήλως ἐξετάζειν est contendere, id est conferre seu comparare inter se, Id enim Cicero solet dicere contendere.

De

De Parallelismo versuum.

Versus Paralleli dicuntur, cum dictiones secundum ordinem in versu uno ponuntur, cum sequentis versus vocibus è regione fermè subordinatis, id est, subtus collocatis, ut sensus absolvatur. Latini, inter quos Georgius Fabricius, vocant correlativos & correspondentes. Horum dispositiones perquam sunt artificiosæ & jucundæ, sed minus faciles. Variæ item sunt pro ingeniorum varietate, quod exemplorum varietas ostendit.

Sunt autem ἀνάρρυθμοι: vel Rhythmici: seu ἀνομοιοτέλευτοι vel ὁμοιοτέλευτοι: ἀναμοιόπτωτοι vel ὁμοιόπτωτοι, id est desinentes aut cadentes similiter vel dissimiliter.

Parallelica Rhythmica (non simplicia) metra sunt.

Rilindis Abbatissa ad sorores religiosas in persona Christi:

Vos quas includit, frangit, gravat, attrahit, urit,
Hic carcer mœstus, labor, exilium, dolor, æstus.
Me, lucem, requiem, patriam, medicamen, & umbram
Quærite, sperate, scitote, tenete, vocate.

Eadem.

O pie grex, cũ tetrica lex est, nulla dolis fex,
Qui via, qui lux, hic tibi sit dux, alma tegat crux.

Simplicia, ut in laudem cujusdam Musici Rhetoris & Poetæ simul.

Music⁹, orator, vates, trahis, allicis, imples
Saxa, animos, cælos, voce, lepore, modis.

Egregium egregii viri elogium. Tale est istud de Virgilio.

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Huc pertinet carmen Musicum Erasmi Roterodami.

Ex minimis vitium, cœlum, modulamina, castra,
Surgit, alit, penetrat, suscitat, exuperat,
Seditio, requies, oratiõ, cœna, favilla.
Maxima, longa, brevis, semibrevis, minima.

Sus, pueri bini, puer unus, nuptā, maritus
Vi, cultro, lympha, fune, dolore cadunt.
Excruciat, perdit, sanat,
Lue, cœde, cruore,
Mors, Satanas, Christus,
Pectora, membra, animam.

Johannes Lauterbach ad P. Melissum

Os Hermetis habes, modum Apollinis, harmoniasq;
Orphei, tres unus docte Melisse refers.
Ore, modo, harmoniis, Hermetis, Apollinis, Orphei,
Profer, conde, sona, verba, poema, melos.

Quatuor ordines dentium.

Incidit, terebrat, minuit sæpè indicat ãnos,
Cultellus, terebrum, mola gnomon fixus in ore. minuit, id est, attenuat mandit.

Cicero de sese.

Defendi, tenui, vetui, face, cæde, cruore,
Civis, Dux, Consul, tecta, lares, Latium.

Hi versus etiam dicuntur correlativi, quia in iis ad verba singula singuli casus referuntur.

Terra, Pol⁹, Tethys, fert flores sidera, pisces
Vota, Deus, pietas, dant nuptam, gaudia, natos.

In nuptias Margarithæ Francicæ Henrici II. sororis Allobrogum Ducis C. Utenhofius.

Anna, Camilla, Lucretia, concinit, intonat, ornat,
Artemia, arma, Hymenem, carmine, voce, lyra.

Stigelius.

Vinitor, agricola, & vox amputat, excitat intrat
Vites, rus, aures, falce, bidente sono.

Alius.

Tēporibus nostris quicunq; placere laborat
Dat, capiat, quærat, plurima pauca, nihil.

In laudem Musicæ, quæ loquitur.

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine, plectro.
Dira, cruenta, feros, tartara, monstra, viros. (stos
Languentes relevo, morituros excito, mœ-
Ergo pallentes munio, vinco Deos.

Sed exempla potius in variis dispositionibus videamus, & singulis sua subjiciamus.

I. Compositio.

Primò fiunt duo vel plura heroica metra, in quibus dictiones sibi respondent mutuò, ut in superiori ponantur solum verba, in posteriori nomina.

I.

Instruit, inducit, jacit, admovet, extimet, urget,
Classica, tela, faces, tormenta, tonitrua, classes.

Hic meta sunt verba & nomina.

II.

Cœna, sacramētū, panis, cōmunio, sanguis,
Ultima, divinū, vivus, sanctissima, Christi
Vivificat, donat, confortat, deprimit, auget,
Mentem, solamē mortales, crimen, amorem,
Lætificat, spernit, concludit, pandit, adunat
Mœstos, elatos, infernum, sidera, amantem
Roborat, exaltat, nutrit, dilatat, opimat,
Infirmos, humiles, pietatem, pectora, fructu:
Cōjungit, solidat, ducit, dulcescit, opacat
Credentes, dubios, errantes, mentibus, umbra.

II.

Secundò fiunt Elegiaca. Epitaph. Bernhardi

Præbuit, instruxit, dispersit, respuit, emit,
Exemplū, fratres, danda, cavenda, polum.

In imagine Christophori.

Deservi, gessi, docui, subiiq; coloq;
Perfidiam Christum, sidera, fata, polum,

In laudem operis alicujus

Admiror, stupeo, delector, comprobo, laudo
Ornatum, eloquiū, carmine, acumē, opus:

Difficilius hoc Davidis Criniti in obitum Imperatoris

Pānonij Austriades, Bohemia, Slesia, Cæsar
Magnanimi, fortes, dives, amœna, potens
Luctificos, largas, dejectos, tristia, faris,
Edite, proferte, scinde, profunde, suos
Singult⁹, lacrymas, vult⁹, suspiria, clausit,
Pectore, luminibus, unguibus, ore, dies,
Luctifico, mœstus, miserā lis, irriguo, at non
assiduus subitò, continuò: ultro, obiit.
Exigit hoc persuadet id, hoc monet, id jubet, ivit
Officium, pietas gloria, amor, superos
Pānoniæ Archiducis regalis principis inter
Extremum celebris splendida summus agit.

III.

Nomina in Hexametro præcedunt verba in pentametro sequuntur.

In Epitaph; Wilhelmi Episcopi Olomucensis.

Guilhelmus princeps, quem Maximus Acmilianus
Ad tua legatum sceptra Polone dedit.
Hanc ædem, populum, Musēum, Numen, Olympum.
Ornavit, docuit, struxit, amavit, habet.

IV.

Fit ex puris nominibus Hexametrum & Pentametrum.

In imaginem Mariæ Dei paræ.

Ianua, stella, rubus, Mater, Patrona, Maria,
Cœlestis, ponti, Mosis, Christi, inclyta, virgo.

Velut

Vel ut in Epitaphio Bernhardi.

Instructus,velox,sublimis,pauper, abundans,
Artibus,ingenio,sanguine,veste bonis,
Et de eodem
Insignis,pollens largus,devotus,abundans,
Moribus,ingenio,munere, corde, bonis,

V.

Tres nominativi cum tribus verbis accusativis & ablativis instrumenti.

Castus,egens,cæcus,domui,sprevi,superavi,
Corpus,opes,Satanā, verbere,corde,prece,
Vel.
Gloria,mors,virtus,fortes, mortalia, justos,
Fama,falce,astris, erigo,sterno,beo,

VI.

Qui cupit in placida longævus vivere pace.
Doet,captat,poscat,plurima pauca,nihil.

VII.

Tetrastichon de perditione orbis.

Perditio,gladius,pestisq́,ruina,flagellum,
Subjectis sibi,mundo,patriæ, populo,
Junior. effrenus,vanus,divisa, gubernans,
Princeps,rex,Clerus,nobilitas,mulier,

(Perditio est subjectis junior princeps; Gladius sibi effrenis rex, pestis mundo vanus Clerus)

VIII.

Talis etiam potest fieri correlatio, hyperbat: qualis est in Epitaphio S. Berhardi.

Dura,malum,cunctos,tulit,horruit, ædificavit
Vana,Deum,requiem,sprevit amavit,habet
(Dura tulit,Vana sprevit, requiem habet.)

IX.

Non inconcinna Alciati Trajectio vocum:

Artis, honestatis ,juris, precepta, decus, vim,
Conculcant ,superant,spernunt , vis , æra, potentes.

(vis conculcat præcepta juris,æra superant decus honestatis,potentes spernunt vim artis.)

X.

Dilige, luxuriam, vitium , cole, destrue, sanctos
Justitiam,fuge, sperne ,Deum , Satanam, reverere

XI.

Sus,juvenis,serpens, casum venêre sub unum.
Sus jacet ex ictu,pede serpens, ille veneno:
Anguis aper juvenis pereunt vi vulnere morsu.
Hic fremit,iste gemit , sibilat ille jacens.
Sus serpens juvenis pariter periere vicissim.
Dente perit juvenis,serpens pede, porcus ab ictu

παρακείμενον.

παρακείμενον in Philosophia & Logicis est adjacens, adjunctum. Est igitur vox & primæ & secundæ impositionis,id est,modò Ens,modò argumentum.Ab Apostolo tribuitur peccato ad Rom.8.

Gloria Dei passivè voce accepta, qua Deus honore afficitur seu glorificatur à nobis seu angelis, qui finis Dei est,non ipse realiter, potest dici Dei παρακείμενον & aliqud ei accidétariũ, cujusmodi sunt χρήματα. Παρακείμενος χρόνος est præteritum tempus, sic dictus quia propè seu juxta præsens est.

παρα-

Digitized by Google

Παρασιώπησις.

Parasiopesis, est Schema Rhetoricum, cum quid dicimus eos reticere, quod tamen tacitum intelligitur. Quidam vocant præoccupationem.

Παρατατικῶς, ἐν πλάτει, *laxius, non præcise seu ἀποτόμως.*

Παραστατικῶς qua voce utuntur Juriscõsulti est idem quod ἀπεκταμένως, extẽso nomine & minus propriè. Exempli causa. Julianus libr. 1. dig. unde legit: Hæc verba edicti, quem ei hæredem esse oporteret, si intestatus mortuus esset, παραστατικῶς, & cũ quodam temporis spatio accipiuntur. Idem lib. 13. d. solut. Ratum autem Dominus habere debet, cum primũ certior factus est, sed hoc ἐν πλάτει, & cum quodam spatio temporis accipi debet (nec minimo nec maximo, ait Ulpianus) id sæpè humanitatis ratio postulat.

Quædam falsitas est logica in significatione vocis aut sermonis, cum res non habet se ut sermo significat. Hic non est adæquatio sermonis & rei.

Quædam est Ethica in sermone ad mentem proferentis collato, cum mens proferentis dissentit à sermone, id est voce asserit pro vero, quod credit falsum.

Quædam est Politica in obligatione, cum quis se obligat ad id, ad cujus oppositum obligatur, ut si quis promittat se facturum aliquid illicitum: Ibi enim in sermone promissionis apparet obligatio, & tamen in veritate non est. Non enim potest se aliquis obligare contra voluntatem superioris. Hæc postrema falsitas dicitur παραστατικῶς, id est, extenso nomine, & minus propriè. Vid. Gabriel. lib. 3. dist. 39. quæst. 2.

Opponitur huic strictè, presè. Vim vi repellere licet in continenti: hoc intellige, pro qualitate negotii etiam ἐν πλάτει, sine conversione ad alium actum. Nobilis aliquis vir collecto exercitu, occupat alterius nobilis viri castrum & aufert prædam. Hoc audito, læsus nobilis cum non possit statim cogere exercitum, ad liberandum castrum, vel recuperandam prædam, missis nuntiis cogit illum; etsi autem ad collectioné opus sit ei duabus vel pluribus hebdomadibus, tamen dicitur se in continenti defendere.

Usus.

Dici de aliquo requirit inesse. 1. inesse intellige παραστατικῶς (per amplitionem) ut comprehendat etiam Infuisse, alioquin Canon fallax fuerit. Nam dicitur aliquis peccator etiam post actum transeuntem sequi transiit, & amplius non est, peccati nulla positiva Entitate manente in peccatore, à qua formaliter peccator dicatur, præter realem reatum. Si enim post actum nihil maneret, non tolli posset quicquam in peccati remissione. Nomen igitur peccator nihil significat ὑπάρχον in peccatore, transeunte actu peccati, sed significat actum peccati, qui transiit & reatum, id est, pœnam ei debitam, ad quam à Deo peccator ordinatus est.

In definitione ergo peccatoris præsens Committit, extende etiam ad præteritum Commisit.

Peccator est homo ordinatus à Deo ad pœnam æternam, propter actum peccati, quem actu committit, vel commisit.

2. Dici de aliquo requirit inesse, vel realiter seu absolutè: vel imputatè: vel per veram attributioné tantum, ut per

ut per externam adjacentiam, vel per realem inhæsionem. Exemplum prioris: Hic est ebriosus: posterioris: Hic est justus, scientia præditus. In justo enim justitia inest, ut realis forma. Sic ebriosus dicitur formaliter ebriosus, non ab aliquo ipsi inexistente, sed ab actibus qui transierunt, etiamsi nullum in eo habitum procreassent. Ad judicatus morti dicitur damnatus, non ab aliquo ipsi inexistente, sed à sententia, qua ad supplicium ordinatus est, quæ sententia nihil in damnato produxit, quia potuit damnari ipso absente & ignorante, ut Gabr: Biel ait lib.4.d.14.q.1. παρατατικὸς χρόνος dicitur præteritum imperfectum apud Grammaticos, quo significatur extensum tempus in rem, quæ agebatur, nondum perfectam, ut cum tu doceres, ego scribebam.

παραβολή.

παραβολὴ, Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio. Fit hæc evidentiæ, perspicuitatis vel amplificationis causa. Interdum etiam, ut occultetur in ea latens veritas, ne facilè ab omnibus intelligatur, vel studiū excitetur. Hinc παραβολικὸν, q̄ habet implicitam similitudinem, ut proverbia pleraq; sunt parabolica. Quæ per aliquas ambages obscurius, aut etiā quacunq; figura à simplici & cōmuni forma orationis abducta essent παραβολῶν καὶ παροιμιῶν nomine appellarūt Græci, ait Joach. Camer. Sed & παραβολὴ in genere ὁμοίωσιν, collationem seu comparationem significat, sive sit similium sive dissimilium.

Mathematicis παραβολὴ est in sectione Conica, sicut & ὑπερβολή.

In Arithmeticis parabole est divisio, quæ contraria est multiplicationi.

Adverbia parabolica sunt adverbia similitudinis.

παράδοσις.

παράδοσις & μετάδοσις differunt: παράδοσις in bonam & malam partem accipitur. Significat enim & traditionem, præceptionem, vel non scriptam doctrinam, & proditionem. παραδοτικῶς est proditoriè vel per modum traditionis.

Μετάδοσις est 1. communicatio vel realis, ut Physica, ut morbi, qui contagiosus est: Et civilis, ut fructuum distributio, bonorum traditio seu communicatio: Vel Logica, ut ἀντίδοσις ὀνομάτων, seu communicatio idiomatum, quæ est prædicatio seu forma loquendi, ut cum dicitur, Deus est passus (κατ' ἄλλο.)

2. est permutatio. Sic Aristot: accepit in Polit: cum dicit ποιεῖσθαι μεταδόσεις.

Μεταδοτικῶς opponit Basilius μεταβατικῶς, cum dicit, ignis est in ferro, non μεταβατικῶς (transitivè) sed μεταδοτικῶς (distributivè) id est, non excurrendo ad ferrum, manet enim in suo loco, sed distribuendo ei suam facultatem (urendi.)

παραλυτικός.

παραλυτικὸς peculiariter passivè accipitur pro παραλυθεὶς resolutus, enervatus, languentibus & debilitatis corporis membris. Dicitur & Lucæ 5. παραλελυμένος. Peculiariter dico; Quia ἀναλυτικὸς est resolutivus: λυτικὸν, quod habet vim solvendi, ut quædam Pharmaca, λυτὸν quod solvi potest. Argumentum λυτὸν (aliās λύσιμον) quod facilè solvi potest. πᾶν δεθὲν, λυτόν. Quodcunq; colligatum est, dissolubile est. Plato.

παραυγασμός.

παραυγασμὸς noctium vel horarum aliquarū noctis est earum à Sole illustra-

Digitized by Google

tio,& horas vel noctes παραυγάζεσθαι est illustrari. Jos. Scaligero παραυγασμὸς nihil aliud est quàm τοῦ φωτὸς (luminis) antiperistasis, quam ignorantes Romani cum primum appulissent ad Britanniam, παραυγασμὸν noctium ibi non ausi sunt vocare noctem, sed tantum minima nocte Britannos contentos esse dixerunt.

Quantò remotior est Tropicus ab Horizonte, tantò minus noctes illustrantur. A quorum Horizonte propius abest Tropicus, iis magis. Ergò qui proximè Æquatorem habitant, παραυγασμὸν non habent. In causa est maxima Tropici à Finitore distantia.

παρέκβασις.

Est παρέκβασις oratoria seu Logica, Physica, & Politica.

Apud oratores παρέκβασις est Digressio, qua recedimus à proposita sententia aliquid interfantes. Sic utitur Arist. 1. Eth. c. 5. verbo παρεξέβημεν, digressi sumus.

In Physica monstrum est naturæ naturalisq; speciei in plantis & animantibus παρέκβασις (excessus) labes, & tanquam prævaricatio singularis.

In Polit: Oligarchia est παρέκβασις, recessus ab optimo statu.

πάροικος.

πάροικος est 1. qui habet domum juxta vel apud aliquem (Hic cave, barbarè dicas Penes) Thucydid. 2. qui habitatum aliquo veniens ibi fixit sedem 3. est inquilinus, qui in ædibus alicujus habitat, Levitic: 21.

πάροικοι etiam dicuntur qui templum aliquod accolunt. Hinc παροικία.

Παροιμία.

παροιμία est proverbium. Ejus Etymologiam tradit Scaliger lib. 3. Poëtices cap. 84. Circumscriptione dici potest Verbum Allegoricum. Non nostrum onus: bos clitellas. Basilio παροιμία est oratio fructuosa cum mediocri obscuritate pronunciata, quæ indidem multum exhibet utilitatis, sed multum etiam altius reconditæ cogitationis simul velando tegit. Ita accipi ait in sermone Ecclesiastico.

παροιμιακὰ sunt habentia figuram proverbii, hominum sermone trita. Interdum accipitur parœmia pro Parabola, ut Joh. 16.

παρόμοιον. *Paromoeum.*

παρόμοιον penè simile sonat. Accipitur pro oratione, in qua continuè eadem repetitur litera initio dictionum, ut:

Vive ut ultra valeas.

Vive vigil: valeas venturam ut vivere vitam.

Vita vapor veluti vana vel umbra volat.

Principibus placuisse piis primaria palma. D. Eglin.

Παροξυσμὸς, *Paroxysmus.*

Paroxysmus, Irritatio, μέσον est. Accipitur.

1. Pro excandescentia, iræ concitatione, animi exacerbatione, In malam igitur partem.
2. Galeno est accessio febris. l. 1. ad Glauc.
3. In Ep: ad Hæbr, 10. cap. capitur in bonam partem pro provocatione pia.
4. Chymici vocem Paroxysmi usurpant de materia seminali, pro impetu, extimulatione, incitatione, ut cum dicunt, spiritualis seu radicalis materia impregnata turget & Paroxys-

xysmum profert ante efflorescentiam, id est ante florum emissionem. Et: Materia seminalis, quæ est in testiculis, & membris generationi dicatis continetur, consensum habet & conspirationem cum Balsamo seu seminali humore reliquarum partium totius animalis, eodemq; temporis momento florescit, turget, & paroxysmos habet.

παροξυντικὸν αἴτιον vel φάρμακον est irritativum.

πάροχος *Parochus.*

1. Paroch⁹ erat qui lautia præbebat legatis exterarum nationum Reipub. nomine (παρέχω præbeo est) Lautia Græcis sunt παροχή. Cic. Ariartem omnino Sestius Parochus public⁹ occupavit, i.e. ante me cepit, seu mihi prævertit, ut ego eum frustra sim invitaturus. Sic in Tuscul. loquitur Cicero. Occupavi te fortuna atq; cepi.

2. Parochus erat Paranymphus.

παρρησία.

παρρησία est facultas & libertas loquendi & faciēdi quidvis. A πᾶν & ῥέω, vel à πᾶν & ῥῆσις: Prima enim significatio est liberi sermonis.

Reperitur postea etiam de maledicti licentia, ut sit licentia maledicendi.

παρρησιάζειν est liberè, apertè, confidenter, intrepidè, quicquid velis, dicere & facere.

Oriri hoc solet vel ex fiducia erga homines aut Deum, vel ex audacia.

Dicitur & διαῤῥήδην λαλεῖν, liberè, disertè loqui.

παρῳδία *Parodia,* παρῳδὴ, *Parode.*

Parodia habet duas significationes: 1. Significat canticum seu odam ad alterius imitationem factam verbis quibusdam & sensu immutatis: Per synecdochen speciei ad alia etiam carmina transfertur, ut sit carmen ad al-

terius imitationē expressum modulatūq;. Exempli causa, Poeta inquit: Sunt aliquid manes: lethum non omnia finit. Hinc Parodia Schefferi est; Somnia sunt aliquid, noctes non omnia fingunt. Ovidius ait;

Non est in medico semper relevetur ut æger.

Sæpe etiam docta plus valet arte malū.

Hinc Parodia; Nō est in peris, ut concilientur amores; Plus nummis pietas irreprehensa valet. Exempla plura require ex Poetica Mauritiana. 2. Parodia accipitur pressius & ἰδικῶς pro Rhapsodia inversa mutatis vocibus ad ridiculaſensum retrahēte, descriptore Scaligero, cujus cum eruditio in omnibus magna & authoritas apud me maxima sit, verba ipsius è lib. 1. cap. 5. Poet. ascribo; Quemadmodū Satyra ex Tragœdia, Mimus è Comœdia; Sic Parodia de Rhapsodia nata est. Cùm enim Rhapsodi recitationem intermitt[illegible]t ἐπῶν, lusus gratia prodibant (instar histrionum) qui ad animi remissionem omnia illa priora inverterēt. Hos idcirco παρῳδοὺς Parodos nominārunt, q; præter rem seriam propositam alia ridicula & ludicra subinferrent. Definiri seu describi possent sic; Qui Rhapsodorum dicta omnia invertunt, ut auditores fessos grata novitate demulceant: Ab officio & fine Hermogenes Parodiā accipit pro oratione soluta, cui carmē adjunctum est, ut cum ἐν πεζῷ λόγῳ, id est, in soluta oratione, assumpta parte carminis reliquum oratione soluta completur & perficitur. Sed hæc significatio non est nobilis.

Parodia aliàs dicitur Parodicum melos, παρῳδικὸν μέτρον. Parodicū metron est, cujus artificiū in imitatione & accōmodatione (μιμήσει καὶ ἀναλογίᾳ seu ἐφαρμογῇ) consistit.

De Parodia generaliùs accepta teneatur hæc distinctio.

In Parodico artificioso genere accommodationis & imitationis:

- Alterius Poëtæ versus jocosè in aliud argumentum mutatur.
- Seria feriis, ridicula ridiculis accommodantur.
- Leve argumentum in grave mutatur, profanum in sacrũ, vituperatorium in laudatorium, vel contrà cum aliqua irrisione.
- Vel simplex (ingeniosa tamen & prudens) est mutatio aut etiam æmulatio.

Exempla.

——*Pictoribus atq; Poetis &c. apud Horat.*

——*Prædonibus atq; tyrannis*

Quidvis patrandi semper fuit æqua potestas.

——*Medicis pariterq; Chirurgis*

Adversum ægrotos semper fuit æqua potestas.

Conscia mens recti:
- *Non vultum judicis horret.*
- *Cœlo sua lumina tollit.*
- *Semper secura quiescit.*

Ex eo: *Conscia mens recti famæ mendacia ridet.*

Tantæ molis erat, lapsam reparare salutem.

Ex eo: *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Hoc: *Confiteare ne fas: hæc est via prima salutis: ex recentiori.*

Hoc: *Scilicet in juvenes manant exempla senectæ:*

Est ex eo: *Scilicet in populum manant exempla Regentum.*

Est autem παρῳδία à verbo παρῳδέω, quod est canticum vel carmen ad alterius imitationem compono. Nihil enim est in hoc artificio præter quàm imitatio, vel æmulatio. Imitatio autẽ Platoni est similem se alicui verbis seu oratione efficere. Universa autem imitandi facultas hîc consistit in simili & contrario.

Discite justitiam colere & non temnere Reges

Ex illo Virgil. *Discite justitiam moniti & non temnere divos,*

Jacobus Sanazavius, qui bellus est Maronis imitator & prudens, cum agit de virginis partu.

Henricus Stephanus melius vinum unà cum secunda mensa expectare jubens,

Sperate & vosmet vino servate secundo

Ex hoc Virgil. *Sperate & vosmet rebus servate secundis*

Sed in parodia festivè significatio vocis Secundo mutata est. Insigne parodiarum genus est, quod versatur circa Gnomas seu sententias, quæ eximii poëmatum flores sunt.

Exemplum antè fuit: *Conscia mens &c.*

Exemplum fit ex Hor.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici

Dulcis inexpertis est mensa potentis amici.

Dulcis inexpertis est principis aula potentis.

Ex hoc Ovid. *Luxuriant animi &c.*

Luxuriat { victor / miles / regnum } rebus plerunq; secundis.

Luxuriant plerunq; animi victricibus armis.

Ex eodẽ hujus: *Hem quàm difficile est &c.*

Diffi-

Difficile {est tristes curas / irarum est flammas} {non prodere vultu.

Lætitiam haud facilè est subitam non prodere vultu.

Virgil. Audentes fortuna juvat. Ovid. audentes Deus ipse juvat.

Liberiores etiam quædam sunt Parodiæ, non omnes astrictiores;

Astrictior est: Si natura negat, facit indignatio fortem.

Juvenal. Si naturæ negat, facit indignatio versum.

Liberior est. *Quas natura negat pedibus timor admovet (alligat) alas:*

Si natura negat, mollescunt corda timore.

Principibus servisse diu & benè maxima laus est. Ex hoc: *Principibus placuisse viris non ultima laus est.*

Turpior ante alios nemo repentè fuit. Ex hoc: *Nemo repentè fuit turpissimus (doctissimus.)* Hic etiam est Metamorphosis quædam hemistichii scilicet in Pentametrum. Eatenus hæc exemplum pertinet ad metamorphosin.

Henricus Stephanus hic fuit jucundus & gratiosus in juventute. Lepida est & ingeniosa Parodia Flori.

Adriani de Floro Epigrãma:
Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Scythicas pati pruinas.
Epigr. Flori de Adriano Cæsare παρῳδικὸν
Ego nolo Cæsar esse,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

Hæc quoq; exempla sunt παρῳδιᾶς.

Vetus Poëta:

Offendunt nunquam thura precesq; Jehovam;

Recentior

Iratum placant vota precesq; Deum.

Vetus Poeta:

Res est insani plena furoris amor,

Recentior

Res est invidiæ plena latentis honos.

Quanquam talis imitatio, rectius diceretur μίμησις, Quia παρῳδία est potius totius carminis.

Fas est παρῳδίαν & μίμησιν exercere in metris recentiorum poetarum bonorum. Quales sunt Vida, Janus Pannonius; Letichius secundus, Sabinus, & his affines.

πατρία, φατρία.

πατρία Jonicè μετωπλάσει literarum eadem est quæ φατρία.

Significat autem tribum, genus, familiam Lucæ 2. & Herodot. Thalia.

Dicitur etiam φρατρία, & πατρία οἶκος significatione domesticæ cognationis.

φρατρίαρχος est præfectus tribui vel contubernio.

πεῖρα.

πεῖρα triplici ratione accipitur. 1. significat, eam experientiam, quæ rerum sensibus perceptarum observatione nititur, ut cum dicimus hoc album, illud nigrum.

2. Est experientia, quæ natura nititur, ut, totum esse majus sua parte.

3. Accipitur in malam partem, & significat periclitationem Empiricam, ut si qui vidit Pleuritico convenienter adhibitum fuisse hydromel, omnibus indifferenter pleuriticis absque peculiaris naturæ distinctione id exhibere velit.

Experientia est cognitio, quæ contingit per usum citra doctorem: Estq; duplex universalis & specialis.

Universalis est, cum deprehensum est, congruere omnia individua, ut ignis urit,

urit, sive sit Germanicus, sive Hispanicus. Et specialis est particularis vel singularis. Particularis, cum aliquid observatum est in aliquot individuis. Talis sæpe est astrologorum, ut pestis post famem. Singularis, cùm in uno.

Inter particularem & universalem media esse videtur Regularis: cum depræhensum est congruere pleraq; individua. Vicinior tamen hæc universali, quam particulari nonnullis est. Talis sæpe est Medicorum. Deinde experientia aut est necessariorum, aut contingentium: illa argumentum parit necessarium: hæc verò tantum probabile.

πεπλεγμένως.

πεπλεγμένως dici est dici per figurā πλοκὴν (copulationem) ut Jesus mihi est Jesus. Mea doctrina non est mea, id est ejus, quem vos hominē unum è multis putatis, atque adeo contemnitis, sed ejus qui misit me. In Evang. Joh. Sic πεπλεγμένως dicitur, i.e. in hoc πλοκὴ est, Sinite mortuos sepelire suos mortuos. Luc. 9. Hìc primò mortui vocātur, qui in hac vita caduca & humana adhuc permanentes à vera vita, quæ divina & æterna est, alieni sunt; posteriori, qui vivere desierunt.

πέρας.

πέρας est τέλος, extremitas rei, extremū, finis: sæpe etiam dicitur ὅρος. Ceterum quidam Græci inter πέρας & ὅρον hanc differentiam ponunt, quod ὅρος sit cujus gratia, seu finis, scopus, perfectio, πέρας verò extremum solùm, quòd superficies, punctum, linea nomine non ὅρος, sed πέρατος appellanda sint, sicut corpus dicitur πεπερασμένον, id est, terminatum, circumscriptum, finitum: Sed libro de motu animalium Aristoteles accipit πέρας pro eo quod est οὗ ἕνεκα. id est pro causa finali, ibidéq; paulò post pro termino motus. Et πέρας ἀγαθῶν summa bonorum est Ethicis.

περιάγω.

περιάγω accipitur vel αὐτοπαθῶς pro circumire, vel ἀλλοπαθῶς pro circumducere se: sicut Tum prora avertit; Et; Nox præcipitat. Sic ἄγειν, ὑπάγειν, προάγειν significant ἐλλειπτικῶς ire, reverti, procedere, id est, movere sese, reducere sese, producere sese, ὕπαγε seu ἄπαγε, id est abito, aufer te. Annotavit hoc Camerarius ad 11. cap. Johan. & 4. Matth.

περιβολή.

Peribole Oratoribus est comprehensio & summa rei (perioche alias) 2. Circumductio, id est, longior anfractuosáq; periodus, vel plenior tractatio, Metaphora sumpta à re vestiaria. Proprie enim Peribole est amictus; ut igitur aliquis veste circumdatur; sic oratio aliquando non est simplex, sed undiquaq; quasi amicitur. Est autem in hac figura densitas quædam cogitationum (qua fit ut non nuda verba ponantur, sed quasi vestiātur) Rhetorica, quā & μέγεθος seu μεγαλότητα (plenitudinem) vocant; quæ interdum non patet captui populari, itaq; attentionem lectoris postulat, & laborem ei affert. Ea utitur non tantum Rhetor, sed aliquando etiam Philosophus, ut Atistoteles lib. 1. Ethic. Nicomach. c. 5.

περιγραφή.

1. περιγραφὴ in Log. est descriptio, quæ opponitur ὁρισμῷ, Definitioni, ut cū dicitur à Philos. Principiorum est περιγραφή, id est Principiorum exacta definitio

definitio afferri non potest, sed descriptio tantum.

Estque *Rudis seu Incoata*, Græcè ὑπογραφὴ, vel *Absoluta* seu exactior, quæ dicitur ab Aristotele ἀναγραφὴ, sumptâ metaphorâ à pictoribus. Rudis, ut Beatitudo est finis extremus optimus πρακτῶν. Clarior seu magis distincta, quæ ἀναγραφὴ est, Est ἐνέργεια ψυχῆς humanæ κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ Eth. 1. c. 6. 7. 8.

Αναγραφῇ videtur Arist. in Eth. opponere hypotyposin, judice Theodor. Zuing. in Tab.

Ceteroquin ὑποτύπωσις est illustris explanatio seu descriptio rerum, eamque, quasi gerantur, sub aspectum penè subjectio; Cic. 3. de orat. Alias Evidentia & χαρακτηρισμὸς, Aquilæ Roman. Διατύπωσις In pictoria ἀναγραφὴ à διαγραφῇ differt gradu seu ut perfectum ab imperfecto, διαγραφὴ enim ulteriori studio transit in ἀναγραφήν.

2. In Sophistica & Politica significat nonnunquam circumscriptionem, id est fraudem.

3. In Phys. περιγραφὴ corporis est circumscriptio corporis, quæ fit vel terminis alterius, ut loci aut temporis; vel terminis propriis, ut dimensionibus corporis. Vide vocem διαγραφή.

περιστροφή.

Peristrophe in sphæra est conversio seu rotatus. Utitur hac voce Proclus in Astron. Oratoribus est conversio pro positionis adversarii in partem nostram.

περίστρωμα.

Reficit animos & recreat varietas, ait Quintilianus lib. 1. Videamus igitur de peristromate.

Peristroma propriè est circumstratum, aulæum, seu tapes versicolor, flore Babylonico variegatus ein gemahlt tuch oder Teppich/ quo ornatur paries, quod alias dicitur περιπέτασμα; usus est illo Plautus per metaphorâ. Hoc nomine dicuntur metra ejusmodi quæ aliquoties quoquo versus gradatim leguntur. In iis literarum color solet variari. Hujus artificii exemplum egregium nobis suppeditat Peristroma Ereostichon Johannis Schræeri. Silesii Fra. in duplices honores scriptum Johannis Sculteti Goltberg: cujus Hexametri lectionis sursum deorsum, ad latera, retrò initium sumitur è medio texti, seu circumstrati, ubi prima litera major est reliquis.

Sol bis ubi rutilus caderet, Scultetus honores
Felix consequitur, forte favente, duplos.

Pertinet hoc genus ad Poëticũ technopægnium, in quo felix fuit M. Raidus Hirsfeldensis, Rabani imitator.

πεποιημένα.

Verba πεποιημένα sunt factitia. (Interdũ etiam dicuntur πεπλασμένα, ficta) ut βατ7ολογεῖν, βατ7αρίζειν. Φραγελλόω apud Evangelist: per flagello φραγελλώσας per μαστιγώσας, loris cecidit, flagellis cecidit; φραγέλλιον apud Johannem Evangel. id est flagellum; unde hæc vox est declinata, ut cum Varrone loquar. Evangelistæ enim interdum verbis latinis corruptis hoc est depravatis utuntur.

περίτ7ωμα.

Latinis est superfluitas, ut in corpore animantis sunt excrementa, hoc est humorum reliquiæ, quos qualibet pars, aut asservat ad certos usus, aut protinus repellit, ut quid gravè ipsi futurum Talia sunt διαχωρήματα σκυβαλώδη.

1. περίτ7ωμα est { καθ' αὑτὸ seu simpliciter / κατά τι, & respectu quodã seu certo.

Usus

Usus distinctionis.

Quæritur Costa Adami, ex qua fuit quasi ædificatum Evæ corpus, an fuerit Adami περίττωμα, an pars integralis? Respondet Theologus neque ad partes integrantes viri simpliciter pertinuisse, neq; περίττωμα fuisse simpliciter, sed secundum quid, nimirum quatenus vir erat ἄτομον, id est, individuū, non autem quatenus fuit principium speciei humanæ.

2. Κατὰ φύσιν, *sunt, vel* παρὰ φύσιν. *Naturalia sunt*, quæ in quavis coctione, naturâ se rectè habente, & nutrimento rectè præparato, superflua secernente necessariò fiunt.

Hæc distinguit Peucerus *in excrementa simpliciter & secundum quid.*

Excrementa simpliciter sunt, quæ simul de alimenti materia natura exprimit, dum occupata totius assumptæ massæ elaboratione eum humorem absolvit, quem nutritio exigit. Horum quædam sunt utilia, quædam inutilia.

Utilia, quæ corpori aliquid conferunt. Ea sunt *utilia per se, vel ex accidente. Illa sunt* quæ natura destinat ad nutritionis aliquam partem peragendam, ut sunt massæ sanguineæ, chymi reliqui, præter sanguinem, qui cum sanguine mixtim feruntur in totum corpus, quorum usus præcipuus est, ut cum sanguine nutriant, bilis quidem membra bilosa, ut pulmonem; phlegma partes phlegmaticas, ut cerebrū, medullam dorsi, nervos, Melancholicus v. humor ossa, cartilagines. *Hæc verò* etsi natura expellit, ut per se non idonea ad nutritionem, tamen eorum partes usurpat ipso expulsu ad maturandam egestionem superfluorum, & naturæ actiones juvandas aliquo modo. Sic Melancholicus succus suiparte tenuiore nutrit splenem. Huc referri possunt liquores rigantes cerebrum ad somnum. *Inutilia sunt*, quæ gravant corpus, ideoq; convenienti tempore per eos excernuntur meatus, quos his educendis natura fabre fecit. Hujus generis sunt purgamenta alvi, urina, mucor narium, sordes aurium, illuvies sordium in cute.

περιττώματα non naturalia seu παρὰ φύσιν, sunt omnes corrupti humores, sive peccent quantitate, sive qualitate: seu putrefactione mutentur in alterius humoris speciem, aut toto genere diversā, qui oneri sunt corpori & morbos afferunt, nisi mature tollantur. Sunt enim duo genera horū excrementorum, unum eorum, quæ fiunt, vel quantitate sola, ut in πληθώρᾳ, (redundantia omnium honorum æquali) vel qualitate, vel utroq; ut in κακοχυμίᾳ (vitiosi humoris abundantia) præter naturam: alterum eorum, quæ toto genere sunt præter naturam; quo referuntur omnes corruptorum humorum differentiæ, quas natura non intendit primo & per se, sed, ex consequenti & per accidens, non ad usum aliquem corporis, sed ad commodiorem expulsionem, sive assequatur quod tentat, sive deficiente ipsa aliquid prorsus vitiosum evadat. Peucerus de præsagiis Medicorum.

περιττωματικόν.

Perittomaticum igitur excrementitium est vel excrementosum, id est, excrementis abundans redundansve, ac tribuitur animalibus (ut homini) humoribus ac cibis seu alimentis, quæ gignunt copiam excrementorum. Exempli causa phlegma περιττωματικόν, id est, excrementitium, est phlegma 1. Tenue 2. Mucori simile

vel

vel Mucosum 3. Vitreum 4. Gypseum. Tenue est, quod destillat è naribus de cerebro, id si non tali modo per nares deiiceretur, destillaret per totum corpus, diversosque in eo morbos efficeret, fieriq; posset, ut si incideret in pulmones, excitaret tussim periculosissimam.

2 μυξῶδες aliquantò perfectius est & densius, ut fit in tussi. Hoc totum παρὰ φύσιν est.

Vitreum gignitur, ex eo quod est μυξῶδες, & hoc ipso densius est quiddam.

4 Gypseum est, cum vitreum ita duescit, ut induat duriciem Gypseam, vel lapideam: Hoc phlegma interdum senescit in digitis.

περίφρασις.

[illegible] est 1 unius vocis per plures [illegible] 2. est complexi brevioris [illegible] elocutio, vel circuitio [illegible].

[illegible] diversa quæ dicuntur [illegible] habent sententiam eandem. Idem [illegible] est ἄλλως ἔχειν, id est aliter se habens.

[illegible] hrasis aliquando dicitur Analysis, [illegible] una vox in plures resolvitur. [illegible] igitur est Periphrasis, aliud defi[illegible]. Multi putant (de imperitis loquor) se afferre definitionem, cùm tantùm afferant periphrasin. Nutritio περιφραστικῶς est particularis pro[illegible]ectio: Sed definitivè est amissi per alimenta recuperatio.

περιχώρησις.

περιχώρησις dicitur signatius ἐμπεριχώρησις. Fitq; vel cum duorum vera penetratione, ut in corporei in corpus. T[illegible] ἔμπνοις est animæ permeant[illegible] & circummeantis corpus suum, [illegible] se contentum, ita ut nulla pars [illegible] poris, in qua anima non [illegible] [illegible] spiritualis medium. [illegible] rum propriè dicta penetratione, qualis est corporis in corpus: ea enim ferè impossibilis est: Talis est ferri igniti. Nam ignis non immittit se in partes ferri solidas & plenas, sed in meatus & poros: sicut in nutritione particula novæ materiæ in particulam veteris ingreditur per foramina. Hic cessio propriè est, non penetratio, id est particula particulæ cedit & apponitur tantum, non altera alteram penetrat. Hæc intelliguntur facilius ex παρεμπλοκῇ, i. e. interjectu aëris inter duo corpora. Vide Zab. c. 20. l. de Accretione & Nutritione ultimo. περιχώρησις accipitur pro peragratione loci, regionis, tractus, agri, spatii alicujus. Est autem περιχώρησις à περὶ & χωρεῖν, quod interdū ingredi significat.

Ἄλλως.

Περιχώρησις primo est intima permeatio, pervasio, immeatio unius in alterum, ut ferrum vel carbo ignitur & candescit: per unionem & περιχώρησιν. Corpus humanū totum animatur per περιχώρησιν seu penetrationem. Adeò n. divina res formā est, ut totā materiā se impleat, ut ex utraque fiat unum. Scal. exer. 307. s. 29. Duorum περιχωρησις est earum intra se immanentia. Secundo singularis perichoresis est in Incarnatione verbi, qua Deus & humanitas una fiunt persona. Divina natura humanitati suppeditat ac communicat ad humana supra hominem perficienda, propter naturarum inter se περιχώρησιν.

3. περιχώρησιν ἰδιώματα, Damascenus lib. 1. cap. 11. vocat internam existentiam seu ἐμμονὴν unius personæ divinæ in altera, ratione cujus, una persona habet quicquid perfectionis est in altera. Latini barbari vertunt circumincessionem. Vid. Georgium de Valentia de pluralitate personarum

752. Dionysius cap. 2. de divinis nominibus: Manent mutuo in se ipsis divinæ personæ ubi pater, ibi filius, & vicissim, (per περιχώρησιν seu ἀντιμ-βασιν.

Hic περιχώρησις interdum etiam accipitur pro mutua seu reciproca commeatione, quæ unionis hypostaticæ effectum est. Hæc humana divinis, ut Deus est passus; & divina humanis, ut homo ille est omnipotens tribuuntur κατ' ἄλλο non per essentiam, aut inhærentiã: Deus enim non est passus, ut propter carnis unionem consors factus sit passionis propriæ ejus carnis in natura divina. Sic verbum mortuum est carne, seu vita assumptæ naturæ, quæ verbi per unionem propria est, sicut verbum vivit vita naturæ assumptæ, id est, in natura vivente subsistit. Augustinus ad Felicianum cap. 10. proprio carnis vita mortem gustavit. Corpus & anima vivit propriè, id est, formaliter, verbum horũ assumptione per κοινωνίαν idiomatum hæc dicitur ἀλλοίωσις, ἀντίδοσις κοινωνίας ἰδιωμάτων, prædicatio κατ' ἀντίδοσιν. Alternata attributio seu mutua proprietatum communicatio in persona.

Prædicationis reciprocationem, cum ea quæ sunt propria unius naturæ de altera in concreto dicuntur..

Explicatio.

Nominum personarum divinarum non est commeatio, seu ἀντίδοσις. Nec enim pater est filius, nec filius est pater, quia personarum est distinctio. Sic *Damascenus sed personarum ipsarum* est perichoresis, seu immeatio, & immanentia; quia Filius seu Christus dicitur esse in patre, & Pater in Christo, & Spiritus Sanctus in utroq; propter essentiæ in personis ταυτότητα, i.e. identitatem, seu singularissimam & maximè unam unitatem, hoc est, quia essentia est tota & eadem in omnibus personis tota & eadẽ manens in singulis. Hæc igitur perichoresis ἐν ἀλλήλοις coexistentia personarum est, qua ui a in altera est.

Formæ perichoresis est quia videlicet omnes corporis partes penetrat, seu pervadit, cum περιχώρησις ἐν ἀλλήλοις secundum se in incorporea sit, itaq; etiam, *Animæ* quæ scilicet ita adjungitur, seu conjungitur potius corpori, ut omnes illi' partes penetret, & n sit corporis particula, quæ animã non habeat seu non sit animata. Non est a. hæc corporũ penetratio, quia anima corpus non est, nec per se quanta est.

Accidentis perichoresis est. quia hoc penetrat omnes substantiæ partes, ut mellis dulcedo omnes mellis partes, calor ignis omnes ignis partes. Vid. de accret. & nutrit. Zabar. 20. & 21. pag. Axioma (Unũ corpus alteri nõ incorporatur, sed in corporei & corporei penetratio fieri potest. , Pro περιχωρεῖν etiã usurpatur δήκειν interdum non.

Hæc dicitur ab aliis ἴδρυσις, ἀντιμέβασις, ἐμμονή, quia reipsa ubicũq; est pater, ibi quoq; est filius & spiritus sanctus, & hi tres ubiq; & semper coexistunt & omnino æquales sunt.

Scotus illapsum spiritualem Dei in animam (qua hæc dicitur à Scoto, quasi deificata) facit speciem περιχωρήσεως qua essentia intimat se essentiæ lib 4 dist. 49. Esto, inquit Scotus, in beatitudine spiritualis illapsus, sed ille [illegible] essentiæ divinæ, ut objecti beatifici [illegible] animam.

πεσσοί, πεσσά.

πεσσοὶ vel πεσσὰ 1. sunt calculi seu scrupi lusorii ἀπὸ τοῦ πεσεῖν à cadẽdo. Fuerunt a. πεντάγραμμα, q Peucerus de figur pentagona vel πενταπλευρα quinque laterum

laterum) intelligit. πεττεία est ipse ludus calculorum seu scruporum.

2. Sunt linamenta oblonga & teretia ex lino seu filis composita quæ in ulcus immittitur, vel curandi causa vel ne os ulceris claudatur. Turundas dicit Cato Tiraquell. de nobil. cap. 31. Locus Catonis est c. 157. quem monstravit mihi D. Kirchnerus: Si fistula erit, turundam intrò trudito. Zuingerus in Theatro vocavit licinium.

πιθανολογία.

πιθανολογία est oratio ad persuadendũ cõparata, persuadere est facere ut idq; dicitur, probabile & verum esse videatur, sive illud sit verum sive falsum. Si falsum persuadetur, id παραλογισμοῖς, i.e. Sophisticis argumentationibus fit παραλογίζεσθαι n. est Sophisticis seu falsis argumentationibus, & rationibus, sed quæ colorem habeant probabilitatis, imperitos circumvenire, falsisq; iis persuadere. Utitur hac voce Paulus in epist. ad Coloss. qui opponit eam sapientiæ & scientiæ quæ in Christo est. Hoc dico ne quis vos παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ

πιστεύειν.

πιστεύειν credere
- Opinioni, δόξῃ Ar. 7. Eth. Nic 5.
- Scientiæ, quæ est
  - ἀληθῶς seu ὄντως, i.e. quæ propriè seu verè scientia est.
  - ὡς, i e. quæ tanquam scientia est.

Usus.

Hujus distinctionis usus est in Disputat. Theologorum, An πιστὸν possit esse ἐπιστητὸν: & an quod creditur, sciatur; An Fides & scientia possint esse simul? Quidam sic arguunt: Contraria non possunt esse ἅμα. Fides & scientia sunt cõtraria. E. non possunt esse ἅμα. Responderi hîc ut rectè possit, instrumento quasi definitionis & distinctionis opus est. πιστεύειν δόξῃ seu opinioni credere dicitur, qui opinioni, de cujus certitudine tamen demonstrationem nullam habet, firmiter adhæret, paratus interim meliora rectioraq; docenti cedere.

At credere scientiæ dicitur ille, qui cum certam habeat probationem, & sciat rem ἄλλως ἔχειν (aliter se habere) non posse, fidem ei indubitatam adhibet. Ita fidei Christianæ capitibus, credimus non ut opinioni, sed ut scientiæ, non quod scientiam illorum propriè dictam habeamus (neq; n. à priori, ut loquuntur, i.e. causam & modum scimus) sed quia spem certissimam scientiæ mysteriorũ divinorũ in *Patria* consequendæ habemus. Hinc Jobi illud: scio Redemptorẽ meũ vivere, h.e. Credo perfecta & indubitata credulitate, ut sic dicã, quæ aliquando in scientiam verissimã mutabitur, cum facie ad faciem h. e. clarissimè in divina Idea nos aliaq; omnia cognoscemus. Ita igitur fides & scientia simul stare possunt, quæ alioqui videntur esse ἀντικείμενα. Zuinget. in Eth. Sch. Neq, verò absonum alicui videatur nostram πίστιν esse ὡς ἐπιστήμην i. cum Arist. etiam 7. de Moribus. S. ἀπόδειξιν, i. e. Demonstrationem sumat pro γνώμη, i.e. sententia seu effato, quod ab eo, à quo profertur, authoritatem consequitur, ut non minus habeatur ei fides, quàm si fuisset demonstratũ, judice eodem Zuingero, ubi manifesta est improprietas, laudata tamen. 3. Et contrà Versor definitionis scientiæ traditæ à Joh. Grammatico, in ea voce. Credulitatis usus fit. Ita enim loquitur: Scientia ab opinione differt quia scientia est credulitas immutabilis & semper eodem modo se habens. Opinio, quam contingit etiam al ter

aliter se habere. Credul. immutabilis, i.e. persuasio certa & firma, quemadmodum etiam Theologi sæpè credulitatem accipiunt. Vide, si placet, in Theat. vitæ Zuingeri de P. Pomponatio, Zabarellæ præceptore festivam narrationem de immortalitatis animi humani fide & scientia.

Scire in Theologia vel credere est rem per verbum rectè intellectum certò cognoscere.

Aristoteles interdum τῷ πιστεύειν opponit λέγειν, interdum Demonstrationes exquirere, ἀποδείξεις αἰτεῖν. Lib. 6. Eth. 9. τὰ μὲν οὐ πιστεύουσιν οἱ νέοι, ἀλλὰ λέγουσιν, pueri non credunt ea, sed recitant, hoc est principiorum Philosophicorum nullam habent præcognitionem pueri, neq; τοῦ ὅτι, neq; τοῦ διότι, sed ea præeunte tantum alio recitant ferè ut Psittac⁹ suum χαῖρε. Audiunt quidem primam Materiam, Formam, productionem, Generationē, Corruptionem, Virtutē, Beatitudinē & similes terminos, eosque memoriæ commendant, ac ab ea exponunt; sed non credunt. Id est, nullam de illis persuasionem ex προγνώσει ortam habent; tantum abest ut rerum πρόγνωσιν habeant. Credimus (πιστεύομεν) ea, quorum rationes nullas habemus, sed tantum præcognitionem. Ita accipitur πιστεύειν in 1. poster. oportet discentem credere (non demonstrationem exquirere.)

πίστωσις, *Approbatio,*

In logica approbatio, est probatio, comprobatio seu confirmatio, Prosyllogismus, rationis probatio, ἐπιπίστωσις Græcè, Cic. de invent: Approbatio est, per q; id quod breviter expositum est, rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit. Posito & approbato aliquo, sæpe aliud assumitur.

2. Est affirmationis vel negationis confirmatio, quæ judicium prægreditur. Approbatione n. aliquid judicatur probabile judicio vulgi, vel eruditorum ac sapientum. Scal. ex. [illegible]

Improbatio igitur cōtra est affirmationis vel negationis negatio: Illa assensio, hæc dissensio aliquando dicitur. Cicero in Academic. Nunc de assensione, & approbatione quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus. Audientium approbatio est effectus eloquentiæ Ciceroni.

Approbatio conjunctio dicitur à Grammaticis quæ potestatem seu vim habet approbationis, ut, pugna vi equidem lassus. Hæc particula n[illegible] m est completiva, etenim causa [illegible] quam necessitatis adhibita. Ac conjungitur à poetis, & oratoribus cum omnibus personis; Cicero. Sic equidem diligentius sæpiusq; ita loquimur inter nos. Sallustius. Adhuc equidem me valde pœnitet.

πλατεῖα.

Platea accipitur 1. pro palma q[illegible] ma[illegible] est explicata. Secundo pro regione seu via latiore in urbe Luc. 14. [illegible] πλατείας ἐξελθὲ εἰς [illegible], scilicet [illegible] patentes & latas regiones seu vias.

πλατικῶς, πλατικός.

1. Platicè πλατικῶς, aliquid doctè & exquisitè opponuntur. 2. in Astronomia ἀκριβὴς σύνοδος vera seu accurata & perfecta conjunctio, Aliàs [illegible] τώδης & σωματική: Opponitur [illegible] mediæ, apparenti, visibili seu [illegible], ut docetur in theoricis pl[illegible].

Aspectus Planetarum πλατικός est laxior seu imperfectior: Oppositus [illegible] perfectoq;, quem partilem vocant.

Platicus aspectus est, cùm Planetæ non iisdem ad amussim gradibus [illegible]

consociantibus configurantur, sed vel juxta medietatem orbium amborum vel minus.

... tus est, cum inter Planetarum loca tot gradus inveniuntur, quot ipsam configurationem constituunt, vid. in ...r.plan. Uestiﬁum pag.305.

πλεονασμός.

... ζα vel πλεοναστικὴ λέξις est dictio redundans. Dicitur & interdum pleonasmus,

... mus est interdum vitiosus, qui etiam est orationis περισσότης, interdū non, ut cum est ἐμφατικὸς vel ἐπιτατικὸς. ...tant Grammatici εὐθὺν ab Jonibus ...pellari βυσσὸν: Aβυσσὸν autem pleo... ἐπιτατικῶ (intensive) esse immensum, profundum. Esse videri etiam possit ἄβυσσος, μετὰ στερητικοῦ μορίου, altitudo expers fūdi: Sic ὅτι (quia) ... sacris literis sæpe redundat, nempe ... servit tantùm Mimesi seu prosopopœiæ. Matt. 27. ὅτι ἐβλασφήμησε, ... blasphemavit: id est, blasphemavit. Marci 9. Adeò ut multi dicerent ὅτι ἀπέθανεν, id est, mortuus est; ...; & 14 Cœpit dicere iis, qui ... ὅτι οὗτος &c. Hic est exi... dicens, ὅτι οὐκ οἶδα &c. non novi hominem illum. Sic jam nunc; πάλιν δεύτερον, iterum secundò.

...ασμὸς hebræus est vel in oratione cum ibi aliquid redundat, vel in pecunia, nempe fœnus Judai. Juden wucher.

πλεονεξία.

Hac voce aliter uti tur Plato quàm Aristoteles: Platoni πλεονεξία est intemperatus excessus 10. de leg. Αμάρτημα est πλεονεξία id est intemperatus & vitiosus excessus.

At Aristoteli pleonexia propriè est species injustitiæ hominis πλέον ἔχοντος. 5. Ethicorum.

πλοκή, Ploce.

Ploce plexus in Musicis, pertinet ad modos quibus melodia perficitur.

Estq; progressio melis per intervalla cōposita, quæ græcis dicuntur ὑπέρβατα inter quæ sunt intermedii alii phthōgi, ut si quis unum vel plures transgrediatur tonos, & cantilenā efficiat.

Ploce (copulatio) figura Rhetorica est. cujus exemplū Lentulus est Lentulus id est remissus, restrictus.

Ad plocen elegantissimam Georgius Sabinus hoc refert Ovidianum.

Si nisi quæ facie poterit te digna videri,
Nulla futura tua est, nulla futura tua est,

Poemander, Pimander.

E multis libris Mercurii Trismegisti duo sunt divini præcipuè, Unus de voluntate divina, qui inscribitur Asclepius, cum hic una sit è personis colloquentibus in Dialogo ejus. Alter de potestate & sapientia Dei, quia ex quatuor personis quæ dialogisticè disputant, primæ Pimandro partes attribuuntur. Marsil. Ficinus in præfatione ad Cosmum Medicem Pimander utitur pro mente divina.

ποίησις.

ποίησις generali significatione factio est seu confectio speciatim in Ethic. Aristotelis est artis effectio, ut ποίησις unguenti, ut fabricatio fabri lignarii Ita per metaphoram tribuitur Deo, ut ποίησις cœli & terræ. Deus potest quicquid est ποιητὸν id est factibile ut vertit Aretinus.

In politicis tribuitur Testamento, ut Testamenti factio, & significat etiam Adoptionem. ποιητὸς enim filius est filius adoptivus.

Interdum significat conficiendi rationē per Metonymiam.

In Oratoria significat ipsam Poetæ ...

specie ita dicti actionem, vel specialius imitationem, ut Aristoteles definit, quæ fit metro, harmonia & rhytmo; ad utilitatem & delectationem hominū. Poësis Aristoteli est imitatio seu vox seu ratio actionis alicujus personæ vel plurium, quia ipsius tempore sæpiùs fictam seu fabulosam actionem repræsentabat, quā veram.

Metrum Est oratio ornata certos pedes certis locis collocatos cōtinens *Harmonia* est concentus hoc est concordia plurium earumq; dissidentium vocum in unum redacta *Rhythmus* est numerus qui nascitur ex motu corporis pedumq; aut manuum moderatā atq; ordinem quendam habente ἄρσει καὶ θέσει (elatione & positurâ). Hunc saltatores & gesticulatores repræsentant.

1. Hinc primariæ species Poëseos sunt Epica, Aliàs Epopoeia Hæc fit metro tantum Huic subiiciūtur Elegiæ, Eclogæ, Epigrammata.
2. Lyrica seu Melica. Hæc fit sermone & harmonia. Estq; Antiqua in qua Poëta versus ad lyram canebat: Vel Nova seu Chorica, in qua Chorus canit.
3. Scenica, quæ imitatur metro harmonia, & Rhythmo. Estq; Comœdia, vel Tragœdia. Utriusq; ornamentum sunt Epeisodia. Vide Joh. Martin. Heinsium in 4 lib. Æneid. & Poetic. Mauritian.

ποιητικὴ τέχνη dupliciter dicitur. 1. Generaliter est ars relinquens aliquod ποίημα sive hoc sit nobile, ut Medica, sive ignobile, ut Sutoria Specialiter est ars scribendi seu conficiendi metra. Per metonymiam significat ipsum opus seu effectū ποιητικῶς seu habitùs Poëtici vel viva voce, vel scripto remipsam docētes, ut cū dicitur. Ars Poetica est collectio præceptorum verorum utilium & consentientium sibi quæ Poetam ἐν ποιήσει sua regunt.

Ἰδιοποίησις est οἰκείωσις appropriatio sibi vendicatio, verbum quæ carnis sunt ἰδιοποιεῖται, id est sibi vendicat, & verbum passiones corporis οἰκειοῦται, id est sibi appropriat, μεταποίησις evectio in meliorem statū κοινοποίησις, cōmunis duorum vel plurium operis effectio. Hæc sunt θεολογούμενα

ποιητής.

ποιητής: 1. in genere est opifex qui vel seu elaborator alicujus operes: Ita Deus quoq: ποιητὴς (cœli & terræ) dicitur.

2. κατ' ἐξοχὴν ita appellatur ille qui versus facit & carmina componit incitatus divino quodam ingenii impetu, cujus vel ars ipsa, vel totum quasi corpus multorum ποίησις dicitur. Horum quatuor fuerunt tanquam ætates: Ac unaquælibet peculiare quoddam genus Poematis usurpavit.

I. Prima ætas eorum fuit, qui dicuntur Ἐπικοὶ Epici seu Epopœi. Hi versibus mandārunt cum historias integras, tum etiam alias res maximè illustres & cognitione liberali dignas, Ethicen, Physicen, rationem Agriculturæ, Astrologiam, rem medicā, bella & insignia alia hujusmodi, utētes ad hoc genere carminis eo, quod deinde Heroicum appellatum est, eò quod historiæ magnorum & fortium virorum peculiariter accommodaretur. Tales Poetæ fuerunt apud Græcos Orpheus, Linus, Homerus, Hesiodus, & his longè recentiores Apollonius Rhodius, Aratus, Nicander, &c. Apud Latinos verò Ennius, Virgilius, & post hunc Statius, Lucanus, Silius Italicus, Claudianus, Valerius Flaccus & alii.

II. Hos secuta est ætas eorum, qui γνωμικοὶ seu Gnomologi & Gnomopœtæ dici possunt, qui operam suam eo præ-

præcipuè contulerunt, ut mores formarent & hominum studia ad cultum justitiæ & humanitatis converterent. Incidit hæc ætas in eadem tépora, quibus floruerũt in Græc. Nomothetæ illi præstantes, qui legibus bonis constituerunt ac solidârunt Respublicas suas, Lycurgus, Solon & alii, quorum studia & conatus hi Poetæ suo loco adjuverunt in excitando in animis hominum studio & amore virtutis, & fuga atque odio turpitudinis. Ad hos pertinent Theognis, Phocylides, Pythagoras, cujus carmina aurea maximè celebrantur, &c.

III. Post hanc ætatem, cum jam Græcia opibus & studiis floreret, & usurparentur passim ea, quibus in pace solét homines studere, certamina vid. & ludi varii, cõvivia item & hilaritates, exortum est illud genus Poetarum, qui *Lyrici* vocantur, Plato vocat μελοποιούς. Hi præcipuè descripserunt ludos illos, & celebrârunt virtutem eorum, qui in his certaminibus præclarè se gessissent. Addiderunt & interdum aliquid de amoribus, item de suavi & voluptaria vita. Tales fuerunt Pindarus, Simonides, & his affines Anacreon, Bacchylides, Alcæus, item Sappho (Platonis magistra) & alii plures.

IV. Postea, cum in otio, ut fit, mores inciperet degenerare, secuti sunt *Dramatici seu Scenici*, id est Tragici & Comici Poetæ, genus magis mordax & falsum, ad carpendum & emendanda morũ vitia accommodatum, & simul etiam tradens doctrinam virtutum, & ad has colendas excitans homines exemplis, propositis in utramque parté. Ac Comici Poetæ fuerunt Aristophanes, & illo, quorum [illegible] una sola jam habemus, Menander, Diphilus, Apollodonis. Tragici præcipuè sunt Æschylus, Sophocles, & Euripides. Fuit & Æsopus Tragœdus & Pater & filius. Huc quoq; refer Satyram. Is qui aliena Poemata in conventibus publicis decantabat, voce apud veteres dicebatur Rhapsodus, vel ῥαβδῳδός, quod ferret virgam artis suæ insigne. Illud n. dicitur ῥαψῳδεῖν & ῥαβδῳδεῖν. Vide Dialog. Platon. qui inscribitur Io, & explicat: Joh. Serrani.

Ποιητικὴ dicta παρὰ τὸ ποιεῖν, quod non modò res imitetur, sed quasi facere videatur, addit ficta veris, aut fictis vera imitatur, idq; cum magno ornamentorum apparatu. Platoni est μιμητική. Estq; vel εἰκαστική, vel φανταστική. Εἰκαστικὴ est, quæ veras & cõsentaneas imagines repræsentat, i.e. quæ ita cõformat imagines suas, ut ad consentaneam quandã rationem referatur, & ἄριστον, i.e. optimum habeant finem illum propositum, ut docendo honesta delectet. Versantur n. hæc in materia laudabili. Hæc est simplex vel varia. Simplex est vel Theologica, vel Philosophica. Theologica, quæ de rebus divinis, ut sunt Orpheus Amphion. Philosophica vel agit de natura, ut Empedocles, Neandri Arati, Lucretii Poemata, vel de moribus, & quid vel illius doctrinæ partibus omnibus, ut quæ universim pertinent ad vitã benè instituendam, ut Phocylidis. Pythag. Theog. vel Oeconomicis, ut Hesiod. vel Polit. ut Solonis, Tyrtæi. Variæ seu multiplex est in Epicis, Lyricis, Comœdia, Tragœdia, Epigrammate. Phantastica Poetica falsarum imaginum effictione ludit, res falsas turpes & inhonestas effingit, vel ut delectet, vel ut res illas suis illecebris importet in hominum animos.

Φάντασμα

φάντασμα Platoni est inanis species, spectrum.

πολίτευμα.

Politeuma est Aristoteli in Politicis regimen (seu gubernaculum) civitatis. Ac significat interdum Rectionem ipsam administrationem civitatis & rerum ejus. Interdum omnes omnino magistratus publica munera obeuntes & quendam quasi complexum ipsorum omnium. Interdum κατ' ἐξοχὴν eos, seu singuli seu multi homines magistratusvè sint, penes quos est arbitrium & autoritas absoluta totius civitatis rerumque ejus omnium disponendarum & administrandarum.

Pro Politeumate in tertia significatione dicitur etiam ab Aristotele πολιτεία. πολίτευμα, de quo Apostolus Paulus, est cœleste.

Sic Respublica interdum universè significat universum statum civitatis in magistratibus legibus rebusq; aliis communibus positum. Interdum propriè ordinem & rationem certam magistratuum omnium inter se & ad subditos resq; civitatis universas.

Interdum κατ' ἐξοχὴν (per excellentiam quandam) significat eos singulos multosvè homines aut magistratus, in quorum manu & arbitrio sunt res omnes civitatis leges magistratus & reliqua.

Secundo modo sumptum nomen Reipublicæ definitur ab Aristotele 3. polit. text. 39. πόλεως τάξις τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων, id est, ordo civitatis & aliorum magistratuum ac maximè ejus, qui omnium summam potestatem habet.

De Republ. & civitate Dei ac Cœlesti Theologia disserit.

πολίτης.

πολίτης.
- vere, simpliciter, perfectè, RE.
- nomine, modo quodam, imperfectè ἐξ ὑποθέσεως, cum adjunctione, ἐκ προσθέσεως, spe seu futuri temporis expectatione, ex præteriti temporis memoria.

Civis verè simpliciterq; defin[illegible] participatione publici muneris im[illegible], qui sit magistratus & Reipubl[illegible] particeps, ut judicandi & con[illegible] publicè authoritatem (ἀυθεν[illegible]) habeat.

Civis imperfectè primò est [illegible] tius, qui civitate donatus est sin[illegible] norum & suffragiorum jure. 2. [illegible] vus & inquilinus mecum, ut [illegible] ve, per totam vitam habitans. [illegible] Externus & peregrinus, qui ex tessera, pacto & contractu forum (id [illegible] judicesq;) habet liberu in urbi q[illegible] diu ibi commoratur. 4 Civis spe, [illegible] puer nondum asscriptus in numer[illegible] civium. 5. Civis effœtus, qui exolutus est propter ætatem muneri[illegible] publicis, omninoq; qui [illegible] fuit civis, jam non est, ut est civis in exiliu[illegible] actus & infamia notatus. 6. M[illegible] civis nominatur propter virt[illegible] quem refertur. Civis igitur ut Respublica, est vox analoga. Vide 3. [illegible] Aristotelis, ubi dicitur, Resp[illegible] videmus specie inter se diffe[illegible] & alias quidem posteriores, alias verò priores (quæ nota est quasi specierum seu specierum analo[illegible]) Quare & civem necesse est in unaquaq; republica esse alium.

Civitas

πόλις.

πόλις, est republicâ	jam formatâ. Hæc verè Civitas: Civ. formaliter.
	jam formandâ: quæ potiùs populus seu multitudo hominum unum in locum ad habitandum congregatas vocetur. Civ. materialiter.

Lat: Civitas.

Civitas 1. maximè propriè, simpliciter & perfectissima ratione dicitur totum compositum ex urbe, populo, republica.

2. Pro populo republica ornato, hoc est, cum magistratibus formaque & ordine gubernandi.

3. Formaliter, pro Republica ipsa.

4. Materialiter, pro populo, & loco ejus seu urbe. 5. pro populo. 6. maximè impropriè, pro urbe seu oppido cum suo quantocunq; agro. Montecat. in 3. Polit. Aristot.

Expl. 4 sign.

Civitas dividitur in	Populum, id est, homines distinctos à parte dominatrice seu à magistratibus & rempublicam gubernantibus.	
	Locum: Urbem	Opidum.
		Agrum.

Ubicunq; incolumis manet eadem forma Reipublicæ, ibi manet eadem civitas.

Toties mutata est Romana civitas, quoties forma Reipublicæ ejus, quæ propria ipsius forma erat, fuit mutata.

Omnis enim societas, &, magis universè, compositio omnis tandiu eadem dicitur & est, quandiu eadem species formaq; cōpositionis manet, dicitur

verò & est diversa, simulatq; illa species diversa fuerit, licet manserit eadem prorsus materia. Nam Chorus sæpe ex iisdem constans hominibus, diversa ratione figuraq; ornatis & compositis ad saltationem, sermonem, cantum, nominatur ex hac varia ratione & forma alius atq; alius, Ex. gr. interdum Comicus, interdum Tragic⁹. Harmonia cum eorundum sit sonorum & instrumentorum sonos reddentium, propter variam sonos inter se componendi & miscendi rationem, quæ est harmoniæ forma, commutatur, & modò Dorica, modò Phrygia, modò alio nomine nuncupatur.

πολιτική, Politica.

ἡ πολιτική (intellige φρόνησις prudentia Aristotelicè, vel sapientia Platonicè in Theage, vel doctrina, vel ratio, vel facultas, vel peritia, vel ἐπιστήμη) accipitur modò *propriè*, modò *communiter*.

Propriè est prudentia administrandi Rempublicam (est in rebus civilibus prudentia: est ratio atq; prudentia reipublicæ gerendæ. Cic. est rerum agendarum peritia cum virtute conjuncta. Plato Basilicam (βασιλικὴν) id est, regiam, vocat in Politico, quòd omnium doctrinarum regina sit ad quam illæ referuntur) vel est Philosophiæ Practicæ pars princeps, docens rationem rectè administrandæ Reipublicæ. Ita accepit Aristoteles in Eth. Nicom. cap. 1.

Eodē sensu dicitur τὰ πολιτικὰ, intellige διδάγματα, seu βίβλια (libri civiles) *Impropriè* seu communiter per Synecdochen seu denominatione totius à parte pro tota Philosophia Practica sumitur, quæ continet Ethicam, Oeconomicam, & Politicā, ac summum

mum bonum practicum docet. Hic doctrina continet generales seu universales agendi rationes: πρᾶξις verò seu εὐπραξία in singularibus rebus cernitur.

Præterea Aristoteles lib. 6. Eth. cap. 7. ponit civilem seu Politicam scientiã (ita n. nominat) pro prudẽtia, vel saltẽ aliqua ejus specie. Ubi voce scientiæ videtur abuti. Nam ἐπιστήμη propriè de habitibus purè theoricis dicitur. Sed & Jurisconsultus hanc κατάχρησιν non refugit.

Eidem Philosopho Ethic. 5. Virtus Politica est justitia propter ὑπεροχήν. Politica à parte præcipua vocatur à Platone Νομοθετική, legumlatrix (qua voce etiam usus est Arist.) quia legibus civitates fundantur & gubernantur.



Νομοθ:) ratio legum condendarum.
Βουλευ:) Consiliaria, deliberativa: Cum, quid agendum sit, consultatur.
Δικασ: Judiciaria, ratio moderandorum judiciorum.

Ex his partibus legum conditricem seu nomotheticam, & consiliariam Plato καθ' ὑπεροχήν, quia in civitate regenda, instituenda, conservanda primas obtineat, civiles seu Politicas, ut & Regias) de quo antè attigi) vocavit, Sed Aristoteles nomine communi vocat propriè civilem seu Politicam copulatam ex consiliaria & judiciaria, in quas etiam ipsam partitur, secutus, ut videtur, vulgus, quippe quod cum judices & consiliarios solos πράττειν, & in negotiis reipublicæ versari videat, eos solos ferè hac de causa Politicorum nomine dignetur. De quo vide paulò post vocem Politicus.

Plato consiliariam separat à judiciaria, & conjungit cum legumlatrice. Aristoteles contrà disjungit eam à legumlatrice, & copulat cum judiciaria. Vide A. Montec. in præfat. in Polit. libr. Aristot. pag. 18.

Politicus.

I. Aristoteli secuto Platonem in fine 10. ad Nicom. Politici viri sunt viri ἔμπειροι, qui in Republica sine doctrina versantur (qui non sunt ei virtutis civiliumq; rerum idonei magistri.) Ita vulgò dicũtur Politici & πολιτεύεσθαι, qui in particularibus negotiis versantur (ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, quorum est πρᾶξις.) Atq; inde Practici dici possunt. Juris-consultus noster D. Hermannus Vultejus, in conventu quodam nostro humano & erudito, rotundè & artificiosè Politicum definiebat καλοκαγαθίᾳ & πραγμάτων ἐμπειρίᾳ (studio virtutis seu honesti & peritia rerum civilium) ut sit, Vir bonus, rerum gerendarum peritus.

Montecatino doctissimo Politicus est, qui civitatem affectus & actiones hominum singularium quatenus horum unusquisque est pars civitatis ad benè vivendum considerat. Per civitatem intellige etiam principia partes & affectiones ejus.

Συντόμως sic dici potuisset: Politicus est Philosophus Practicus conside-

rans

rans societatem civilem (κοινωνίαν πολιτικὴν seu civitatem) Apparens tantùm inter has descriptiones mihi pugna est.

Politicus enim *consideratur* vel *Practicè* vel *theoricè*.

Practicè, ut definitus est à jam antè laudato D. Vulteio. *Theoricè* vero, ut descriptus est à Montecatino ex subjecto & fine. Vide vocem *Civilis* & quæ ibi habes cum his confer.

II. Politicus interdum dicitur, qui est in civili communitate, vel qui est socialis. Huic opponitur Απολίτευτος & Απολις, incivilis, expers civilis societatis, qui est sine civitate, qui à civili & humana societate est alienus, ut Timon.

Jurisconsulti eum describunt, cui civitas, & quæ sunt Juris civilis, adempta sunt, ut testari, hęredes scribi, habere filios in potestate &c. (quæ Juris gentium sunt ut contractus relicta eis sunt)

Loquuntur autem non de actu primo seu natura, sed de actu secundo seu statu ac fortuna, id est, Apolidas intelligunt respectu certæ cujusdam civitatis, ut Romanorum, non γενικῶς civitatis conjunctionisvè propriè civilis, ac multò minùs communitatis universè hominum inter se.

Ἀπολίδες fiunt à principio:
- Interno. Sponte sua, natura, sola origine.
- Externo. Fortuna, violentia, seu fortunæ vi & calamitate aliqua.

Solo ortu ἄπολις fit, cum materiæ vel efficientis facultatis vitio aut excellentia temperamentum corporis, & corporis temperamento ingenium, ipseq; tandem homo, aut longè deterior, aut multò præstantior cæteris hominibus existit. Illum beluam, id est, similem beluæ seu feræ appellant, quales in regionibus septentrionalibus inveniuntur, Hunc verò Heroem ac divinum virum.

Απολις, homine deterior, Homero est ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος.

Αφρήτωρ, est, qui est sine phratria, i.e. tribu seu de nulla parte tribuum (ternæ enim phratriæ Athenis singulas conficiebant tribus) Talis pro cive non habetur, nec est compos eorum, quæ juris & societatis seu communionis sunt civilis.

Αθέμιστος, qui caret jure, qui est sine lege: à voce Themis, quæ significat Deam legum præsidem. Ανέστιος, qui est sine sede & lare: à voce ἑστία, quæ significat Vestam terræ & ignis Deam.

Platoni etiam philosophi sunt ἀπολίτευτοι, quia non sunt πολιτικοὶ

Nota hic diligenter. indoctos Græcæ linguæ opponere πολιτικῷ ἀπολιτικόν. Ita non loquuntur Græci, sed ἀπολίτευτον. Sic non dicunt ἀμεθοδικὸν, sed ἀμέθοδον. Nec rectè dicitur ἀπολικός. Tu pro eo dices. Expers civitatis.

At πόλις ἄπολις probum est, & quidem oxymoron (ὀξύμωρον,) id est fatuè acuta oratio pro civitate eversa.

Qualia sunt τάφος ἄταφος (Insepulta sepultura) id est non legi binè sepultum cadaver: μουσικὸς ἄμουσος (musicus mutus) id est musicus voce inepta vel humili: & hæc apud Aristotelem, ἄχορδον μέλος, ἄλυρον μέλος: & istud latinorum, Doctor indoctus, seu illiteratus, id est Doctor non multa doctrina præditus,

3. Ultimò Politicus per κατάχρησιν accipitur pro δημαγωγῷ, viro improbo, qui ad gratiam omnia facit & loquitur, ut populi κόλαξ.

Politicum,

Politicum est nomen Commune πρὸς ἕν (vulgò vocant Analogum) vel ambiguum: magis enim civile animal est homo, quàm apes vel formicæ & reliqua gregalia animalia. Ac ita nominatur aliquid vel *propriè* vel *ex translatione & similitudine*. Et interdum de actu primo seu φύσει, interdum de actu secundo seu exercitio intelligitur.

Explicatio.

Politicum accipitur multis modis:

1. *Propriè*, ut refertur ad certam quandam inter homines vitæ communionem, quæ civilis communitas seu communio & civitas verè proprieq; nominatur.
2. *Generalius* ut refertur ad communitatem ac societatem universam sive hominum interse, sive aliorum animalium ejusdem generis, quæ natura finxit idonea ad vitam simul degendam (uno verbo animantia congregabilia, συναγελαστικὰ vel animantes congreges, ut loquitur Apulejus. Sic Theodor. Zuing. in Tabul. Ethic. pag. 287. Bruta quæ sunt generis atq; , ut ita dicam, gentis ejusdem, naturalem colunt societatem: & canis Iberus canem Indam amat (Vara Vibiam sequitur, ὅμοιος ὁμοίῳ ἕπεται.), quod proverbiale est.

Ex primo modo, soli homines Politici seu civiles (id est, ad veras civitates apti nati) nominantur & Philopolitæ.

Ex secundo modo, non solùm homines, sed & apes & grues & formicæ aliæq; quædam animalia Politica seu civilia nominantur, idest, sociabilia.

Primum modum tantùm usurparunt Jurisconsulti. Secundum non agnoscunt. Sed hoc aliquando utuntur Philosophi. Primo etiam modo Aristoteles 5. Ethic. Nicom. accepit πολιτικὸς pro κοινωνικῷ. Ita vita Politica, id est, πρακτική, est vita κοινωνική (socialis) eidem Philosopho. Eidem lib. 1. Polit. tex. 20. Homo est natura πολιτικὸν ζῶον, id est, κοινωνητικόν.

Tertio quodam modo ac penè medio inter duos priores ab Aristotele Politicum accipitur. lib. met. primi de historia animalium, ut civilia animalia sint, quæ in commune laborant, & unum commune opus faciunt, quod communiter ad omnia pertineat, ita ut opponatur ei incivile illud, quod dicitur σποραδικὸν quasi sparsum & separatum. Sicut Gregale (ἀγελαῖον) opponitur Solitarium seu solivagum (μοναδικόν.) Ut igitur vita Politica secundùm priores modos duos definitur vitæ communitate: Sic ex tertio modo operis & laboris cujusdam societate.

Ex primo modo Politicum animal est, quod ad propriè dictam civitatem natum est ut in ea & secundum ejus rationem vivat. Ejusmodi sunt soli homines. Atq; ii etsi pro diversitate affectuum aliquando solitudine aliquando conjunctione communioneq; hominum gaudent: natura tamen sua sunt congregabiles. Illud actus est, hoc potentiæ.

Animantes sunt congregabiles vel Solitariæ. Congr. sunt civiles, vel inciviles. Civiles sub Duce degentes vel nullo imperio subditæ. Incivil. Græcis sunt ἀπολίτευτοι.

Ultimò Politicum accipitur pro eo quod est Ad cives pertinens. Sic Plato.

Poli-

Politica vita.

Politica vita est, quæ in civitate vivitur. Politicæ seu civilis vitæ partes duæ sunt, pax & bellum seu functiones atq; actiones urbanæ togatæque vel bellicæ. Aristot. in Polit. πολιτικὸς βίος γίνεται διῃρημένος (divisa est) εἰς τε τὴν πολεμικὴν χρείαν καὶ τὴν εἰρηνικὴν. Estq; universalis vel particularis.

Universalis est omnium hominum inter se, quatenus omnes sunt Cosmici, id est, mundani quidam cives sub uno eodemque principe ac moderatore Deo O. M.

Particularis est eorum hominum, qui sunt ejusdem Reipublicæ cives.

Opponitur vita politica *monasticæ*, ut cœnobitarum: Interdum *Scholasticæ*, philosophicæ, religiosæ, interdum œconomicæ seu χρηματιστικῇ, id est, pecuniariæ (Græci dicunt βίος οἰκονομικὸς ἢ χρηματιστικὸς qui sectat χρήματα, i. e. pecunias) qualis est parentum & liberorũ dominorũ & servorum: *Interdum Theoreticæ* (cuj⁹ actio est theoria) i. e. quæ in contemplatione & cognitione rerũ versatur quæ Lambini periphrasis est. *Interdũ voluptuariæ* seu Epicureæ (Græci dicunt βίος ἀπολαυστικὸς ἢ ἡδονικὸς, vita quæ in perfruendis voluptatibus consumitur) vide 1. de moribus Aristot. c. 5.

Politicum Imperium πολιτικὴ ἀρχὴ, πολιτεία.

Politicum Imperium, ut πολιτεία, accipitur 1. fusissime pro quovis civitatis statu sive recto, sive depravato, sive unus, sive multi, sive omnes gubernent. Sic in 8. Nicom. Ethic. & 1. Pol. Aristot. tex. 49. accipitur. 2. Augustè pro statu eo, qui propriè Respublica & alio nomine τιμοκρατία, potestas ex censu, appellatur. In eodem 8. Eth.

3. Sumitur medio quodam modo pro omni recto statu, in quo multi gubernant, id est, tam pro republica quàm pro potestate optimatum, vel omnino pro liberis civitatibus, ubi nemo unus simpliciter sit Dominus. In his (civitatibus) vel alternant, id est cõmutantur vicissim, quæ præsunt & subsunt: Aristot. 1. polit. text. 141. vel continuant majores magistratus qui semel eas susceperunt: quod fit nostra ætate Venetiis.

Politica seu civilis adoratio opponitur religiosæ: Illa hominum; hæc verò Dei est.

πολυγαμία.

Polygamia est conjugii multiplicatio.

Polygamiæ species:
- 1. Cum uno eodemque tempore plures uxores ducuntur. Sic Lamechus fuit Polygamus, & quidem hæc Polygamia creditur à Lamecho cœpisse.
- 2. Cum quis soluto rite matrimonio aliam ducit. Sic Polygamus dicitur, qui plures habet uxores successivè.

Opponitur Polygamiæ tum ἀγαμία, tum μονογαμία. Theod. Bez. tract. de Polyg. cont. Ochinum.

πραγματικός.

Πραγματικοὶ sunt negotiorum civilium gestores, rerum forensium actores, in causis agendis ministri, Iuris interpretes Quintilian.

πραγματικὴ στάσις Oratoribus est causæ constitutio negotialis.

πρᾶξις.

Πρᾶξις communiori significato est actus potentiæ alicujus dirigibilis,ut(Scotus loquitur) ab ipso intellectu: Indiget hæc regula scientiæ, artis, prudentiæ. Specialiore, est operatio ethica, quæ libera est,id est potest fieri vel non fieri. Alia est à ποιήσει (factione) Quod hinc etiam patet, quòd εὖ πράττειν est rem suam benè gerere: εὖ ποιεῖν veri beneficium in aliquem conferre seu ponere. Id quod annotavit contra Perionium Lambinus. πρακτικὸν est operativum, vim habens τοῦ πράττειν. Πρακτικὴ γένεσις à Zuingero opponitur θεωρητικῇ.

Externa operatio seu praxis in theoricis ea est, quæ vel viva voce vel scriptis mentis suæ sensa aperit, aliosq; docet, vel per se, vel aliorum imitatione. Hæc Genesis θεωρητικὴ dicitur. At in practicis consilio capto ad actionem accedit, quacunq; tandé ratione finem suum commodiùs se assequi posse speraverit, eaque propter γένεσις πρακτικὴ dicitur.

προαίρεσις.

Προαίρεσις est electio, prælectio: principium actionum humanarum, id est, earum quę sunt in hominis facultate. Ea agimus cum προαιρέσει seu electione, quam antecessit deliberatio. Ea verò sine proæresi seu electione, quæ non antecessit deliberatio. Ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα. Aristot. 5. Et hic.

προαύλιον.

Προαύλιον à πρὸ (ante) & αὐλεῖν (tibia canere) est præcentio in cantu tibiæ.

Per Metaphoram accipitur pro exordio dicentis. Barbaris est præambulum.

A voce αὐλὴ, est idem quod area ante aulam.

προαφίεσθαι.

Resilire est, ut mammæ dicuntur προαφίεσθαι resilire, cum sterilescunt. Transfertur & ad alia, ut resilire ab instituto. Cic. & Jurec. Resilire dicitur is, qui non stat pactis conventis. Utitur hoc verbo Plato in Phædone.

Ἀποπηδᾷν τοῦ λόγου est à sermone desilire, id est desultoria levitate vagari, neq; finem disputationis exspectare. Plato in Theæteto.

προοίμιον.

Προοίμιον 1. est præcentio citharædorum.

2. Exordium orationis, quod Rhetores dividunt in rectum & obiquum. Ita dicitur: προοίμιον μεῖζον τοῦ δέοντος, exordium majus quam par est: quod in vitio ponitur.

3 Proœmia dicũtur præfationes & quæ scriptis edendis disciplinisvè tradendis præmitũtur τὰ περὶ τέχνης Platoni.

Poëticum est Juvenalis: proœmia rixæ; id est, principia.

Προοιμιάζεσθαι Aristoteli in Ret: est longa exordia operi affingere & ambages, longis exordiis & ambagib' uti. Virgilus longa exorsa dicit:

-------- *Nec te carmine ficto*

Atq; per ambages & longa exorsa tenebo. 2. Georg.

Vide Victor: in 3. Rhetor. Aristot. Proœmiari deponens pro exordiri, προοιμιάζειν, Plinij Epistolici est. Græcus etiam dicit προοιμιάζειν.

πάρεργον.

πάρεργον dicitur quod pro opere est, quod ipsum ἔργον antecedit tanquam προαύλιον (quod Barbari vocant præludium in tibiis) ἔργον est ipsum opus, πάρεργον, quod est præter & extra opus ut non sit necessarium. περίεργον quod supra opus est, nimis accuratum affectatumve & supervacaneum. περιεργία est inepta affectatio Scaligero περιττὸν, quod superest.

πρὸς.

Πρὸς ἄλλον ζῆν Aristoteli lib 1. Rhetoric. & lib. 4. Ethic. est alterius arbitratu vivere, alieno more vivere.

Interdum πρὸς est idem quod Ad, In, Erga, Contra. Aristoteles lib. 9. cap. 3. Ethic. ἀλλοιότερον εἶναι πρὸς αὐτὸν, alio (non eodem) esse in eum animo.

Ἀλλοτριώτερον aliud est quam ἀλλοιότερον. Significat enim alieniorem seu eum qui est alieniore animo. Alius opponitur eidem: Alienus suo & propinquo & necessario. Nec Latine dicimus, alieno esse animo in aliquem, sed ab aliquo. Lambin. in annotationibus: Alieno animo is dicitur esse ab altero, qui alterum non amat, qui ab ejus consuetudine abhorret. Alio autem animo est is, qui animum suum immutavit pristinum, sive olim oderit & nunc amet, sive olim amaverit & nunc odio prosequatur. Sed hæc παρέργως & obiter: non enim πρὸς θέσιν pertinent.

Aristoteles cap. 4. lib. eodem τὰ φιλικὰ πρὸς τὰς φίλους, Ea (studia & officia) quæ in amicitia ab amicis in amicos conferri solent. Μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι, Matres erga filios affectæ sunt. Eucli. 9. proposit. tertij ἤχθαι vel ἀγαγεῖν γραμμὴν ἀπὸ σημείου πρὸς κύκλον est ducere lineam à puncto ad peripheriam. Circulus enim hic ponitur κύκλος pro peripheria.

προσαγωγία.

Προσαγωγία 1. general: est adductio: προσαγωγεὺς adductor. Per hunc (Christũ ut εἰρηνοποιὸν & σπονδοφόρον seu conciliatorem) fide προσαγωγὴν id est admissionem seu adductionem habemus, id est adducti fuimus in gratiam (hoc est pacem cum Deo) inquit Ro 5. Apost.

2. Specialiter προσαγωγία est instrumentum fabrorum, ᾧ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα, i. e. quo adhibito fabri ligna curva in recta aptãt ac formant. Suidas. Ita accipitur in Mechanica seu τεκτονικῇ. Sic Christus fide ut organo directorio nos idoneos efficit ad se sequendum, fide corda nostra prava dirigit, purgat, renovat.

προβασκάνιον.

Προβασκάνιον est amuletum adversus fascinum. Plutarchus dicit res turpes seu turpiculas adhiberi adversus fascinum, ut harum intuitu eludatur malus oculus, qui dicitur eleganter πονηρὸς ὀφθαλμὸς (sic loquitur etiam Evangelista.) Nec dubium est quin eandẽ ob causam apud Romanos olim moris fuerit pudenda pro amuletis collo puerorũ suspendere. Varr. de ll lib. 6. Vide etiam Turneb lib. 9. c. 28. Theocr. in 6. Idyll. Ne fascino læderer ter ipse in gremium meum inspui. τρὶς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

προσδιορισμὸς, Determinatio.

Determinatio est

- Simpliciter ἀναδιπλώσεις, cum prædicatum de subjecto dicitur, quaten⁹ ipsum, ut dormire & vigilare de animali quia animal, mobile de naturali corpore, quia naturale.
- Αἰτιολογικὸν cum in limitante prædicatum exprimitur causæ quędam ratio.
  - Genus
  - Pars
  - accidens

  Subjecti.

Gens

Genus) si proprium generis de specie prædicetur propter genus, Homo dormit, quia est animal.

Pars) Animal ambulat, quia est præditum pedibus.

Accidens) Corpus est aspectabile, quia est coloratum.

προσευκτικόν.

προσευκτικὸν carmen προσευκτικὸς λόγος, vel ὕμνος est, quo petitur aliquid fieri aut esse. Latini Votivum vocant. Ἀπευκτικὸν, quo petitur aliquid non fieri aut non esse. Huic subiicitur ἀποτρόπαιον quod ad avertendam averruncandamve infensi Numinis iram comparatur. Genus horum omnium est κλητικὸν, id est, Invocatorium.

προσκήνιον.

Proscenium 1. Propriè est vestibulum vel aulæum (παραπέτασμα) scenæ partisve theatri, seu est locus & pulpitũ ante scenam, in quod actores prodeunt & in quo consistunt spectaculum sui præbituri. Solet autem tegi velis & aulæis, ne apparatus scenicus antea videatur à spectatoribus, quàm agi incipiat, ut oblata repentè illius species magis animos oculosq; permoveat ac perfundat, quæ actoribus prodeuntibus tolluntur & removentur. Scena verò est obtecta illa pars, unde actores prodire solent.

2. Est meretrix, quæ faciem quidem habet urbanam & lepidam, vestibusque aureis & versicolotibus ornatam, sed nuda est turpissima. Athenæus lib. 13.

3. Lucretius Venerum Proscenia vocat earum sordes ac nævos corporis, quos illæ vestibus & fuco tegunt, nec tamen ita tegunt, quin miseri amatores rationis tanquam levato velo cognoscere ac deprehendere possint, ut ait in Parergorum lib. 1. literarii Senatus ferè Princeps Scipio Gentilis.

προσκυνέω.

τῷ προσκυνέω (adoro, humiliter veneror, ad pedes alterius me abiicio, abiicio me coram aliquo) modò Dativus, modò Accusativus additur.

Plato 3. Polit προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν, veneremur scilicet ipsum.

Sic Matth. 4. Dominum Deum tuum προσκυνήσεις. Dativus Matth. 2.

Putatur autem verbum hoc ductum à canibus adulantibus.

προσονομασία; *Adnominatio.*

Prosonomasia est 1. cum verbo additur casus ab eo deductus, ut Curro cursum, species παρηγμένου, quod σχῆμα faciunt Orationis. Hujus exemplum est in Marco Evangelista cap. 2. ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ad verbum Detegulaverunt tegulas, detexerunt tectum, id est, nudaverunt tectum. 2. est idem quod Paronomasia, vocum affinitas, ut si eleganter dicas de manifesto mendacio· Hoc neq; scriptum neq; pictum est unquam. Interdum facit ad gratiam, & jucunditatem, interdũ ad odium & inculcationem rei molestæ. Exempla in Paulo sunt φθόνου φόνου: ἀσυνέτους ἀσυνθέτους, ad Rom. cap. 1. Sic πορνείᾳ πονηρίᾳ, ibidem: κρίνεις κατακρίνεις, cap. 2. ὑπερφρονεῖν φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, cap. 12. εἰσερχόμενον ἐξερχόμενον, cap. 16. Matth. Sæpe enim hoc Schema habet ἐναντιώσεις. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, ad Tim. cap. 3. Voluptatum amantes potiùs, quàm amantes Dei.

πρόβασις.

πρόβασις est vox Politica Oratoria, & cer-

Digitized by Google

tomica. In Politicis significat transgressionem, errorem, delictum, παράπτωμα. Sic & Paulus ad Galat. 3. accipit. In Comœdiis dicitur, cum chorus ad populum conversus aliquid extra fabulæ argumentum loquitur, (quod vocatur Epeisodion), vel cum chori loco digressio fit, in qua aliorum Poëtarum dicta scriptave sine maleficii crimine aut pœnæ suspicione irridentur, quod est apud Scaligerum lib. 1. Poetices Pag. 30. Oratoria παρέκβασις dicitur ὕστερον παρεκβάσις, egressus seu digressio à proposito, unde oratio παρεκβατικὴ vocatur: Dicitur & excessus Ethicus, id est vitiosus παρέκβασις; & depravationes formarum reipublicæ παρεκβάσεις ab Aristotele. Sicut & degenerationes Physicæ. Et παρεκβάσεις Naturæ Philosopho sunt monstra. Scaliger vertit excursus, quasi πάρεργα, prævaricationes naturæ exer. 131. sect. 4. Excursus tales transmittunt metam mediocritatis.

Ad παρεκβάσεις naturæ referuntur nonnulla παραφυόμενα, ut digitus παραφυόμενος ἢ παράφυτος sextus nimirum, qui ἐκ περιττοῦ (ex superfluitate) quibusdam agnascitur vel agnatus est. Dicitur & annatus seu adnatus. Abstractum nomen est παραφυὰς & παράφυσις, cujusmodi est stolo in arbore pullulãte ab radice: Exerc. 104. s. 3. Scalig. inutilis fruticatio Plinio: unde existunt παραφυάδες (avulsiones.)

παράλλαξις.

Parallaxis seu παραλλαγὴ primum est vicissitudo per vices mutatio seu alternatio 2. est variatio seu differentia apud Platonem in Politicis 3. eidem est aberratio, hallucinatio. Παραλλαγὴ nominum est ἐναλλαγὴ seu ἀλλοίωσις nominum.

In doctrina Astrologica Parallaxis est aberratio visus, diversitas aspectus. Aliâs evariatio. Definiunt arcu circuli per stellam aliquam datam ductointer verum & apparentem locum intercepto.

Parallaxis 1. est deprehensibilis παρατηρήσει id est, observatione seu Notabilis. Talem faciunt Luna quippe valdè propinqua terris & Meteora: vel non, ut est Veneris & Mercurii.

2. Parallaxis est vel secundum longitudinem, κατὰ μῆκος. Vel secundum latitudinem, κατὰ πλάτος. De his vide Astrologos, in primis Erasmum Reinoldum.

παραχρῆμα.

παραχρῆμα est statim, subitò, ex tempore, eo ipso tempore, in præsentia, παραχρέος, pro re nata, παραυτίκα, id est, è vestigio, protinus Marci 6. Interdũ per pleonasmũ conjunguntur παραχρῆμα & εὐθὺς, ut εὐθὺς παραχρῆμα, mox statim. Joach. Camerar. ad 4. cap. Johan. Dicitur 1. παραχρῆμα (subitò) 2. ἐκ τοῦ παραχρῆμα (Justin. ex continenti) 3. ἐν τῷ παραχ: in præsenti 4. εἰς τὸ παραχ: in præsens 5. τὸ παραχρῆμα, repentina, subiti casus.

πάρελκον.

Parelcon dicunt Grammatici cum particula aliqua redundat seu supervacanea est. Latinè supervacaneum. Exempla:

Et quis valet Quis: Et elegantiæ causa additum Parelcon est, inquit Gifanius. Sic & cur pro cur.

Est quoddam genus eorum qui se Philosophos appellari volunt. Cic. 2. Tuscul.

Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt. Hic redun-

dat se. Sententia enim est, primi esse volunt, Philosophi appellari volunt.

παρενθήκη, παρένθεσις: &c.

Vicinæ voces sunt, & sæpè idem declarant παρεμβολὴ, παρένθεσις, παρενθήκη interjectus, interjectio, interpositio. παρενθήκη accessio seu additamentum est generalius significatione. 1. In orationis cōpositione Parenthesis est brevis interpositio sine qua sententia integra esse potest, cujus nota ( ). Hæc sæpè usurpatur declarandi gratia: ac vocatur ἐξηγητικὴ, id est, disertam efficiens expositionem.

2. In Grammaticis Parenthesis est insertio vocalis in mediam dictionem non efficiens syllabam, ut πνείοντες pro πνέοντες, θεολογίη pro θεολογία Jonicè. παρέμπτωσις verò est insertio consonæ, ut πτόλις pro πόλις. Sed & à multis παρέμπτωσις generalius accipitur, ut dicatur hac vox affici, cùm crescit litera, sive sit vocalis sive consona. Ita igitur Parenthesin & Paremptosin illam priorem, quæ est Tryphonis, amplectitur.

παρενθήκη & παρεμβολὴ etiam usurpantur pro digressione Oratoria. Sic usus est Demosthenes.

παρεμβολὴ etiam vox est Geometrica. Significat enim immissionem datæ figuræ, ut trigoni, in datam, ut tetragonum, ut tetragoni spatia crescant, Schema autem non mutetur. Capella lib. 6. Est & vox castrensis ut verbum παρεμβάλλειν. Significat enim certam coordinationem diversi generis militum, seu interjectionem militum hujus generis inter milites alteri* generis, (ut cùm inter equites interiiciuntur expediti levisq; armaturę auxilii ergò.) Et Castrametationem seu tentoriorum ordinibus distinctorum collocationem.

παρέκβασις Grammatica alia est à παρενθέσει & παρεμπτώσει. Est enim tropus seu metaplasmus, qui fit cum syllabæ redundat, ut ἐπήτυμος per ἔτυμος.

παστὸς

παστὸς 1. est ἐπίπασμα τὸ παρὰ τῇ εὐνῇ, velum seu tegumentum, ut aulæum tori maritalis, cujus obtentu sacra connubialia, quæ Poëtis sunt Hymeneia, pudentiùs peraguntur.

2. Est ipse θάλαμος, thalamus. Est autem thalamus primo significatu cubiculum geniale seu nuptiale.

3. Athenæo est species betæ.

πεπηρωμένον.

θρυλλούμενον, hoc est, celebratum vulgòque jactatum illud Philosophi πεπηρωμένον est oblæsum, truncatum, detruncatum, seu quòd est interceptæ perfectionis seu affectæ. Ejus species est mutilatio (κολοβὸν) mancum. Fœminam quidam Philosophi secuti Aristotelem dixerunt animal πεπηρωμένον, marem læsum seu oblæsum seu imperfectum (vide de hac fœminæ πηρώσει Aristotel in 2. de Generat.) Sed hoc mihi non probatur, cùm fœmineitas sit perfectio quædam speciei, & ens ad generationem necessarium, non autem accessorium. Scal. ex. 131. multò minus istud, quod est apud Piccolomineum lib. uno de definition. minimè facetum pag. 227. Fœmina est monstrum monstrorum, quia est monstri fodina & antrum, unde prodeunt monstra. Temperanda quidem dura sententia castigatione: Sed hæc omninò tollenda.

Propriè dicti mutili Aristoteles facit 4. conditiones: 1. ut sit μεριστὸν divisibile in partes è quibus constet. Res enim fit mutila detractione alicujus partis integrantis.

2. Ut

2. Ut sit ὅλον (totum) id est tanto majus ipso mutilamine, ut idem adhuc secundum substantiam censeri possit. Itaq; binarius mutilus esse non potest.
3. Ut partes ejus habeant naturalem ordinem in ipso (toto). Itaq; ignis, aqua, nunquam dicuntur res mutilæ.
4. Ut sit continuum.

πήρωμα est mutilamen, κολόβωμα.

Mutilamen est id cujus ablatione res fit mutila. In mutilamine (quod sublatum est) requiruntur tria. 1. Ut non sit ex præcipuis partibus, & quibus remotis non maneat res, ut est caput vel cor in homine. 2. Ut non sit ubique existens, sed promineat in re, ut ansa & labium in urceo. 3. Ut toto sublato non possit rursus oriri naturaliter: qua de causa non dicimus cervos mutilos, cum deposuerunt cornua.

Ex his patet non propriè sed per translationem dici Cœnæ Dominicæ mutilationem, Enthymema, Syllogismum mutilatum, ἀντὶ συλλογισμοῦ ἐλλείποντος, sententiam decurtatam, mutilam.

πήρωσις est mutilatio & debilitatio corporis Plato 9. de Leg. πηρώσεις ἐκ τραυμάτων membrorum mutilationes per vulnera, ut vertit Serranus politissimus. Συνάδει Lambinus in vers. Ethic. Aristotelis.

πρίσμα.

Prismata à πρίων vel πρίσις, id est, serra, quasi serramenta, sunt scobs πρισῶν, id est, eorum quæ serra secantur.

Dioscorides translatè accepit pro lignorum carie, quæ quasi scobs est à vermibus erosa.

In Geometria Prisma accipitur modò generalius, modò ἰδιαίτερον seu strictiùs. Generaliùs ab Euclide pro figura solida planis comprehensa, quorum duo opposita sunt æqualia similia parallela, reliqua verò parallelogramma. Ita non solùm quævis columnæ lateratæ, sed & cuneoli, laterculi, asseres, & cubi prismata censentur. Propriè seu specialiter prisma (corpus serratile quidam verterunt) est corpus quinque planis circumclusum, quorum duo sunt triangula similia æqualia & parallela, reliqua verò parallelogramma, cujus formæ tecta alicubi sunt vulgaria domorũ

Cuneolus, σφηνίσκος, est corpus, in quo nullæ invicem æquantur dimensiones. Eam figuram referunt lateres nostri vulgares.

Latercul⁹, πλίνθος, est corpus, cujus longitudine & latitudine æqualibus minor est profunditas. Ex hujusmodi fiunt pavimenta tessellata.

Asser, δοκίς est corpus cujus latitudinem & crassitiem æqualem excedit longitudo, in cujusmodi figuram trabes dolari solent.

Cubus est corpus ex lateribus quadratis æqualibus constans. Aliàs tessera. Omnia hæc corpora sunt parallelepipeda.

προκείμενον.

προκείμενον in genere est propositum, id de quo agitur vel disputatur, suppositum. In specie est propositum exempli loco. Dicitur & sæpe ὑποκείμενον. Solemus dicere: Hoc est accipiendũ seu intelligendum κατὰ τὸ προκείμενον seu ὑποκείμενον. Vulgò secundùm suppositionem: aliter Secundùm subjectam seu propositam materiam. Ita accipiunt sententiæ διῃρημένως. Marci 9. Omnia posse fieri à credente dicitur πρὸς τὸ ὑποκείμενον, nimirum ea quæ effici Deus à piis velit.

προσωποληψίας.

προσωπολήπτης est injust⁹, qui dat æqualibus

bus

ipsum movetur, absque difficultate nulloque negotio circulus describitur. Sed si quis trigonum æquilaterum constituere, aut quadratum describere velit, magis varia indigebit κατασκευῇ seu delineatione, quia varii motus eam efficiunt.

P..ncipia generali nomine Hypotheses vocantur, ad differentiam primæ philosophiæ, quæ est ἀνυπόθετος, idest, nulla nititur hypothesi, & à qua reliquæ scientiæ suas petunt hypotheses.

Principia a. dividuntur in hypotheses speciali nomine sic dictas, quas & definitiones vocant per synecdochen, quia plerumque rerum subjectarum definitiones continent, Postulata (αἰτήματα), & notiones communes (ἀξιώματα.) Hæc tria principia plurimum inter se differunt.

Collatio principiorum Organica seu Aristotelica & Mathematica.

Aristoteles lib. 1. poster. analyt. cap. 8. Hypothesis est, cum auditor nullam cognitionem per se fidem facientem ejus, quod propositum est, habet, nihilominus tamen proponitur & conceditur ei qui talem protasin sumit; Sic cum definitur circulus esse figura plana unica linea contenta, quam περιφέρειαν vocamus, ad quam ab uno puncto quæ intra figuram sunt, omnes rectæ lineæ ductæ inter se sunt æquales: hanc propositionem communi notione, & absq; præceptore non ante intelleximus: simulatq; verò eam audierimus absq; demonstratione concedimus.

Postulatum Aristotelicum etsi id quod proponitur neq; secum afferat discipulus, neq; etiam concedit ei qui tale sumit, petitur tamen ab eo, ut principii loco ponatur, ut si postulet cum Copernico ad demonstrationem suam confirmandam, Terram moveri, cœlum seu Solem stare.

Axioma ei est, cum id quod proponitur discenti cognitum & perspectum est, & per se fidem facit: ut totum est majus sua parte.

Quod si quis verbo seu exteriore oratione velit negare, interiore oratione & mente negare non potest.

Sed Mathematici Hypotheses nominant, vel ipsas rerum subjectarum definitiones, vel ea, quæ etsi non sunt definitiones, tamen subjectū genus, de quo doctrinam instituere volunt, nudè & simpliciter, aperteq; explicant. Ut sit hypothesis, Mundum habere formam sphæricam: ponatur, Visum secundum lineam rectā fieri, seu ferri, ponatur: Punctum esse quod in partes dividi nequit.

Postulata nominant principia quæ per se nota & manifesta fiunt, nec indigent vel ulla demonstratione, vel intricata aut multiplici prolixave descriptione & delineatione, sed aperta simplici & facili facta delineatione fiunt nota, ita ut eorum finis sit ποίησις (effectio) ut petatur à puncto ad punctum rectam lineam ducere; q. d. Postulo à vobis, ut à puncto dato ad alterum punctum datum recta ducatur linea: quod factu est facillimum.

Axiomata sunt communes sententiæ, & animi notiones, quæ per se à quovis homine sano (qui benè affecti cerebri est) intelligi possunt, & harum finis est θεωρία (contemplatio) ut si æqualibus addas æqualia, quæ fiunt erunt æqualia: ignis est calidus.

Dissentiunt igitur Mathematici ab Aristotele præcipuè in postulato. Arist. enim vult postulata non per se nota esse, & demōstrari: Mathematici contrà

trà non demonstrari, sed cuivis esse obvia, ea ratione permoti, quod secundùm Aristotelem omnes propositiones, quibus propter demonstrationem assentimur, ad postulata referenda essent.

Porrò axiomata & postulata, aut sunt communia, aut sunt quarundam scientiarum propria, ut è postulatis: Numerum in minimas partes dividere, est proprium postulatū Arithmeticæ: Illud verò, omnem lineam rectam, finitam extendere, longioremq; reddere, proprium est Geometriæ. At quantitatem in infinitū augere utriq; commune est scientiæ postulatū, quia hoc & numero & magnitudini convenit.

Propositionū quæ principia sequuntur, quæq; demonstrari possunt & debent, aliæ sunt Theoremata, aliæ problemata.

Theorema hîc est propositio Mathematica, in qua aliquid, quod subjectæ rei inest, seu accidit, contemplandum datur. Ejus finis est θεωρία: nota χαρακτηριστική: Quod demonstrandum erat.

Problema hic est propositio Mathematica, in qua aliqua rei subjectæ affectio quæritur. Ejꝰ finis est actio, & ejus nota characteristica, Quod erat faciēdū.

Diserte dico Hic; quia problema quoq; appellatur (γενικώτερον) omne id quod proponitur: sive discendi, sciendive, sive faciendi causâ propositum sit.

Solent autem problemata per infinitum, enunciari; Theoremata per indicativum, Exemplum problem: Super datam lineam rectam finitam trigonum æquilaterum constituere. Exemplum Theorem; In omni trigono duo latera sunt majora tertio. Problemata solent præmitti, Theorematis, quia subjecta, quę priora sunt propriis affectionibus, in problematis inquiruntur.

Problemata & Theoremata quædā sunt sine casu & declinationis varietate, alia verò habent multos casus.

Casus dicitur hîc delineationis variapositio: cum puncta aut lineæ, aut superficies, aut corpora alio atq; alio modo transponuntur.

Problemata sunt vel ordinata, & determinata quæ simpliciter, & uniformiter fiunt; Vel inordinata, quæ variis infinitisq; modis variantur; Vel sunt media inter hæc, quæ multipliciter quidem fiunt, sed certo numero, ut Trigonum æquilaterum super data linea recta finita constituere uniformiter & simpliciter fit. Reliqua vero trigona, multipliciter. Sed datam rectam finitam secare in tres partes proportionales, cum ratio multiplex in infinitum procedat, fit infinitis modis. Theoremeta & Problemata quædam sunt simplicia, quædam composita.

Simplicia, quæ dividi nequeūt, vel quoad hypotheses, vel quoad conclusiones, hoc est, quibus est unicum datum, unicum quæsitum.

Composita, quæ habent hypotheses ex pluribus factas, aut etiam plures conclusiones, unica existente simplici hypothesi. Vel utramq; ex pluribus constantem, hoc est, in quibus, vel unicum est datum, & plura quæsita; Vel unicum quæsitum, & plura data; Vel plura data, & plura quæsita.

ETheorematis cōposita sunt vel Incomplexa vel complexa. Incomplexa dicuntur quæ cum composita sint non tamen in simplicia theoremata dividi possunt.

Complexa v. sunt, quæ in simplicia theoremata dividuntur. Exemplum prioris in 4. prop. l. 1. Euclid. In ea n. sunt data plura, & plura quæsita. Verùm datum non potest dividi in simplicia, ut alia conficiantur theoremata. Exemplū post: est, Trigona & parallelo-

gram-

Digitized by Google

mum bonum practicum docet. Hic doctrina continet generales seu universales agendi rationes: πρᾶξις verò seu εὐπραξία in singularibus rebus cernitur.

Præterea Aristoteles lib. 6. Eth. cap. 7. ponit civilem seu Politicam scientiā (ita n. nominat) pro prudētia, vel saltē aliqua ej⁹ specie. Ubi voce scientiæ videtur abuti. Nam ἐπιστήμη propriè de habitibus purè theoricis dicitur. Sed & Jurisconsultus hanc κατάχρησιν non refugit.

Eidem Philosopho Ethic. 5. Virtus Politica est justitia propter ὑπεροχήν. Politica à parte præcipua vocatur à Platone Νομοθετική, legumlatrix (qua voce etiam usus est Arist.) quia legibus civitates fundantur & gubernantur.



Νομοθ:) ratio legum condendarum.

Βουλευ:) Consiliaria, deliberativa: Cum, quid agendum sit, consultatur.

Δικας: Judiciaria, ratio moderandorum judiciorum.

Ex his partibus legum conditricem seu nomotheticam, & consiliariam Plato καθ' ὑπεροχὴν, quia in civitate regenda, instituenda, conservanda primas obtineat, civiles seu Politicas, ut & Regias) de quo antè attigi) vocavit, Sed Aristoteles nomine communi vocat propriè civilem seu Politicam copulatam ex consiliaria & judiciaria, in quas etiam ipsam partitur, secutus, ut videtur, vulgum, quippe quod cum judices & consiliarios solos πράττειν, & in negotiis reipublicæ versari videat, eos solos ferè hac de causa Politicorum nomine dignetur. De quo vide paulò post vocem Politicus.

Plato consiliariam separat à judiciaria, & conjungit cum legumlatrice. Aristoteles contrà disjungit eam à legumlatrice, & copulat cum judiciaria. Vide A. Montec. in præfat. in Polit. libr. Aristot. pag. 18.

Politicus.

I. Aristoteli secuto Platonem in fine 10 ad Nicom. Politici viri sunt viri ἔμπειροι, qui in Republica sine doctrina versantur (qui non sunt ei virtuti civiliumq; rerum idonei magistri) Ita vulgò dicūtur Politici & πρακτικοί, qui in particularibus negotiis versantur (ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, quorum est πρᾶξις.) Atq; inde Practici dici possunt. Juris-consultus noster D. Hermannus Vultejus, in conventu quodam nostro humano & erudito, rotundè & artificiosè Politicum definiebat καλοκαγαθίᾳ & πρακτικῇ ἐμπειρίᾳ (studio virtutis seu honesti & peritia rerum civilium) ut sit Vir bonus, rerum gerendarum peritus.

Montecatino doctissimo Politicus est qui civitatem affectus & actiones hominum singularium quatenus horum unusquisque est pars civitatis ad benè vivendum considerat. Per civitatem intellige etiam principia partes & affectiones ejus.

Συντόμως sic dici potuisset: Politicus est Philosophus Practicus considerans

rans societatem civilem (κοινωνίαν πολιτικὴν seu civitatem) Apparens tantùm inter has descriptiones mihi pugna est.

Politicus enim *consideratur* vel *Practicè* vel *theoricè.*

Practicè, ut definitus est à jam antè laudato D. Vulteio. *Theoricè* vero, ut descriptus est á Montecatino ex subjecto & fine. Vide vocem *Civilis* & quæ ibi habes cum his confer.

II. Politicus interdum dicitur, qui est in civili communitate, vel qui est socialis. Huic opponitur Ἀπολίτευτος & Ἄπολις, incivilis, expers civilis societatis, qui est sine civitate, qui à civili & humana societate est alienus, ut Timon.

Jurisconsulti eum describunt, cui civitas, & quæ sunt Juris civilis, ademta sunt, ut testari, heredes scribi, habere filios in potestate &c. (quæ Juris gentium sunt ut contractus relicta eis sunt)

Loquuntur autem non de actu primo seu natura, sed de actu secundo seu statu ac fortuna, id est, Apolidas intelligunt respectu certæ cujusdam civitatis, ut Romanorum, non γενικῶς civitatis conjunctionisvè propriè civilis, ac multò minùs communitatis universè hominum inter se.

Ἀπόλιδες sunt à principio
- Interno. Sponte sua, natura, sola origine.
- Externo. Fortuna, violentia, seu fortunæ vi & calamitate aliqua.

Solo ortu ἄπολις fit, cum materiæ vel efficientis facultatis vitio aut excellentia temperamentum corporis, & corporis temperamento ingenium, ipseq; tandem homo, aut longè deterior, aut multò præstantior cæteris hominibus existit. Illum beluam, id est, similem beluæ seu feræ appellant, quales in regionibus septentrionalibus inveniuntur. Hunc verò Heroem ac divinum virum.

Ἄπολις, homine deterior, Homero est ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος.

Ἀφρήτωρ, est, qui est sine phratria, i.e. tribu seu de nulla parte tribuum (ternæ enim phratriæ Athenis singulas conficiebant tribus) Talis pro cive non habetur, nec est compos eorum, quæ juris & societatis seu communionis sunt civilis.

Ἀθέμιστος, qui caret jure, qui est sine lege: à voce Themis, quæ significat Deam legum præsidem. Ἀνέστιος, qui est sine sede & lare: à voce ἑστία, quæ significat Vestam terræ & ignis Deam.

Platoni etiam philosophi sunt ἀπολίτευτοι, quia non sunt πολιτικοὶ

Nota hic diligenter indoctos Græcæ linguæ opponere πολιτικῷ ἀπολιτικόν. Ita non loquuntur Græci, sed ἀπολίτευτον. Sic non dicunt ἀμεθοδικόν, sed ἀμέθοδον. Nec rectè dicitur ἀπολιτικός. Tu pro eo dices. Expers civitatis.

At πόλις ἄπολις probum est, & quidem oxymoron (ὀξύμωρον,) id est fatuè acuta oratio pro civitate eversa.

Qualia sunt τάφος ἄταφος (Insepulta sepultura) id est non legi binè sepultum cadaver: μυσικὸς ἄμυσος (musicus mutus) id est musicus voce inepta vel humili: & hæc apud Aristotelem, ἄχορδον μέλος, ἄλυρον μέλος: & istud latinorum, Doctor indoctus, seu illiteratus, id est Doctor non multa doctrina præditus.

3. Ultimò Politicus per κατάχρησιν accipitur pro δημαγωγῷ, viro improbo, qui ad gratiam omnia facit & loquitur, ut populi κόλαξ.

Politicum.

Politicum est nomen Commune πρὸς ἕν (vulgò vocant Analogum) vel ambiguum: magis enim civile animal est homo, quàm apes vel formicæ & reliqua gregalia animalia. Ac ita nominatur aliquid vel *propriè* vel *ex translatione & similitudine*. Et interdum de actu primo seu φύσει, interdum de actu secundo seu exercitio intelligitur.

Explicatio.

Politicum accipitur multis modis:

1. *Propriè*, ut refertur ad certam quandam inter homines vitæ communionem, quæ civilis communitas seu communio & civitas verè propriéq; nominatur.
2. *Generaliùs* ut refertur ad communitatem ac societatem universam sive hominum interse, sive aliorum animalium ejusdem generis, quæ natura finxit idonea ad vitam simul degendam (uno verbo animantia congregabilia, συναγελαστικά. vel animantes congreges, ut loquitur Apulejus. Sic Theodor. Zuing. in Tabul. Ethic. pag. 287. Bruta quæ sunt generis atq;, ut ita dicam, gentis ejusdem, naturalem colunt societatem: & canis Iberus canem Indam amat (Vara Vibiam sequitur, ὅμοιος ὁμοίῳ ἕπεται.), quod proverbiale est.

Ex primo modo, soli homines Politici seu civiles (id est, ad veras civitates apti nati) nominantur & Philopolitæ.

Ex secundo modo, non solùm homines, sed & apes & grues & formicæ aliaq; quædam animalia Politica seu civilia nominantur, idest, sociabilia.

Primum modum tantùm usurparunt Jurisconsulti. Secundum non agnoscunt. Sed hoc aliquando utuntur Philosophi. Primo etiam modo Aristoteles 5. Ethic. Nicom. accepit πολιτικὸς pro κοινωνικῷ. Ita vita Politica, id est, πρακτική, est vita κοινωνική (socialis) eidem Philosopho. Eidem lib. 1. Polit. tex. 20. Homo est natura πολιτικὸν ζῶον, id est, κοινωνητικόν.

Tertio quodam modo ac penè medio inter duos priores ab Aristotele Politicum accipitur. lib. met. primi de historia animalium, ut civilia animalia sint, quæ in commune laborant, & unum commune opus faciunt, quod communiter ad omnia pertineat, ita ut opponatur ei incivile illud, quod dicitur σποραδικὸν quasi sparsum & separatum. Sicut Gregali (ἀγελαίῳ) opponitur Solitarium seu solivagum (μοναδικόν.) Ut igitur vita Politica secundùm priores modos duos definitur vitæ communitate: Sic ex tertio modo operis & laboris cujusdam societate.

Ex primo modo Politicum animal est, quod ad propriè dictam civitatem natum est ut in ea & secundum ejus rationem vivat. Ejusmodi sunt soli homines. Atq; ii etsi pro diversitate affectuum aliquando solitudine aliquando conjunctione communioneq; hominum gaudent: natura tamen sua sunt congregabiles. Illud actus est, hoc potentiæ.

Animantes sunt congregabiles vel Solitariæ. Congr. sunt civiles, vel inciviles. Civil. sub Duce degentes vel nullo imperio subditæ. Incivil. Græcis sunt ἀπολίτευτοι.

Ultimò Politicum accipiturpro eo quod est Ad cives pertinens. Sic Plato.

Poli-

Politica vita.

Politica vita est, quæ in civitate vivitur. Politicæ seu civilis vitæ partes duæ sunt, pax & bellum seu functiones atq; actiones urbanæ togatæque vel bellicæ. Aristot. in Polit. πολιτικὸς βίος γίνεται διῃρημένος (divisa est) εἰς τὴν πολεμικὴν χρείαν καὶ τὴν εἰρηνικήν. Estq; universalis vel particularis.

Universalis est omnium hominum inter se, quatenus omnes sunt Cosmici, id est, mundani quidam cives sub uno eodemque principe ac moderatore Deo O. M.

Particularis est eorum hominum, qui sunt ejusdem Reipublicæ cives.

Opponitur vita politica *monasticæ*, ut cœnobitarum: Interdum *Scholasticæ*; philosophicæ, religiosæ, interdum œconomicæ seu χρηματιστικῇ, id est, pecuniariæ (Græci dicunt βίος οἰκονομικὸς ἢ χρηματιστικὸς qui spectat χρήματα, i.e. pecunias) qualis est parentum & liberorũ dominorũ & servorum: *Interdum Theoreticæ*, cujus actio est theoria) i. e. quæ in contemplatione & cognitione rerũ versatur quæ Lambini periphrasis est. *Interdũ voluptuariæ* seu Epicureæ (Græci dicunt βίος ἀπολαυστικὸς ἢ ἡδονικός, vita quæ in perfruendis voluptatibus consumitur) vide 1. de moribus Aristot. c. 5.

Politicum Imperium πολιτικὴ ἀρχή, πολιτεία.

Politicum Imperium, ut πολιτεία, accipitur 1. fusissime pro quovis civitatis statu sive recto, sive depravato, sive unus, sive multi, sive omnes gubernent. Sic in 8. Nicom. Ethic. & 1. Pol. Aristot. tex. 49 accipitur. 2. Augustè pro statu eo, qui propriè Respublica & alio nomine τιμοκρατία, potestas ex censu, appellatur. In eodem 8. Eth. 3. Sumitur medio quodam modo pro omni recto statu, in quo multi gubernant, id est, tam pro republica quàm pro potestate optimatum, vel omnino pro liberis civitatibus, ubi nemo unus simpliciter sit Dominus. In his (civitatibus) vel alternant, id est cõmutantur vicissim, quæ præsunt & subsunt: Aristot. 1. polit. text. 141. vel continuant majores magistratus qui semel eas susceperunt: quod fit nostra ætate Venetiis.

Politica seu civilis adoratio opponitur religiosæ: Illa hominum; hæc verò Dei est.

πολυγαμία.

Polygamia est conjugii multiplicatio.

Polygamiæ species:
1. Cum uno eodemque tempore plures uxores ducuntur. Sic Lamechus fuit Polygamus, & quidem hæc Polygamia creditur à Lamecho cœpisse.
2. Cum quis soluto rite matrimonio aliam ducit. Sic Polygamus dicitur, qui plures habet uxores successivè.

Opponitur Polygamiæ tum ἀγαμία, tum μονογαμία. Theod. Bez. tract. de Polyg. cont. Ochinum.

πραγματικός.

Πραγματικοὶ sunt negotiorum civilium gestores, rerum forensium actores, in causis agendis ministri, Iuris interpretes Quintilian.

πραγματικὴ στάσις Oratoribus est causæ constitutio negotialis.

πρᾶξις.

Πρᾶξις communiori significato est actus potentiæ alicujus dirigibilis,ut(Scotus loquitur) ab ipso intellectu: Indiget hæc regula scientiæ, artis, prudentiæ. Specialiore,est operatio ethica, quæ libera est,id est potest fieri vel non fieri. Alia est à ποίησις (factione) Quod hinc etiam patet, φ εὖ πράττειν est rem suam benè gerere: εὖ ποιεῖν verò beneficium in aliquem conferre seu ponere. Id quod annotavit contra Perionium Lambinus. πρακτικὸν est operativum,vim habens τοῦ πράττειν. Πρακτικὴ γένεσις à Zuingero opponitur θεωρητικῇ.

Externa operatio seu praxis in theoricis ea est, quæ vel viva voce vel scriptis mentis suæ sensa aperit, aliosq; docet, vel per se, vel aliorum imitatione. Hæc Genesis θεωρητικὴ dicitur. At in practicis consilio capto ad actionem accedit, quacunq; tandé ratione finem suum commodiùs se assequi posse speraverit, eaque propter γένεσις πρακτικὴ dicitur.

προαίρεσις.

Προαίρεσις est electio, prælectio: principium actionum humanarum, id est, earum quę sunt in hominis facultate. Ea agimus cum προαιρέσει seu electione, quæ antecessit deliberatio. Ea verò sine proæresi seu electione, quæ non antecessit deliberatio. Ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα. Aristot. 5. Et hic.

προαύλιον.

Προαύλιον à πρὸ (ante) & αὐλεῖν (tibia canere) est præcentio in cantu tibiæ.

Per Metaphoram accipitur pro exordio dicentis. Barbaris est præambulum.

A voce αὐλὴ est idem φ area ante aulam.

προαλλεσθαι.

Resilire est, ut mammæ dicuntur προαλλεσθαι resilire, cum sterilescunt. Transfertur & ad alia, ut resilire ab instituto. Cic. & Jurec. Resilire dicitur is,qui non statpactis conventis. Utitur hoc verbo Plato in Phædone.

Ἀποπηδᾷν τοῦ λόγου est à sermone desilire, id est desultoria levitate vagari, neq; finem disputationis exspectare. Plato in Theæteto.

προοίμιον.

Προοίμιον 1. est præcentio citharædorum.

2. Exordium orationis, quod Rhetores dividunt in rectum & obiquum. Ita dicitur: προοίμιον μεῖζον τοῦ δέοντος, exordium majus quam par est: quod in vitio ponitur.

3 Procemia dicũtur præfationes & quæ scriptis edendis disciplinisvè tradendis præmitũtur τὰ περὶ τέχνης Platoni.

Poëticum est Juvenalis: proœmia rixæ, id est, principia.

Προοιμιάζεσθαι Aristoteli in Ret: est longa exordia operi affingere & ambages, longis exordiis & ambagib⁹ uti. Virgilius longa exorsa dicit:

——— *Nec te carmine ficto*
Atq; per ambages & longa exorsa tenebo.
2. Georg.

Vide Victor: in 3. Rhetor. Aristot. Procemiari deponens pro exordiri, προοιμιᾶν, Plinij Epistolici est. Græcus etiam dicit προοιμιάζειν.

πάρεργον.

πάρεργον dicitur quod pro opere est, φ ipsum ἔργον antecedit tanquam προαύλιον (quod Barbari vocant præludium in tibiis) ἔργον est ipsum opus, πάρεργον, quod est præter & extra opus ut non sit necessarium. περίεργον φ supra opus est, nimis accuratum affectatumve & supervacaneum. περιεργία est inepta affectatio Scaligero περιττὸν, quod superest.

πρὸς.

... ἄλλον ζῆν Aristoteli lib 1. Rhetoric. & lib. 4. Ethic. est alterius arbitratu vivere, alieno more vivere.

Interdum πρὸς est idem quod Ad, In, Erga, Contra. Aristoteles lib. 9. cap. 3. Ethic. Ἀλλοιότερον εἶναι πρὸς αὐτὸν, alio (non eodem) esse in eum animo.

Ἀλλοτριώτερον aliud est quam ἀλλοιότερον. Significat enim alieniorem seu eum qui est alieniore animo. Alius opponitur eidem: Alienus suo & propinquo & necessario. Nec Latine dicimus, alieno esse animo in aliquem, sed ab aliquo. Lambin. in annotationibus: Alieno animo is dicitur esse ab altero, qui alterum non amat, qui ab ejus consuetudine abhorret. Alio autem animo est is, qui animum suum immutavit pristinum, sive olim oderit & nunc amet, sive olim amaverit & nunc odio prosequatur. Sed hæc παρέργως & obiter: non enim πρὸς θέσιν pertinent.

Aristoteles cap. 4. lib. eodem τὰ φιλικὰ πρὸς τοὺς φίλους, Ea (studia & officia) quæ in amicitia ab amicis in amicos conferri solent. Μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπόνθασι, Matres erga filios affectæ sunt. Eucli. 9. proposit. tertij Δεῖ δὲ vel ἀγαγεῖν γραμμὴν ἀπὸ σημείου πρὸς κύκλον est ducere lineam à puncto ad peripheriam. Circulus enim hic ponitur ἀκύρως pro peripheria.

προσαγωγία.

Προσαγωγία 1. general: est adductio: προσαγωγεὺς adductor. Per hunc (Christũ ut εἰρηνοποιὸν & αὐτοδοφόρον seu conciliatorem) fide προσαγωγὴν id est admissionem seu adductionem habemus, id est adducti fuimus in gratiam (hoc est pacem cum Deo) inquit Ro. 5. Apost.

2. Specialiter προσαγωγία est instrumentum fabrorum, ὃ προσαγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα, i.e. quo adhibito fabri ligna curva in recta aptãt ac formant. Suidas. Ita accipitur in Mechanica seu τεκτονικῇ. Sic Christus fide ut organo directorio nos idoneos efficit ad se sequendum, fide corda nostra prava dirigit, purgat, renovat.

προσβασκάνιον.

Προσβασκάνιον est amuletum adversus fascinum. Plutarchus dicit res turpes seu turpiculas adhiberi adversus fascinum, ut harum intuitu eludatur malus oculus, qui dicitur eleganter πονηρὸς ὀφθαλμὸς (sic loquitur etiam Evangelista.) Nec dubium est quin eandẽ ob causam apud Romanos olim moris fuerit pudenda pro amuletis collo puerorũ suspendere. Varr. d ll. lib. 6. Vide etiam Turneb lib. 9. c. 28. Theocr. in 6. Idyll. Ne fascino læderer ter ipse in gremium meum inspui. τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

προσδιορισμὸς, *Determinatio.*

Determinatio est
- Simpliciter ἀπλῶς, cum prædicatum de subjecto dicitur, quaten ipsum, ut dormire & vigilare de animali quia animal, mobile de naturali corpore, quia naturale.
- Ἀιτιολογικὸν in limitante prædicatum exprimitur causæ quædam ratio.
  - Genus
  - Pars
  - accidens

  Subjecti.

Genus) si proprium generis de specie prædicetur propter genus, Homo dormit, quia est animal.

Pars) Animal ambulat, quia est præditum pedibus.

Accidens) Corpus est aspectabile, quia est coloratum.

προσευκτικόν.

προσευκτικόν carmen προσευκτικὸς λόγος, vel ὕμνος est, quo petitur aliquid fieri aut esse. Latini Votivum vocant. Ἀπευκτικόν, quo petitur aliquid non fieri aut non esse. Huic subiicitur ἀποτρόπαιον quod ad avertendam averruncandamve infensi Numinis iram comparatur. Genus horum omnium est κλητικόν, id est, Invocatorium.

προσκήνιον.

Proscenium 1. Propriè est vestibulum vel aulæum (παραπέτασμα) scenæ partisve theatri, seu est locus & pulpitū ante scenam, in quod actores prodeunt & in quo consistunt spectaculum sui præbituri. Solet autem tegi velis & aulæis, ne apparatus scenicus antea videatur à spectatoribus, quàm agi incipiat, ut oblata repentè illius species magis animos oculosq; permoveat ac perfundat, quæ actoribus prodeuntibus colluſtur & removentur. Scena verò est obtecta illa pars, unde actores prodire solent.

2. Est meretrix, quæ faciem quidem habet urbanam & lepidam, vestibusque aureis & versicoloribus ornatam, sed nuda est turpissima. Athenæus lib. 13.

3. Lucretius Venerum Proscenia vocat earum sordes ac nævos corporis, quos illæ vestibus & fuco tegunt, nec tamen ita tegunt, quin miseri amatores rationis tanquam levato

velo cognoscere ac deprehendere possint, ut ait in Parergorum lib. 1. literarii Senatus ferè Princeps Scipio Gentilis.

προσκυνέω.

τῷ προσκυνέω (adoro, humiliter veneror, ad pedes alterius me abiicio, abiicio me coram aliquo) modò Dativus, modò Accusativus additur.

Plato 3. Polit. προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν, veneremur scilicet ipsum.

Sic Matth. 4. Dominum Deum tuum προσκυνήσεις: Dativus Matth. 2.

Putatur autem verbum hoc ductum à canibus adulantibus.

προσωνομασία: *Adnominatio.*

Prosonomasia est 1. cum verbo additur casus ab eo deductus, ut Curro cursum, species παρηγμένου, quod σχῆμα faciunt Orationis. Hujus exemplum est in Marco Evangelista cap. 2. ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ad verbum Detegulaverunt tegulas, detexerunt tectum, id est, nudaverunt tectum. 2. est idem quod Paronomasia, vocum affinitas, ut si eleganter dicas de manifesto mendacio: Hoc neq; scriptum neq; pictum est unquam. Interdum facit ad gratiam, & jucunditatem, interdū ad odium & inculcationem rei molestæ. Exempla in Paulo sunt φθόνου φόνου: ἀσυνέτους ἀσυνθέτους, ad Rom. cap. 1. Sic πορνείᾳ πονηρίᾳ, ibidem: κρίνεις κατακρίνεις, cap. 2. ὑπερφρονεῖν φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, cap. 12. ἐισερχόμενον ἐξερχόμενον, cap. 16. Matth. Sæpe enim hoc Schema habet ἐναντιώσεις. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, ad Tim. cap. 3. Voluptatum amantes potiùs, quàm amantes Dei.

παράβασις.

παράβασις est vox Politica Oratoria, & cer-

comica. In Politicis significat transgressionem, errorem, delictum, παράπτωμα. Sic & Paulus ad Galat. 3. accipit. In Comœdiis dicitur, cum chorus ad populum conversus aliquid extra fabulæ argumentum loquitur, (quod vocatur Epeisodion), vel cum chori loco digressio fit, in qua aliorum Poëtarum dicta scriptave sine maleficii crimine aut pœnæ suspicione irridentur, quod est apud Scaligerum lib. 1. Poetices Pag. 30. Oratoria παράβασις dicitur sæpiùs παρέκβασις, egressus seu digressio à proposito, unde oratio παραβατική vocatur: Dicitur & excessus Ethicus, id est vitiosus παρέκβασις; & depravationes formarum reipublicæ παρεκβάσεις ab Aristotele. Sicut & degenerationes Physicæ. Et παρεκβάσεις Naturæ Philosopho sunt monstra. Scaliger vertit excursus, quasi πάρεργα, prævaricationes naturæ exer. 131. sect. 4. Excursus tales transmittunt metam mediocritatis.

Ad παρεκβάσεις naturæ referuntur nonnulla παραφυόμενα, ut digitus παραφυόμενος ἢ παράφυτος sextus nimirum, qui ἐκ περιττοῦ (ex superfluitate) quibusdam agnascitur vel agnatus est. Dicitur & annatus seu adnatus. Abstractum nomen est παραφυὰς & παράφυσις, cujusmodi est stolo in arbore pullulāte ab radice: Exerc. 104. f. 3. Scalig. inutilis fruticatio Plinio: unde existunt παρασπάδες (avulsiones.)

παράλλαξις.

Parallaxis seu παραλλαγὴ primum est vicissitudo per vices mutatio seu alternatio 2. est variatio seu differentia apud Platonem in Politicis 3. eidem est aberratio, hallucinatio. Παραλλαγὴ hominum est ἐναλλαγὴ seu ἀλλοίωσις hominum.

In doctrina Astrologica Parallaxis est aberratio visus, diversitas aspectus. Aliâs evariatio. Definiunt arcu circuli per stellam aliquam datam ducto inter verum & apparentem locum intercepto.

Parallaxis 1. est deprӕhensibilis παρατηρήσει id est, observatione seu Notabilis. Talem faciunt Luna quippe valdè propinqua terris & Meteora: vel non, ut est Veneris & Mercurii.

2. Parallaxis est vel secundum longitudinem, κατὰ μῆκος. Vel secundum latitudinem, κατὰ πλάτος. De his vide Astrologos, in primis Erasmum Reinoldum.

παραχρῆμα.

παραχρῆμα est statim, subitò, ex tempore, eo ipso tempore, in præsentia, παραχρέος, pro re nata, παραυτίκα, id est, è vestigio, protinus Marci 6. Interdū per pleonasmū conjunguntur παραχρῆμα & εὐθὺς, ut εὐθὺς παραχρῆμα, mox statim. Joach. Camerar. ad 4. cap. Johan. Dicitur 1. παραχρῆμα (subitò) 2. ἐκ τοῦ παραχρῆμα (Justin. ex continenti) 3. ἐν τῷ παραχ: in præsenti 4. εἰς τὸ παραχ: in præsens 5. τὸ παραχρῆμα, repentina, subiti casus.

πάρελκον.

Parelcon dicunt Grammatici cum particula aliqua redundat seu supervacanea est. Latinè supervacaneum. Exempla:

Et quis valet Quis: Et elegantiæ causa additum Parelcon est, inquit Gifanius. Sic & cur pro cūr.

Est quoddam genus eorum qui se Philosophos appellari volunt. Cic. 2. Tuscul.

Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt. Hic redun-

datse. Sententia enim est, primi esse volunt, Philosophi appellari volunt.

παρενθήκη, παρένθεσις: &c.

Vicinæ voces sunt, & sæpè idem declarant παρεμβολή, παρένθεσις, παρενθήκη, interjectus, interjectio, interpositio. παρενθήκη accessio seu additamentum est generalius significatione. 1. In orationis cōpositione Parenthesis est brevis interpositio sine qua sententia integra esse potest, cujus nota (). Hæc sæpè usurpatur declarandi gratia: ac vocatur ἐξηγητική, id est, disertam efficiens expositionem.

2. In Grammaticis Parenthesis est insertio vocalis in mediam dictionem non efficiens syllabam, ut πνείοντες pro πνέοντες, θεολογία pro θεολογίᾳ Jonicè. παρέμπτωσις verò est insertio consonæ, ut πτόλις pro πόλις. Sed & à multis παρέμπτωσις generalius accipitur, ut dicatur hac vox affici, cùm crescit litera, sive sit vocalis sive consona. Ita igitur Parenthesin & Paremptosin illam priorem, quæ est Tryphonis, amplectitur.

παρενθήκη & παρεμβολή etiam usurpantur pro digressione Oratoria. Sic usus est Demosthenes.

παρεμβολή etiam vox est Geometrica. Significat enim immissionem datæ figuræ, ut trigoni, in datam, ut tetragonum, ut tetragoni spatia crescant, Schema autem non mutetur. Capella lib. 6. Est & vox castrensis ut verbum παρεμβάλλειν. Significat enim certam coordinationem diversi generis militum, seu interjectionem militum hujus generis inter milites alteri* generis, (ut cum inter equites interiiciuntur expediti levisq; armaturę auxilii ergò.) Et Castrametationem seu tentoriorum ordinibus distinctorum collocationem.

παρέκβασις Grammatica alia est à παρενθέσει & παρεμπτώσει. Est enim tropus seu metaplasmus, qui fit cum syllaba redundat, ut ἐπήτυμος per ἔτυμος.

παστὸς

παστὸς 1. est ἐπίπασμα παρὰ τῇ εὐνῇ, velum seu tegumentum, ut aulæum tori maritalis, cujus obtentu sacra connubialia, quæ Poëtis sunt Hymenæia, pudentiùs peraguntur.

2. Est ipse θάλαμος, thalamus. Est autem thalamus primo significatu cubiculum geniale seu nuptiale.

3. Athenæo est species betæ.

πεπηρωμένον.

Θρυλλούμενον, hoc est, celebratum vulgoque jactatum illud Philosophi πεπηρωμένον est oblæsum, truncatum, detruncatum, seu quod est interceptæ perfectionis seu affectæ. Ejus species est mutilatio (κολοβὸν) mancum. Fœminam quidam Philosophi secuti Aristotelem dixerunt animal πεπηρωμένον, marem læsum seu oblæsum seu imperfectum (vide de hac fœminæ πηρώσει Aristotel in 2. de Generat.) Sed hoc mihi non probatur, cùm fœmineitas sit perfectio quædam speciei, & ens ad generationem necessarium, non autem accessorium. Scal. ex. 131. multò minus istud, quod est apud Piccolomineum lib. uno de definition. minimè facetum pag. 227. Fœmina est monstrum monstrorum, quia est monstri fodina & antrum, unde prodeunt monstra. Temperanda quidem dura sententia castigatione: Sed hæc omninò tollenda.

Propriè dicti mutili Aristoteles facit 4. conditiones: 1 ut sit μεριστὸν divisibile in partes è quibus constet. Res enim fit mutila detractione alicujus partis integrantis.

2. Ut

2. Ut sit ὅλον (totum) id est tanto majus ipso mutilamine, ut idem adhuc secundum substantiam censeri possit. Itaq; binatius mutilus esse non potest.

3. Ut partes ejus habeant naturalem ordinem in ipso (toto). Itaq; ignis, aqua, nunquam dicuntur res mutilæ.

4. Ut sit continuum.

πήρωμα est mutilamen, κολόβωμα.

Mutilamen est id cujus ablatione res fit mutila. In mutilamine (quod sublatum est) requiruntur tria. 1. Ut non sit ex præcipuis partibus, & quibus remotis non maneat res, ut est caput vel cor in homine. 2. Ut non sit ubique existens, sed promineat in re, ut ansa & labium in urceo. 3. Ut toto sublato non possit rursus oriri naturaliter: qua de causa non dicimus cervos mutilos, cum deposuerunt cornua.

Ex his patet non propriè sed per translationem dici Cœnæ Dominicæ mutilationem, Enthymema, Syllogismum mutilatum, ἀντὶ συλλογισμοῦ ἐλλείποντος, sententiam decurtatam, mutilam.

πήρωσις est mutilatio & debilitatio corporis Plato 9. de Leg. πηρώσεις ἐκ τραυμάτων membrorum mutilationes per vulnera, ut vertit Serranus politissimus Συνάδει Lambinus in vers. Ethic Aristotelis.

πρίσμα[illegible].

Prismata à πρίων vel πρίσις, id est, serra, quasi serramenta, sunt scobs πριστῶν, id est, eorum quæ serra secantur.

Dioscorides translatè accepit pro lignorum carie, quæ quasi scobs est à vermibus erosa.

In Geometria Prisma accipitur modò generalius, modò ἰδιαίτερον seu strictiùs. Generaliùs ab Euclide pro figura solida planis comprehensa, quorum duo opposita sunt æqualia similia parallela, reliqua verò parallelogramma. Ita non solùm quævis columnæ lateratæ, sed & cuneoli, laterculi, asseres, & cubi prismata censentur. Propriè seu specialiter prisma (corpus serratile quidam verterunt) est corpus quinque planis circumclusum, quorum duo sunt triangula similia æqualia & parallela, reliqua verò parallelogramma, cujus formæ tecta alicubi sunt vulgaria domorū

Cuneolus, σφηνίσκος, est corpus, in quo nullæ invicem æquantur dimensiones. Eam figuram referunt lateres nostri vulgares.

Latercul⁹, πλινθος, est corpus, cujus longitudine & latitudine æqualibus minor est profunditas. Ex hujusmodi fiunt pavimenta tessellata.

Asser, δοκὶς est corpus cujus latitudinem & crassitiem æqualem excedit longitudo, in cujusmodi figuram trabes dolari solent.

Cubus est corpus ex lateribus quadratis æqualibus constans. Aliâs tessera. Omnia hæc corpora sunt parallelepipeda.

προκείμενον.

προκείμενον in genere est propositum, id de quo agitur vel disputatur, suppositum. In specie est propositum exempli loco. Dicitur & sæpe ὑποκείμενον. Solemus dicere: Hoc est accipiendū seu intelligendum κατὰ τὸ προκείμενον seu ὑποκείμενον. Vulgò secundùm suppositionem: aliter Secundùm subjectam seu propositam materiam. Ita accipiunt sententiæ λεγομένον. Marci 9. Omnia posse fieri à credente dicitur πρὸς τὸ ὑποκείμενον, nimirum ea quæ effici Deus à piis velit.

προσωποληπτης.

προσωποληπτης est injust⁹, qui dat æqualibus

inæqualia vel inæqualibus æqualia. *aut propter causas externas, quæ non sunt conditio*, propter quā dandū vel non dandum sit æquale premium vel æqualis poena id est, cum neglecto causarum merito judicium de præmio vel poena ad personarum circumstantiam à causa prorsus alienam inflectitur (seu cum in judicio negligitur causa communis utriusque Partis & spectantur alia ad causam non pertinentia: ut alterius partis opes, divitiæ, potentia, honores, amicitia) *aut contra* conventionem ac obligationem hoc est, si, cum jure teneatur æqualibus dare æqualia, det tamen inæqualia.

Explicatio.

Cum neglecto caus.] ut cum dat veniam corvis, vexat censura columbas: si judex potentem mœchum absolvit, tenuis verò fortunæ hominem ob idem scelus supplicio afficiat.

Alterius partis opes &c.) Hæc προσωπα Deus in salvandis non spectat, sed requirit fidem & conversionem & eam habentibus dat, non habentibus non dat vitam æternam. Deus justissimè judicat, abest à judicii inæqualitate longissimè, nullius personæ conditionem tanti facit, ut à justitiæ suę norma discedat, irascitur omnibus peccantibus, utq; nulli sonti parcit, ita nullum debito defraudat præmio.

Cum indebita dona liberalitate largitoris distribuuntur nulla lege imponitur æqualitas, sed ipsa voluntas datoris sui juris & arbitrii est.

Contra conventionē initam] Accusatur igitur malè pater familias injustitiæ, quod pro inæquali labore æqualem reddat mercedem Matth. 20. Pares fecisti &c. id est, tantum das illis quantum nobis, quod iniquum videtur: plus n. laboravimus & longiore tempore fuimus in vinea. Hic purgat se pater familias à promisso denario in facta conventione Amice &c. Nonnæ &c. additq;, sibi ut Domino suorum bonorum licere facere, quæ vult, ac gratiam suam esse liberam nullisq; legibus astrictam.

Haymo Episc. Deus nulla necessitate constrictus, sed sola bonitate quibus vult vitam tribuit.

Nequaquam igitur προσωποληψία dicenda est specialis Ecclesiæ Electio, sed potiùs incomparabilis bonitatis & inscrutabilis judicii evidens argumentum.

προτάσεις.

προτάσεις sunt propositiones. Mathematicæ usitatissima vox. Mathematicarum propositionum aliæ sunt στοιχεῖα, Elementa, nonnullæ elementorum species habent: aliæ sunt propositiones ab his sejunctæ, quæ neq; elementa, neq; speciem elementorum habent.

Vox autem στοιχεῖα multiplicis est significationis. Dicitur autem præcipue dupliciter.

Primo enim id quod confirmat & demonstrat, Elementum est ejus, quod confirmatur & demonstratur. Aristoteles vocat in organo Principium ut prima propositio apud Euclidem est elementum secundæ propositionis, & quartæ quintæq;. Et hac ratione multa theoremata & problemata dicuntur esse Elementa inter se, quia alia ex aliis demonstrantur, sic ex hoc theoremate quo dicitur Angulos extra figuras recti lineas esse quatuor rectis æquales: numerus angulorum internorum demonstratur, qui in trigono duobus rectis æquales sunt. *Altero modo* Elementum dicitur, in quod tanquam simplicius

plicius dividitur compositum. Et hac ratione non quævis propositio dicetur Elementum, sed omnium prima & simplicissima eorum, quæ in effectu rei productione sunt constituta: sicut postulata & axiomata sunt theorematum ac problematum Elementa. Arist. in Physicis ita etiam Elementi & principii voce utitur.

In Mathesi igitur elementa appellantur illæ propositiones quarum θεωρία ad aliarum quoq; transit cognitionem & scientiam, & ex quibus ἀπορημάτων seu dubiorum, quæ in ipsis accidunt, fit solutio. Quemadmodum enim vocis grammaticæ vel literarum sunt πρῶτα, id est, prima simplicissimaq; principia, quæ dividi nequeunt, quibus nomen Elementorum seu στοιχείων imponimus, ut ex quibus dictio constet, & oratio: ita quoq; sunt quædam theoremata principalia totius Arithmeticæ & Geometriæ, quæ principii locum rationemq; habent ad ea, quæ consequũtur, quæq; diffusa sunt per omnia, & multorum symptomatum atq; accidentium demonstrationes præbent: Ea itaq; nominantur Elementa (è quibus cætera omnia producuntur, & in quæ omnia tandem resolvuntur), & ab iis *institutio Elementaris* dicitur.

Propositiones στοιχειώδεις, id est, quæ habent speciem elementorum sunt, quæcunq; ad plura se extendunt, & simplicitatem quandam gratam habent, non tamen eam, quam elementa, sunt enim astrictiores: propterea quod non ad universam scientiam ipsorum communis sit contemplatio, ut est illa propositio Trigonorum perpendiculares, quæ ab angulis ducuntur ad ipsa latera in uno puncto coincidunt.

Propositiones neq; elementa, neq; Elementorum species habentes sunt quæ neq; contemplationem habent in multas propositiones se diffundẽtem, neque quicquam elegans & cognitu dignum patefaciunt. Sed hæ vix dignæ sunt ἀκροάσει, quod videantur supervacaneæ.

Altera distinctio.

Propositiones sunt immediatæ, principia; vel mediatæ, quæ principia sequuntur, seu principiorum consequentia. Quanquam videantur esse inter has propositiones Mediæ, quæ medium tenent locum inter principia & propositiones, quæ principia sequuntur, & dicuntur propositiones speciem principiorum habentes: non autem sunt verè principia, & tamen aut nullam aut facilem admittunt demonstrationem, ut quædam LEMMATA. (Lemma est propositio, quæ ob vel ad aliam propositionem assumitur.)

Principia propositiones per se sunt manifestæ, demonstrari nec debent nec possunt, simplicitate sua cæteris præeunt.

Propositiones quæ principia sequuntur (αἱ μετὰ τὰς ἀρχὰς) præterquam quod non sunt αὐτόπιστοι i.e. per se fidẽ non merentur, nec sine demonstratione accipiuntur, etiam majorem habent varietatem. Exempli causa. Si dicam à Puncto ad Punctum ducere lineam rectam. Hoc tanquam manifestum & facile factu recipitur. Dum enim linea fluit fluxu æquabili, & simul movetur atque progreditur, neque magis inclinat, aut minus declinat, incidit in alterum punctum. Sic etiam cum lineæ alicujus rectæ, alterum punctorum extremorum manet immobile: alterum vero circa illud

Digitized by Google

ipſum movetur, absque difficultate nulloque negotio circulus deſcribitur. Sed ſi quis trigonum æquilaterum conſtituere, aut quadratum deſcribere velit, magis varia indigebit κατασκευῇ ſeu delineatione, quia varii motus eam efficiunt.

P.ncipia generali nomine Hypotheſes vocantur, ad differentiam primæ philoſophiæ, quæ eſt ἀνυπόθετος, ideſt, nulla nititur hypotheſi, & à qua reliquæ ſcientiæ ſuas petunt hypotheſes.

Principia a. dividuntur in hypotheſes ſpeciali nomine ſic dictas, quas & definitiones vocant per ſynecdochen, quia plerumque rerum ſubjectarum definitiones continent, Poſtulata (αἰτήματα), & notiones communes (ἀξιώματα.) Hæc tria principia plurimum inter ſe differunt.

Collatio principiorum Organica ſeu Ariſtotelica & Mathematica.

Ariſtoteles lib. 1. poſter. analyt. cap. 8. Hypotheſis eſt, cum auditor nullam cognitionem per ſe fidem facientem ejus, quod propoſitum eſt, habet, nihilominus tamen proponitur & conceditur ei qui talem protaſin ſumit; Sic cum definitur circulus eſſe figura plana unica linea contenta, quam περιφέρειαν vocamus, ad quam ab uno puncto quæ intra figuram ſunt, omnes rectæ lineæ ductæ inter ſe ſunt æquales: hanc propoſitionem communi notione, & abſq; præceptore non antè intelleximus: ſimulatq; vero eam audierimus abſq; demonſtratione concedimus.

Poſtulatum Ariſtotelicum etſi id quod proponitur neq; ſecum afferat diſcipulus, neq; etiam concedit ei qui tale ſumit, petitur tamen ab eo, ut principii loco ponatur, ut ſi poſtulet cum Copernico ad demonſtrationem ſuam confirmandam, Terram moveri, cœlum ſeu Solem ſtare.

Axioma ei eſt, cum id quod proponitur diſcenti cognitum & perſpectum eſt, & per ſe fidem facit: ut totum eſt majus ſua parte.

Quod ſi quis verbo ſeu exteriore oratione velit negare, interiore oratione & mente negare non poteſt.

Sed Mathematici Hypotheſes nominant, vel ipſas rerum ſubjectarum definitiones, vel ea, quæ etſi non ſunt definitiones, tamen ſubjectū genus, de quo doctrinam inſtituere volunt, nudè & ſimpliciter, aperteq; explicant. Ut ſit hypotheſis, Mundum habere formam ſphæricam: ponatur, Viſum ſecundum lineam rectā fieri, ſeu ferri, ponatur: Punctum eſſe quod in partes dividi nequit.

Poſtulata nominant principia quæ per ſe nota & manifeſta ſunt, nec indigent vel ulla demonſtratione, vel intricata aut multiplici prolixave deſcriptione & delineatione, ſed aperta ſimplici & facili facta delineatione fiunt nota, ita ut eorum finis ſit ποίησις (effectio) ut petatur à puncto ad punctum rectam lineam ducere; q. d. Poſtulo à vobis, ut à puncto dato ad alterum punctum datum recta ducatur linea: quod factu eſt facillimum.

Axiomata ſunt communes ſententiæ, & animi notiones, quæ per ſe à quovis homine ſano (qui bene affecti cerebri eſt) intelligi poſſunt, & harum finis eſt θεωρία (contemplatio) ut ſi æqualibus addas æqualia, quæ fiunt erunt æqualia: ignis eſt calidus.

Diſſentiunt igitur Mathematici ab Ariſtotele præcipuè in poſtulato. Ariſt. enim vult poſtulata non per ſe nota eſſe, & demóſtrari; Mathematici contrà

trà non demonstrari, sed cuivis esse obvia, ea ratione permoti, quod secundùm Aristotelem omnes propositiones, quibus propter demonstrationem assentimur, ad postulata referenda essent.

Porrò axiomata & postulata, aut sunt communia, aut sunt quarundam scientiarum propria, ut è postulatis: Numerum in minimas partes dividere, est proprium postulatũ Arithmeticæ: Illud verò, omnem lineam rectam, finitam extendere, longioremq; reddere, proprium est Geometriæ. At quantitatem in infinitũ augere utriq; commune est scientiæ postulatũ, quia hoc & numero & magnitudini convenit.

Propositionũ quæ principia sequuntur, quæq; demonstrari possunt & debent, aliæ sunt Theoremata, aliæ problemata.

Theorema hîc est propositio Mathematica, in qua aliquid, quod subjectæ rei inest, seu accidit, contemplandum datur. Ejus finis est θεωρία: nota χαρακτηριστική: Quod demonstrandum erat.

Problema hic est propositio Mathematica, in qua aliqua rei subjectæ affectio quæritur. Ejus finis est actio, & ejus nota characteristica, Quod erat faciẽdũ.

Disertè dico Hic; quia problema quoq; appellatur (γενικώτερον) omne id quod proponitur: sive discendi, sciendive, sive faciendi causâ propositum sit.

Solent autem problemata per infinitum, enunciari; Theoremata per indicativum, Exemplum problem: Super datam lineam rectam finitam trigonum æquilaterum constituere. Exemplum Theorem; In omni trigono duo latera sunt majora tertio. Problemata solent præmitti, Theorematis, quia subjecta, quę priora sunt propriis affectionibus, in problematis inquiruntur.

Problemata & Theoremata quædã sunt sine casu & declinationis varietate, alia verò habent multos casus.

Casus dicitur hîc delineationis variapositio: cum puncta aut lineæ, aut superficies, aut corpora alio atq; alio modo transponuntur.

Problemata sunt vel ordinata, & determinata quæ simpliciter, & uniformiter fiunt; Vel inordinata, quæ variis infinitisq; modis variantur; Vel sunt media inter hæc, quæ multipliciter quidem fiunt, sed certo numero, ut Trigonum æquilaterum super data linea recta finita constituere uniformiter & simpliciter fit. Reliqua vero trigona, multipliciter. Sed datam rectam finitam secare in tres partes proportionales, cum ratio multiplex in infinitum procedat, fit infinitis modis. Theoremeta & Problemata quædam sunt simplicia, quædam composita.

Simplicia, quæ dividi nequeũt, vel quoad hypotheses, vel quoad conclusiones, hoc est, quibus est unicum datum, unicum quæsitum.

Composita, quæ habent hypotheses ex pluribus factas, aut etiam plures conclusiones, unica existente simplici hypothesi. Vel utramq; ex pluribus constantem, hoc est, in quibus, vel unicum est datum, & plura quæsita; Vel unicum quæsitum, & plura data; Vel plura data, & plura quæsita.

E Theorematis cõposita sunt vel Incomplexa vel complexa. Incomplexa dicuntur quæ cum composita sint non tamen in simplicia theoremata dividi possunt.

Complexa v. sunt, quæ in simplicia theoremata dividuntur. Exemplum prioris in 4. prop. l. 1. Euclid. In ea n. sunt data plura, & plura quæsita. Verùm datum non potest dividi in simplicia, ut alia conficiantur theoremata. Exemplũ post: est, Trigona & parallelo-

Digitized by Google

grammata sub eadem altitudine existentia, eandem rationem habent quam bases. Nam ex hoc possunt duo theoremata confici: Unùm de Trigonis, alterum de Parallelogrammis, quibus utrisq; accidit, ut eadem altitudine existentia proportionem habeant basium.

Propositiones Mathematici alias faciunt fœcundas, alias steriles.

Fœcundæ dicuntur, è qua multæ aliæ oriuntur.

πρωθύστερον.

πρωθύστερον est cum rei summa præmittitur, quæ postea demum latiùs & copiosius explicatur: ὕστερον πρότερον, cum quod postremo loco factum est primo narratur. Hujus generis est quod Marcus dicit. Et biberunt ex eo omnes.

πρωθύστερος μετάθεσις est cum antecedens ponitur posterioti loco, consequens priori. Eventum committe Deo, & fac consona recto. Thue recht vnnd laß Gott walten.

πρῶτος.

πρῶτος cum habet communem & suum usum superlativi significat primus vel summus. Superlativus autem significat ἐπίτασιν πρὸς τὸ πλεῖον propriè. Impropriè est idem, quod prior Joh. 1. πρῶτός μου, prior me erat, antecedebat me. Hic inquit Chrysostomus πρῶτος est ἀεί καὶ διὰ παντὸς ἀμείνων, καὶ ἐνδοξότερος, id est, præstantior, potior.

πρωτότοκος.

πρωτότοκος est primogenitus, πρωτοτόκος verò primipara, quæ primò peperit. Christus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, hoc est, γεννηθεὶς πρὸ πάσης κτίσεως, genitus ante omnem creaturam in patris essentia. Dicitur & primogenitus omnis creaturæ, quà homo, pro domino & capite omnium creaturarum, pro eo qui πρωτεύει, id est, primatum tenet & imperium in omnia.

πρωτόκτιστον verò significat primam creaturam qualem dicebant Ariani esse τὸν λόγον.

πτῶμα.

πτῶμα primò habet significationem casus seu prolapsionis corporis. Secundò est mortuum corpus seu cadaver. Vel corporis truncus, id est, σῶμα ἄνευ τῆς κεφαλῆς, corpus sine capite. Suidas Marcus Sexto cap. Sustulerunt αὐτοῦ (Johannis Baptist.) πτῶμα Cadaver habet versio latina, pro corporis trunco: Tertiò accipitur pro errato seu peccato præsertim infirmitatis, offensione: sicut & παράπτωμα cujusmodi in hac vita sæpè accidunt.

παραδιαστολή.

παραδιαστολὴ i. est διάκρισις, id est distinctio quædam verborum significatione vicinorum. Cicero pro Archia. Ut ab illis ullo unquam tempore aut commodum aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut deniq; somnus retardarit. Harum λέξεων διάκρισις non est admodum magna.

2. Est cum duas res, quam vulgo pro iisdem habentur atque confunduntur, discernimus Cic. Philipp. 8. Me tecum iracundè agere dixisti solere; non est ita; vehementer me agere fateor, iracundè nego. Ita non tantùm in Diversis, sed etiam Contrariis locum habet ut cum discernis hominem prodigum à liberali, audacem à forti, frugalem ab avaro cautum à timido prudentem à curioso hypocritam vel superstitiosum à pio.

Digitized by Google

παρασιώπησις

Παρασιώπησις in Oratoria est præcisio, ut pro Archia: Alterius vero partis, *nihil amplius eo dicam quam id quod omnes verebamur*, nimis iracundam fuisse futuram victoriam. Aliud est παράλειψις, nempe cum præteritutum se silentio promittit orator, id quod tum maximè significat, atq; cogitandum proponit. Ejus nota, Prætermitto; Sileri patior.

παρηγμένον.

Παρηγμένον (à παράγομαι deducor) in oratoria dicitur, cum duæ similes voces à se invicem deductæ conjunguntur; Tuquoq; Pieridum studio studiose teneris, Ingenioq; faves ingeniose meo. Sic homines humanissimi, homo humanus. Cui vicina est ἐπαναφορὰ κατὰ πλοκὴν pertraductionē seu Polyptoton, ut plenus, plena, plenum, ut cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. (Horum διάκρισις alibi ostensa est.)

παρήλιος, παρήλιοι.

Parelii sunt plures Soles ut loquitur Plinius lib. 2. cap. 31. id est Meteorum albicans in nube, in qua fit radiorum Solis refractio sub ortum vel occasum ejus repræsentans plures Soles. Fit παρήλιος, cum nubes ex latere Solis vel orientis vel occidentis collocata est continua, polita, maximè æquabilis, id est ex æquo densa & consistens, quæ, velut speculum, εἴδωλον, id est imaginem Solis recipit & exprimit. Sic videmus & in aqua & in aëre densiore reliquisq; corporibus quæ habent superficiem levem & æquabilem velut in speculo exprimi res ad ipsas justa proportione collocatas. Vide Aristotelem lib. 3. Meteororum & Jacob Milichium in 2. Plin.

Παρασέληναι sunt plures lunæ, quarum una tantum est vera, reliquæ sunt εἴδωλα seu imagines lunæ ex refractione radiorum lunarium in nube effectæ. Fieri solent in plenilunio. Plinius l. 2. c. 32. Lunæ inquit trinæ ut Cn: Domitio C. Fannio Coss. apparuere, quos pleriq; appellatunt *Soles Nocturnos*.

Παρέμπτωσις.

Orthographiæ Gram. vox est, qua significatur literæ in medium dictionis insertio. P pt & ps etiam præcedente M scribendum putat Priscianus κατὰ παρέμπτωσιν literæ p. ut contemptus, promptus, deprompsi Jo: Camerarius p hic repudiat itē; Carolus Langius, è vetustis codicibus cōtemtus, promtus, depromsi scribentes: & est sane mollior pronunciatio Hieronym: Wolf.

πάρισον.

Πάρισον 1. significat penè par 2. compar: ut in Oratoria, cum membra inter se syllabarum sunt numero paria. Abstract: παρίσωσις. Sed & in Oratoria Parison dicitur, cum ex tribus membris alicujus periodi duo sunt inter se paria, tertium verò est his brevius aut longius.

Cum postremum membrum brevius est duobus prioribus dicitur μείουρον: cum longius μακρόκωλον.

πεπλασμένα.

Πεπλασμένα quæ pendent à πλάσει, id est fictione; quæ sæpe τὰ καθ' ὑπόθεσιν dicitur, ut πλαστὸν, ὑποθετικόν. Lat. Ficta. Talia multa sunt exempla, quibus opponuntur historica & vera:

περιβολή.

Περιβολὴ ab oratoribus accipitur pro

 cota-

compositione periodica quæ & dilatata (ἐκτεταμένη) & spiritu protracta est. Est enim longior ambitus (seu circumductio) verborum & sententiarum. Itaq; excessus conversionis seu Periodi. Talis compositio exordiis magnarum causarum convenit. Valent Erythre: in comm: in Orationem pro Archia. Dicitur & περιγραφὴ (circumscriptio) periodica, quæ membra quatuor excedit.

Ἄλλως.

Peribole 1. est amictus 2. ambitus (ut urbis, regni, 3. Oratoribus est longior anfractuosaq; periodus 4. plenior tractatio rei idq; translatè (à re vestiaria) ut n. aliquis non nudus est, sed veste circumdatur. Sic oratio aliquando non est simplex sed undiquaque quasi amicitur. Est autem in hac περιβολῇ densitas quædam cogitationum (qua fit, ut non nuda verba ponantur, sed quasi vestiantur) Rhetorica, quam & μέγεθος & μεγαλότητα, id est condensationem, plenitudinem, vocant: quæ interdum non patet capitui populari. Itaq; attentionem lecto[illegible] postulat & laborem ei affert. Ea utitur non tantùm Orator sed aliquando etiam Philosophus: ut Aristoteles lib. 1. Ethicorum Nicomach. cap. 5. 5. In Physicis ponitur etiam περιβολὴ partus pro amplexu & fotu ejus à genitrice, qui juris naturalis est Justinian: 6. In Ethicis & Politicis περιβολὴ κτημάτων ἢ χρημάτων est circumfusa copia facultatum; pecuniarum abundantia, circumfluentia.

περιοχὴ.

περιοχὴ Philologis est præcipui negotii brevis complexio: Est quod κεφάλαιον πράγματος, id est summam rei seu negotii, continet. Est brevis omnium

eorum, quæ libro aliquo continentur, complexio. Latinè Argumentum: ut περιοχὴ fabulæ Plautinæ.

πεφυκὸς est aptum natum Cic:

πεφυκός.

Γένος τοῦ λέγειν πεφυκὸς Oratoribus est est genus dicendi seu eloquendi simplex & sua sponte fusum: Cui opponitur πεπλασμένον, id est conversum, mutatum, quod situm est in commutatione verborum & ordinis, quæ Demetrio Phalereo est ἀναστροφὴ (hoc est metaplasmus quidam.)

Verborum] ut cum dilatatur oratio ex uno verbo: ἐπέκτασις hæc est. Vel in verbum contrahitur: συστολὴ ἢ συναίρεσις hæc est λόγου εἰς ὄνομα.

Ἁπλῶς καὶ πεφυκότως dicere est nudè, simpliciter, & sicut natura ipsa fert vel tulit, dicere.

πέρευσις.

πέρευσις, itio, motus localis nomen est, à verbo περεύομαι, eo.

(περεύεσθαι δι᾽ οὐρανοῦ est iter facere vel penetrare per cœlum.)

Stellæ ἐπιπέρευσις Ptolemæo est cùm transit planeta per alia atq; alia loca seu signa Zodiaci, ut cum transit per signa aeria vel aquea Plinius vocat Transitum: Græc. μετάβασιν ἀστέρος

πεπραχθὲν

Oratoribus aliud est ἐκβὰν, aliud ἐκβάν. Nam πεπραχθέντα sunt facta: Ut πεπραγμένα, quæ fiunt vel fiebant. ἐκβάντα sunt Eventa, hoc est factorum effecta vel consequentia ἑπόμενα, quæ & τὰ μετὰ τὸ πρᾶγμα dicuntur: quibus opponuntur τὰ περὶ τοῦ πράγματος ἢ γινόμενα. ἐκβησόμενα, quæ eventura sunt, ut ἔνδειξις τῶν ἐκβησομένων sæpè est incerta.

περιπάληξις.

Oratoribus περιπάληξις est præmollitio

tio, præcaſtigatio ejus, quod dicitur. In oratione pro Archia. Et hoc pace dicam &c. βεβαιώσεως ſeu aſſeverationis hæc eſt προεπίπληξις, ne videatur Orator res bellicas nimium extenuare verbis (quæ extennatio λιτότης dicitur & ἐλάττωσις.) Alia ab hac eſt, προθεράπεια, præmunitio, correctio, qua ut inſinuatione ſeu ἐφόδῳ Cicero pro Archia excuſat ſe, cur novo defenſionis genere utatur in cauſa forenſi, & extra cauſam velit pluribus diſſerere de ſtudiis humanitatis (utar enim veſtra benignitate &c.)

προκατάληψις.

In Oratoria ἀνασκευῇ προκατάληψις ſignificat occupationem ſeu Anticipationem cùm oratione noſtra anticipamus quod adverſarium contra nos facturum dicturumve eſſe cognovimus idq; antè confutamus. Dicitur & prolepſis.

Hæc conſtat
- Antitheſi, cujus eſt
  - πρότασις: Significatio futuræ objectionis.
  - ὑποφορά: objectio, adverſarii ſententia.
- Solutione ſeu λύσει, cujus eſt
  - ἀντιπρότασις in ſequentis refutationis ſignificatio.
  - ἀνθυποφορά objectionis ſeu ἀντιπίπτοντος ſolutio.

Exempl.

Quæret quiſpiam quid? Illi ipſi ſummi viri, quorum virtutes literis proditæ ſunt iſtané doctrina, quam tu laudibus efferſ, eruditi fuerunt? Difficile eſt hoc de omnibus confirmare: Sed tamen eſt certum quid reſpondeam. Ego &c.

Quæret) occupationis prima pars, protaſis.
Quid? Illi) 2. pars objectio.
Difficile) 3. Antiprotaſis.
Ego multos) 4. Antipophora.

Huic vicina ſi non eadem, eſt ἀνθυποφορὰ cum antevertimus tacitam cogitationem audientium aut argumentum quod contra nos poterat afferri Cic. pro Syll. Quid? ergo hoc tibi ſumis, dicet fortaſſe quiſpiam, ut quia tu defenderis, innocens judicetur. Ego verò, judices, non modò mihi nihil aſſumo, in quo quiſpiam repugnet, ſed etiam ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto &c.

προκατάστασις.

προκατάστασις Oratoribus eſt aditus & præparatio ad κατάστασιν ſeu αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, i. e. propoſitionem vel narrationem. Poetæ Comici & Heroici παρασκευὴν vocant, & προοικονομίαν ad ipſam facti expoſitionem. Cicero interdum προκαταστάσει concludit exordium cauſæ, ut in oratione pro Archia. Valentinus Etychæus ſic accipit & definit προκατάστασιν: Eſt συνοχὴ, id eſt continuatio atq; conjunctio exordii cum narratione, & ejuſdem quaſi veſtibulum ac propoſitio, κεφάλαιον τῆς διηγήσεως (caput narrationis) In comm. in orat. Cic. pro Archia.

Rhetorica ſeu oratoria narratio ſeu ἀπαγγελία, ut loquitur Ariſtoteles, id eſt cauſæ ſeu πράγματος expoſitio dicitur προκατάσκευος, quòd in ea lateant argumentorum ſemina, quorum ἐργασία & ἐξεργασία eſt in confirmatione, id eſt quæ in confirmatione copioſius exponuntur & tractantur: ſeu quòd explicando rem & ſedem & fundamentum conſtituendæ fidei ponat. Porrò quemadmodum

προκατάστασις est narrationis aditus: Sic contentionis tanquam vestibulum est & caput προκατασκευὴ (apparatus confirmationis) causæ præcipua partitio; quæ & προέκθεσις dici potest Vide Hermogenem.

προκρίματα, πρόκρισις.

πρόκριμα significationem habet rerum antè judicatarum autoritatis Valentinus Erythræus vocat. προκρίματα τὰ προειλημμένα τῇ κρίσει. L. Præjudicia.(Præjudicatæ sententiæ.) Nec de huj⁹ vocis ἐξαπλώσει plura libet. In testimonio Oratorio interdum sunt πρόκρισις κρίσις & ἐπίκρισις. Cic. pro Arch. Quare suo jure noster ille Ennius Sanctos appellat Poëtas quod quasi Deorum aliquo dono nobis commendati esse videatur: Suo jure] πρόκρισις, id est præjudicatio per collaudationem testimonii & authoris. Sanct. ap.]κρίσις, id est iudicatum seu pronunciatum Ennii. Quod quasi] ἐπίκρισις, adiudicatio & ratio.

πρόρρησις.

πρόρρησις ἀντιλεξῶ est prædictio In Oratoria Valent: Erythr. interpretatur denunciationem consequentium. Aristoteli est futurarum rerum narratio, cui opponitur ἀπαγγελία, ut & δήλωσις. Ἔκθεσις n. seu narratio est vel προσωπικὴ seu ἐπιδεικτικὴ, personarum: vel πραγματικὴ, Rerum. Atq; hæc est vel præsentiũ τῶν πραττομένων: Δήλωσις: vel præteritarum; Ἀπαγγελία. Præteritarum inquam sive sint gestæ; τῶν πεπραγμένων; Sive sint neglectæ omissæque; τῶν παραλειφθέντων. Vel Futurarum; τῶν πραχθησομένων; πρόρρησις.

προαναφώνησις σύνεσις est præsignificatio propositionis seu præcipuæ in oratione constitutionis.

προσθήκη.

προσθήκη auctarii, appendicis, additamenti, amplificationis, αὐξήσεως, ἐπαυξήσεως significationem habet. Et προσθήκης μέρος crebro usurpatum ab iis, qui libros suos augent iterata editione. Aristoteles exordium Orationis vel ἐργασίας, id est tractationis alicujus προσθήκην vocat, quòd non sit πιστωτικὸν, id est non pertineat ad fidem faciendam, seu non ad causam probandam, sed ad auditorem solum benevolum reddendum adhibeatur: quemadmodum peroratio ad πάθη, id est ad vehementius commovendum, vel ad ἀνάμνησιν τῶν προειρημένων, id est ad revocandum in memoriam ea quæ præcipuè dicta sunt; Quare & ipsa προσθήκη Orationis rectè dicitur.

Sic προσδιαίρεσις est nova divisio addita priori. προσλαμβανόμενα Oratoribus sunt quæ ad διδακτικὰ & πειστικὰ assumuntur, rei ornandæ amplificandæve gratia.

προσανοικοδόμησις.

Propriè προσανοικοδόμησις in Oecon. est ædificii auctus, seu augmentum. προσανοικοδόμησις in orat. Ar. est expolitio seu ἐπεξεργασία, quæ species est ἑρμηνείας. Ea & προτεθέντα, id est eadem quæ antecesserunt, repetit, & plura iis addit. Repetitio autem eorundem fit commutatis verbis & sententiis. Dicitur & ἐπιμονὴ commoratio: Cic. pro Arch. Respicere spatium præteriti temporis: pueritiæ memoriam ultimam recordari, & inde usque ea repetere. Ισοδυναμοῦντα hæc sunt. Aliâ ab hac est Palilogia illa, quæ est pars Epilogi seu perorationis, id est, est totius orationis Symperasmatis,) repetitio tam constitutæ propositionis quam præcipuorum argumentorũ quibus causa comprobata fuit.

πρόσαξις.

πρόσαξις jussio est: Cui opponitur συγχώρησις permissio.

πρωτ☉ hæc vox tribuitur summo rerum moderatori & Imperatori Deo. Aristotel. de Mundo.

προσακτικὸν est Imperativum.

πρωτοπαθεῖν, Δευτεροπαθεῖν.

Πρωτοπαθεῖν est primo affici, δευτεροπαθεῖν secundo vel aliunde affici; ἰδιοπαθεῖν propriè pati. Συμπαθεῖν socium esse πάθους seu doloris. Σὺν enim societatem significat in compositione; Ut συστοιχία est coniunctio seu societas ordinis (ut ordinis bonorum & malorum) Pythagorea, quem innuit Arist. l. 1. Eth. c. 5.) Ita σύστοιχα sunt quæ eiusdem sunt ordinis. Ὁμοιοπαθεῖν est similiter pati, seu affectum esse, seu vivere. Voce hac Arist. utitur l. 1. Eth. c. 4. Ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ, similiter Sardanapalo animi affectibus servire, vel similiter Sardanapalæ ætatem degere. Utraq; enim versio probabilis est.

In Physicis multus usus est harum vocum. Vide Zuinger. in Physiol. Medic. cap. 43.

Pars Corporis:
- πρωτοπαθεῖ, i.e. omnium primo afficitur.
- Δευτεροπαθεῖ, i.e. cōtagio a lieno, afficitur per
  - ἰδιοπάθειαν, ut cōmunicata passio radices etiam agat in parte, quæ, communicatione cessante, nihilominus maneat.
  - Συμπάθειαν, i. e. consensum & connexum, ut cōmunicatione cessante passio instar umbræ penitus evanescat.

πρωτοπλάστης.

πρωτοπλάστης est primus fictor seu formator, ut Deus. A Poëta Prometheus filius Iapeti celebratur hominū plastes de luto: vel quia hominis propria est prudentia: dicitur enim Prometheus ἀπὸ τῆς προμηθείας id est à providentia; vel quod respectu cæterorum animalium homo singulari consilio & providentia creatus sit: vel quod ex sermonibus ipsius Promotheia ad gentes doctrina de creatione humani generis ad imaginē Dei affluxerit: vel generatim ꝙ doctrina & sapientia hominū lutea corpora i. e. rudes animos formaverit & excoluerit, ut optimus sapientiæ doctor. Augustinus de civitate. Quanquam Lactantius Firmianus opinatur Promethea ideo primum plastem habitum, quod primus statuas & simulacra finxerit, quem quidem scribit vixisse temporibus ijs quibus templa constitui & idola coli cœperunt.

Protoplastum verò esse primò formatū, quis nescit?

πρώτως.

Πρώτως, πρώτως καθόλου, αμέσως & ἀπόρως ut & enūciata πρῶτα, πρώτως καθόλου. ἀπόρμα, ἄμεσα, quę nō possunt demonstrari seu indemonstrabilia sunt ratione διότι, paria sunt seu æquipollentia.

προφερόμενα.

In Epagoge seu ὁμοιότητι ἐπακτικῇ similitudine inductio (qualis est Socratica) quę antecednnt dicuntur τὰ προφερόμενα seu ἐπαγόμενα. Consequens dicitur ἐπιφερόμενον (ab ἐπιφορᾷ id est illatione) ut si tutos fidem præstare debet: Si socius z.

Si cui mandaris: Hæc sunt προφερόμενα ἢ ἐπαγόμενα.

Debet etiam procurator Hoc est ἐπιφερόμενον.

Digitized by Google

πῦρ.

Πῦρ multa significat. Nam & elementum igneum (quod λεπτομερέστερον) & ignē qui subsistit in aliena materia, seu cui adjunctum est siccum & terreum, qualis ignis est flamma & ignis carbonaceus seu ἀνθράκων id est carbonum, quorum sunt prunæ; & lucidum corpus ignem appellamus.

Πύῤῥον rubrum est vel rutilum. Πυῤῥάζειν rubere. Basilius στυγνάζει πυῤῥάζων ὁ οὐρανὸς, cœlum rubens præ se fert tristitiam.

πῶς, πῆ; Ὃν aut πῆ, aut πῶς.

Limitationum hæ particulæ sunt. τὰ πῆ sunt aliqua ex parte ita se habentia. τὰ πῶς, aliquo modo se ita habentia. Eiusmodi sunt quibus non in universum vel propriè aliquid inest, sed vel ex parte vel propter accidens aliquod; Ut non omni animali ἐναίμῳ (sanguine prædito) inest spirare, sed cuidam duntaxat, nimirum habenti pulmonem & huic quidem omni. Omne animal spirat, quatenus habet pulmones. Oppo. τὰ ἁπλῶς quæ sunt simpliciter. Elenchus à dicto πῆ vel πῶς ad dictum ἁπλῶς notus est.

Τὸ πῶς Materialiter accipitur à Justino de Trinitate; σαφὴς ἔλεγχος τῆς ἀπιστίας τὸ πῶς περὶ τοῦ Θεοῦ λέγειν Certissimum argumentum est incredulitatis de Deo dicere Quomodò, ut vertit Possellius.

παράδοξον.

Παράδοξον, quod est præter opinionem, cum sententiis & argumentis tum factis attribuitur. Dicuntur enim παράδοξα quæ præter vulgi opinionem fiunt aut dicuntur, quæ à communi omniumvè opinione absunt, ut si quis mortem laudet.

Oratoribus nōnullis παράδοξον est σχῆμα cum inopinatum aliquid id est præter opinionem auditoris proponitur: ἀπροσδόκητον. A παραδόξοις discriminantur 1. ἄδοξα ignobilia, inopinabilia, absurda, ὑποθέσεις ἄτεχνοι, materiæ infames, quæ nullum artis admittunt locum, res damnati argumenti, quales res nefariæ, ut parricidiū, & à quibus abhorremus: ut pestilentia, febris quartana, stultitia: ridiculæ, ut ventris crepitus: viles, ut musca, culex. 2. ἔνδοξα clara, nobilia, quæ laude digna sunt & admittunt prædicationis cultum, ut Sol, Luna, probabilia, πιθανὰ, ut argumenta ἔνδοξα Philopon.

Quædam tamen παράδοξα accuratè philosophantibus sunt ἔνδοξα. Unde extant quædam ἔνδοξα παράδοξα Pe. Scherbij Profess. Altorf.

3. Ἀμφίδοξα, quæ cadunt in opinionem ancipitem, quæ dubitationem & disceptationem in utramq; partem sustinent, ut lingua, Monarchia, bellū, quatenus laudari & vituperari possunt. Vide Gell. lib. 17. c. 12. & Scal. de Re Poët. lib. 3. cap. 110. & 118.

Ego inter ἄδοξα refero, quod quidam dixerunt centum millia animarum in cuspide acus sedere posse.

παλιμπλαγχθείς.

Παλιμπλαγχθεὶς, à πάλιν re, & πλαγχθεὶς percussus: Latinè Repercussus. Sic Poëta: Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercussum aut radiantis imagine Lunæ Omnia pervolitat latè loca, jamq; sub auras Erigitur summiq; ferit laquearia tecti. Hic Repercussum græcis est παλιμπλαγχθὲς. Voce hac usus est Homerus. Aristoteli est ἀνακεκλασμένον, id est reflexum. Lumen enim rectum est aut reflexum seu ἀνακεκλασμένον.

Re-

Repercussum igitur hic dicitur lumen quia primùm aqua percutitur à lumine, deinde lumé ab aqua reflectitur, sicut & vox in Echo. Per imaginem Lunæ hic intelligitur lumen Lunæ, quod in laquearib⁹ exceptum ac repercussum dicitur ex interpretatione Jul. Scaligeri.

πνεῦμα.

πνεῦμα 1. propriè est spiritus, flatus, ventus, aura, halitus corporeus.

2. Postea promente quadam pro substantia corporis experte, qualis est Deus, angelus, accipitur. Deus est Spiritus, id est mens quædam. Joh. 4.

3. Pro animo seu anima hominis immortali.

4. Pro impetu animi.

5. Pro omni quod spirat, pro natura spirabili seu animali.

6. In Rhetorica πνεῦμα seu σύνθεσις πνευματικὴ est productio Spiritus.

Oratio ambitu quodam & orbe quasi verborum circumducta dicitur comprehensio, συνέχεια. Ejus geneta sunt duo: πνεῦμα productio Spiritus, & circumductio. Hæc dividitur 1. in periodum, id est ambitum seu circuitum, qui non plura quàm quatuor ad summum habet membra; & continuationē seu circumscriptionem, ἀξιώλησιν ἢ περιγραφὴν περιοδικὴν, quæ hunc quaternarium excedit.

In sacris literis est interdum donum Spiritus Sancti, ut Spiritu loqui mysteria, id est, ex singulari gratia Spiritûs. 1. Cor 14. v. 2. πνεῦμα Domini super me, id est, donum Prophetandi & interpretandi scripturas. Luc. 4. Interdum lingua seu sermo, cujus auctor Spiritus. Precabor Spiritu, id est lingua peregrina sermone peregrino quem Spiritus dictabit mihi.

Interdum vetus animi affectus, qui excludit hypocrisin. Adorabunt Patrem Spiritu & veritate. Joh. 4. Spiritu lenitatis, i. e. affectu leni. Spiritu Zelotypiæ. Numer. 5.

προβολή.

Προβολὴ & Gymnastica & politica & œconomica & Physica & Oratoria vox est. Est enim & status pugilis in procinctu stantis, & prima pars phalangis, & propugnaculum seu protectio & protectū, tecti projectio, & generatim pars prominens alicujus rei: Ita palpebrarum pili sunt oculorum προβολαί; prominentes ædium pattes ex quibus est prospectus in plateas, die Ercker oder Gänge vorn an den Häusern sunt προβολαι, projecta, protecta. Et προβολὴ productio est, ut est propago in vitibus. Talis non est productio divinarum personarum ἀλάλητος (ineffabilis) Est & προβολὴ quod præ nobis ferimus, prætextus. Quærere προβολὰς vitiorum est quærere tegumenta vitiorum, ut loquitur Cic. Est deniq; intentio Oratoribus qua aliquid alicui objicitur.

προσάντης.

Προσάντης est Adversus, arduus, infestus. προσάντης ζήτησις Aristoteli Eth. 1. cap. 1. est disquisitio lubrica atq; ardua, vix tractabilis, δύσχερὴς, χαλεπή, molesta. Intelligit autem quæstionem de Idea adversus Platonem præceptorem.

LITERA. P.

Ῥαψῳδία

Rhapsodi, ῥαψῳδοί, vocati sunt, cantores aut recitatores ἐπῶν seu versuum præcipue Homeri, qui quod aliis præferrentur & frequentius recitaren-

rentur, appellati sunt Homeridæ, seu Homeristæ. Dico præcipue, quia illi quoq; nominati sunt Rhapsodi qui Sophoclis & aliorum versus recitârunt. Plato in Ione etiam versuum interpretes per Rhapsodos intelligit, & 2. de repub. dicit esse Poëtarum ministros. Vox autem est facta, à cantu & Sutura, quia Homeri carmina erant sparsa ac divulsa antequam congererentur.

Rhapsodi etiam dicti fuerunt ῥαβδῳχοι, ῥαβδωροὶ, ῥαβδῳδοὶ dicti, quippe cum virgis vel scipionibus prodibant rubris, qui Iliadem profitebantur: signum illud cædium & cruoris: Croceis, qui Ulyssean, quod ejusmodi colore exules designarentur.

Voce Rhapsodiæ talia carmina significantur. Interdũ etiam Rhapsodia est ipsa versuum commentatio, quod apparet ex hoc Hesiod. μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδοὶ. Rhapsodia Poëtica dicebatur, cum ex Homero versu aliquo prolato, & vel initiali litera, vel finali notata, ab eadem alios versus Homericos incipientes, cogebantur in medium adducere. Talem à Philologia & literatura Politiore ludum non alienum memini exercere illustrissimum ac literatissimum principem Mauritium Landgravium Hassiæ mecum, & cum Magistris Iohanne Hartmanno, & H. Petræo exercere in Basilica sua Casselana ex Poëtis latinis.

Ad extremum video etiã Virgilio centonem, vel Ovidio centones à quibusdam recentioribus vocari Rhapsodiam. Vox est à ῥάπτω, id est, suo & ᾠδὴ id est, canticum.

Parodia alia est à rhapsodia, teste Scalig. lib. 1. c. 42. Poët. vide vocem parodia cum exemplis.

Ῥοπαλικὰ μέτρα.

Versus Rhopalici sunt quorum singula verba sequentia syllabis priora exuperant: Sic dicti quod clavæ more quibusdam gradatim surgunt toris & nodis. Apud Ausonium exemplum est:

Spes Deus æternæ stationis conciliator.

Vide Adrian. Turneb. adversaria.

Dict. à ῥόπαλον, i.e clava.

Ῥυθμὸς.

Rhythmus à Scaligero lib. 2. poëtices cap. 2. vocatur concinnitas vel quasi concentus Estq; ei duplex; tum in syllabis, tanquam in partibus, propter pedes,; tum in pedibus propter versus, quem sic definit: Cõmensus pedum inter se pro rei designatæ modo: alia namq; symmetria est, si ita sit; *Musa mihi causas memora*; & alia, si ita; *Musa mihi memora causas.* Sic in pedibus alius alijs est responsus syllabarum

Differt à mensura. Mensura enim laxior est, quippe est quantitas in materia. Rhythmus autem est compositior & astrictior, nempe qualitatis in dispositione. Translatis enim verbis mensura versus non mutata Rhythmus mutabitur. Mensura regula est, Rhythm' est modus regulæ. Mẽsura est tractus præscriptio, Rhythmus est præscriptionis quasi temperamentum.

Numerus oratorius etiam generaliter rhythmus dicitur. Poetarum versus tametsi suum numerum habent peculiarem, metra tamen dicuntur.

Est & Rhythmus musicus, ad melodiam pertinens. Et Medicus, ut venarum.

Poet: rhythmi sunt partim metrici; partim ἄμετροι;

In Ioh. Trithem, de spirituali exercitio Monachorum.

O florens

O florens rosa Mater Domini speciosa
O virgo mitis o fœcundissima vitis.
Clarior aurora pro nobis jugiter ora

Rhythmus accipitur nonnunquam etiam generalius ut complectatur etiam numerum, qui fit ἄρσει & θέσει corporis, ut cum dicit Neander in græc. Gram. Differunt μέτρον & ῥυθμός.

1. Metrum indiget Syllabis & dictionibus; Rhythmus potest etiam fieri extra hæc, puta plausu pedum & corporis.

2. Differunt & aliter Metrũ & Rhythmus; Metrum habet fixa tempora, longum breve, anceps. Rhythm⁹ sæpe longa Syllaba pro brevi utitur, aut contra.

3. Metrici & Grammatici tantum hanc vocant longam Syllabam, quæ habet duo tempora: Sed Rhythmicus seu Rhythmopœjus, dicit aliam longam aliam longiorem, ut grammaticus dicit, τὸ ὡς habere duo tempora, sed Rhythmicus duo & dimidiatum, quamlibet enim consonantem habere dimidiatum tempus. Vid. Neandrum de carminibus in Græca grammat.

RhythmoPœia est, facultas efficiendi Rhythmos (numeros seu modulos certa proportione constantes) sicut Melopœia, est facultatas efficiendi harmonias:

Rhythmicus, seu rhythmopœjus, est historici Johan. Tzezis (qui vixit anno Christi 1176.) liber. Nam 1. ibi non observatur lex & ratio metri. 2. singuli versus sunt quindecim literarum. 3. in quarta regione fit cæsura, ita ut absolvatur jambicus dimeter.

4. dimensio fit more jambicorum, eo modo accentus ferè ita cadunt, ut extra dimensionem.

5. Semper acutus aut circumflexus in penultimam versus syllabam cadit. Hujusmodi versus vocat Eustrathius Iliad. 1. pag. 11. δημοτικὰς & πολιτικὰς, vulgares & tritos seu pervulgatos, conculcatos. Tales sunt hi si conjungantur: Auß tieffer noth schrey ich zu dir/Herr Gott erhör mein ruffen.

Litera. Σ

Σάρξ.

Caro
- παρέγχυμα, ut jecur.
- Musculosa, perpetuò adhærens fibris musculorum.
- Absolutè Caro dicta, quæ cuilibet parti est peculiaris.

Σαρκοειδεῖς, σαρκομορφεῖς, carniformes partes corporis opponuntur spermaticis.

Σκύβαλα, σκύβαλον.

Hanc vocem quidam accipiunt activè, quidam passivè. Melanchth. activè; Suidas passivè. Activè σκύβαλα sunt quod canes eijciunt. Generalius etiam accipitur pro omni stercore duriore & aridiore quasi in nucleos diviso. Passivè, quod canibus objici solet, q. κυσίβαλον: Utitur hac voce etiam Paulus epist. Philipp. Pro abjectissimis sordibus. Alijs etiam scybalum est quælibet reiicula ut acus (frumenti purgamentum) excrementum, reliquiæ, putamen, ramentum, crassamentum, quisquiliæ.

Σκῶμμα, Dicterium.

Scomma Aristoteles accipit pro maledicto eleganti & honesto, Eth. 4. c. 14 τὸ γὰρ σκῶμμα λοιδόρημά τί ἐστι, fals è Ai-

ctum enim quodam (vel quodammodo) malè-dicti genus est.

Hic enim particula Ti minuit significationem vocis Λοιδόρημα. Rhet. 3. esse ait εὐσχήμονα λοιδορίαν, quod maledictum speciosum seu honestum est. Dicitur & ὕβρις πεπαιδευμένη eruditum convitium: Et χαριεντισμὸς & à Latinis Dicterium. Alii aliquando sumunt pro dicterio minus honesto propter nimiam mordacitatem & irrisionem. Graviter Aristot. Legislatores oportebat vetare, ne quidvis in alterum dicere falsè liceret: cap. eod. Vox Scomma est ab ave Asione, quæ Græcis dicitur σκώψ, ridiicula & mirabunda circumactu capitis colliq́ue flexu.

Hinc σκώπτω, est irridere aliquem agitatione capitis. Ac ejusmodi homines dicuntur scoptici. Ioseph. Scalig. in comment. in lib. 5. Manilij, propriè inquit, Dicterium est verbum scenicum. Idem scribit Volcatium scurras mimarios vocare, qui dicteria funditabant, qualia scurræ, hoc est, actores urbicarij seu urbici in Mimis.

Abijt igitur in maledicentiæ infamiam. Ita dicteria sunt φιλομώμων & scurrarum, quorum sal est mordax & cantica in aliorum infamiam composita, quæ cum publicè cantabantur, dicebantur Psalteria, vulgò cantica (per synecdochen) pro canticis mimorum. Paulus sententiarum lib. 5. de injuriis. Itaq; Mimus ipse Cantor dicebatur Horatius. Donec cantor, vos plaudite dicat.

Et Dicteria Mimorum ab autoribus sæpè citantur. Zuing. in Schol. Ethic. Adulatores & scurræ, qui dicteriis suis & ridiculis gestibus risum hominum captant (sive per so, sive lucri gratiâ) βωμολόχοι ab Aristotele dicuntur, quoniam nimii sunt in jocis & scommatibus. Ac iidem pertinent ad homines φορτικούς.

Ut autem à ψάλτης ψαλτήριον, à μύσης μυστήριον, à κελτης κελτήριον, sic à δείκης (demõstrator) δεικτήριον, quasi δεῖγμα, δεῖνα vult esse: Quia in Dramatibus fiebant dicteria tantùm, experimenti gratiâ & erant specimen futuri cantus aut modorum attis fidicinæ: Ac si ante fabulam erant, dicebantur εἰσόδια (exordia) si in media fabula interponerentur, ἐμβολα. Hic persona Embolaria; Plin. Si in fine fabulæ, ἐξόδια. Huc pertinet, quod ait Scalig. Experimentum in antecessum dabant mimarii, scurræ & pantomimi & Citharistæ. Cum autem scurra urbicarius prodiret in scenam, is citharam aut Psalterium afferebat, aliquid proludii (Græci etiam προαύλιον vocant) loco præcanturus ad colligendum studia & favorem spectantium.

Et hæc è Varrone:

Et orthopallica attulit Psalteria.
Quibus sonant in Gracia dicteria.
Qui fabularum collocant exordia.

Non igitur dicterium descendit à Dico: Sic concludi videtur ingeniosè, sed ego quia non invenio δεικτήριον apud Græcos autores, statuo esse à verbo dico.

Scomma etiam in bonam accipi partem: ut jocus sit, qui ingenuum decet, seu ut sit eruditus jocus, 1. probo hoc argumento, q ait Arist. in Ethic. legum latores decere leges ferre scommatum & jocorum.

Et Zuingerus, esse quædam scommata & quosdam jocos liberales, quosdam scurriles.

Dicacitas aliud est, quàm Dicterium. Dicacitas est habitus à Dicax, id est, paulò

paulò nimiùm facetus. Dicterium falsè acutè breviterq; dictum, Græcè apophthegma. Cicero. Scurrilis dicacitas oratori fugienda est.

Nota etiam. Dictum per synecdochen nonnunquam poni pro Dicterio.

σπερματικὸν

Spermaticum 1. significat, quod semine abundat, quod semen genitale habet, vel recipit, ut ἀγγεῖα σπερματικὰ, seminis receptacula sunt; Meatus etiam (qui Græcis sunt πόροι) seminis dicuntur σπερματικοί.

2. Significat habens vim producendi semen.

3. Quod est ortum ex semine ut partes σπερματικαὶ, quibus à Medicis, Physicis opponuntur αἱματικαὶ id est, sanguineæ.

Etsi enim & semen, ex quo formantur omnia, sanguis fuit, & sanguinem maternum semina attrahunt, eoque augentur, & corporis universæ partes sanguine aluntur, ut omnium partiũ substantia ex sanguine hoc modo ortum ducat: Medici tamen Physici, quę primò ac principaliter ex semine sint & materia sanguinis, & quæ postea, ubi sanguis in fœtus corpore esse cœpit de hoc confiant, quærunt, & distinguentes, hæc αἱματικὰ & illa σπερματικὰ esse docent: Ex his sunt quæ partes homogeneæ ab illis appellantur præter carnes omnes. Carnis autem genus cum habeantur viscera & intestina, in hoc Medicorum doctrina ab Aristotelica recedit, quòd Medici non omnem carnem ex alio sanguine expressam atque effectam doceant: At illam & viscerum & intestinorum carnem non ex sanguine existere, qui in venis vehitur, & in epate gigni docetur (Hic enim illo tempore quo fœtus formatur primum nullus adhuc est, sed è seminis, quod affluente sanguine materno alitur, materia vel tota, vel præcipua existit) & primum ex sanguinis materia informari tum fibrarum, tum hulcerum specie cor & epar; postea autem ex venis & arterijs in uterum pertinentibus attracto sanguine fibras illas compleri, & cordis & Epatis massam constitui, atq; hoc modo ex sanguine etiã aliquid ad naturam horum concurrere, quod & de pulmone, liene & renibus cogitari oportet. Cerebrum autem ex semine ortum ducere videtur, sicut & ceteræ partes universæ homogeneæ, itaq; viscera ea, quæ παρέγχυμα à Medicis appellantur, & carnis instar habent, etiamsi sanguinis aliquid habent ab ortu suo; non tamen αἱματικαὶ partes sunt Medicis, sed σπερματικαὶ. Appellantur enim αἱματικαὶ, quæ ex sanguine, qui in venis fœtus vehitur, ortum ducunt.

Hujus sanguinis παρεγχεύματα hæc neq; sunt, neq; esse omnino possunt, sed quod habent αἱματικὸν, id assumpsere ex sanguine materno, quo aluntur semina, ut hac de causa sanguis ille inter semina referri possit.

Atq; hinc est, quod σπλάγχνα, id est, viscera hæc carnis modo sanguinei aliquid coloris habent, cum ceteræ partes σπερματικαὶ omne, albæ sint, & originis suæ colorem repræsentent.

Τὸ προοίμιον σπερματικῶς ἔχει τὰ τῆς ὑποθέσεως, id est ex causæ statu sumptum est ex visceribus causæ seu controversiæ seu negotii tractum est, ex re ipsa sumptum est exordium.

Σποράδες, Sporades.

1. Aristoteli 1. Meteor. cap. 8. & 9. Sporades (ἀπὸ τοῦ σπείρειν, à eminando) sunt stelllæ ἄθετοι, id est absq; ullo ordine

dispersæ, ita ut unum aliquod licet collectæ fuerint, signum conspicuum vel sidus alicujus momenti constituere non possint. Ea propter nec situ, (θέσιν) nec numerum earum Astrologi servârunt, neq; nomina propria iis indiderunt, sed communi denominatione, cum certam figuram non repræsentarent, τῶν σποράδων notaverunt. Thom. Jordan. Medicus tract. 1.c.1.de Phænom. Pestis. Opponuntur his, ἀστέρες σποράδην, seu ἐν θέσει in certo cœli positu. Al. sidera & astra.

Stellæ { bnominius insignitæ / ἀνώνυμοι.

Distinctio hæc est Arati.

2. Cosmographis Sporades insulæ sunt quæ mari Cretico & Ægeo includûtur, ut sunt Cyclades circa Delum. Ita dictæ quod disiectæ & absq; ullo ordine positæ essent.

3. Medicis venæ Sporades dicuntur venæ magnæ bifurcatæ circa inguina & utrumq; femur illinc ad crura & pedes descendentes, quædam propagines inordinatè cutē permeantes; sic dictæ quod modicis intervallis dissitæ & sparsæ sint.

4. Νόσοι σποράδες, morbi Sporadia seu σποράδην, hoc est, sparsim vagantes, Medicis sunt dissimiles, qui privatim singulos, non universum infestant populum, & quovis anni tempore nunc hos modò illos affligunt, cujus generis sunt pleuritides, peripneumoniæ, anginæ renum vesicæque calculi, ophthalmiæ, tabes. Hi enim cum οὐχ ὁμογενεῖς sed dissimiles inter se sint, diversa corporis loca occupant. è differentibus causis oriuntur, varios & diversos quovis anni tempore, quavis regione, qualibet temporum constitutione prehendūt. Thom. Jordan.

Morbi { πάγκοινοι seu πάνδημοι, universales, cōmunes { Epidemii, publici, ut pestilentes. / Endemii, vernaculi, Patrii ἐπιχώριοι, regionales ἐπιτοπικοί: ut Lusitanis patria dicitur phthisis, Mediolanēsibus Podagra, realib. Scorbutus. } / Sparsi, dispersi, Privati, Palantes, Palàtim grassantes, ut Lippitudo, Scabies, seu Psora; hydrops. }

5. In Polit. Sporadica (σποραδικά) animantia sunt Solivagæ bestiæ seu animantia incivilia & solitaria, non gregalia: quibus opponuntur πολιτικά seu ἀγελαῖα. Arist. 1. Polit.

Σποράδην concepti sunt vulgò quæsiti, spurij, S.P. id est sine Patre, hoc est, incerto vel injusto patre nati. Vide Jurec.

Σπουδαῖος

1. Propriè est qui ornatus est virtute practica & in actionibus secundum virtutem assiduè versatur, nec est otiosus.

2. Communiter dicitur de eo, qui in qualibet animi facultate vel animali, vel vitali, vel naturali perfectus, vel quasi perfectus est. Animali quidem vel interna ratiocinandi, recordandi, imaginandi; vel externa, nutu & sensu. Virtutis enim seu ἀρετῆς significatio etiam sæpè generalis est. Ita etiam sapiens potest dici σπουδαῖος.

3. Arist. est idem quod peritus & expertus.

tus. Vide l.10.Eth.c.5.&chol. Zving.

4. σπουδαῖον opponitur τῷ γελοίῳ, ludicro, jocoso, ridiculo, idemque est quod severum & grave, Arist.l.10.c.6 Vita beata ea esse videtur, quæ ex virtute est. Atq; hæc in rebus gravibus, severis & seriis, non in ludo, neq; in joco posita est. Δοκεῖ δ' ὁ εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν εἶναι, οὗτος δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' οὐκ ἐν παιδιᾷ.

Sic σπουδάζειν interdum est res serias agere. Lambinus.

στοιχεῖον.

στοιχεῖον dicitur analogicè de significatis suis, teste Thoma Aqui. Analogicè, i. est, secundùm similitudinem seu convenientiam unius rationis formalis, quæ uni convenit primò & per se, aliis verò per analogiam ad illam.

1. Igitur & principaliter significat principium & causam materialem internam ejus, cujus est elementum, i.e. est id, ex quo aliquid fit, sive sit remotum, ut materia prima, sive proximum; ut quatuor corpora simplicia. Itaq; est pars compositi, 2. Dicitur etiam forma στοιχεῖον, quia cum materia rem componit.

3. Dicitur στοιχεῖον quod primo secundùm situm cum alio rem componit. Ita in figuris Geometricis constituendis lineæ dicuntur Elementa.

4. Quod secundum virtutem tantùm, non secundùm substantiam constituendo rem ingreditur: Itaq; non est pars geniti: Ita Cœlum dicitur Elementum respectu eorum, quæ virtute ejus generantur.

5. Impropriè Genera & magis Universalia dicuntur Elementa specierum.

στιχοδίλεκτον.

Stichodilecticum carmen artificiosum est, quod secundum longitudinē semel legitur, postea à superiore dictione descendendo ad inferiorem usque per quasq; inter medias dictiones. In eo observetur ut quæ dictio fuit secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, eadem sit secunda, 3tia, 4ta, 5ta, sexta, in initio semper carminis. Nomen habet à στίχος, id est, versus & δὶς, id est, bis, & λέγω, id est scribo vel dico: Exemplum.

Christus delitiæ, pax cordis, gloria mentis
Delitiæ regum, potus fons, dulcis imago;
Pax pot⁹ prudētia jugis vita potestas
Cordis fons jugis, proles æternaq; patris
Gloria Dulcis, vita æternaq; fulgida porta
Mentis imago, potestas patris, porta suprema

συγγνώμη.

συγγνώμη 1. significat veniam qua peccato ignoscitur. 2. Voluntatem veniæ dandæ. 3. moderationem seu concessionem ex æquo & bono. In hac significatione accipitur à Paulo 1. ad Cor. 7. v. 6. qui conversus est sic. Hoc autem dico ex concessione, non ex imperio. Ἔχειν συγγνώμην est veniam dare seu ignoscere; aliàs συγγινώσκειν. συγγνωμονικὸς Arist. in Eth. l. 6. idem est quod promptus ad ignoscendam, c. 11. Συγγνώμη est sententia (Zanch. de sponsal.) ad judicandum ex æquo & bono apta accommodataq;.

συγκοπή, Syncope.

1. Syncope Poëtica & oratoria de medio tollit, quod Epenthesis auget, ut decrêrunt, pro decreverunt; Repostum pro Repositum. Hæc figura rectius diceretur Mesocope (μεσοκοπή)

2. Est & Musica quædam Syncopatio, quæ spectat ad temporis perfecti diminutionem, de qua nonnulli præcipiunt in doctrina de perfectione & imperfectione notarum. Faciunt eam Poëtici Musici ratione temporis, cum minor nota ultra aliquot

majores notas deducitur adnotam usq; sibi respondentem. Vide exempl. in Pract. Mus. Joh. Zangeri Oenipontani.

3. In Pathologia Syncopa est animæ deliquium seu defectio & præceps virium lapsus. Suffocatur hîc cor interdum. Hæc varias habere potest causas. Nam quandoq; sequitur ad nimiam plenitudinem, ad vacuationem & inediam immodicam, ad animi πάθη immoderata & atrocia, ad qualitatem occultam, quandoq; ad venenatam: Deniq; ad quamcunq; intemperiem in corde ὑπὲρ μέτρον, i. e. excedentem.

4. In eadem doctrina occurrit & alia συγκοπὴ, quæ appellatur Stomachica, eò quòd oboriatur propter graves affectiones Stomachi seu orificii ventriculi, quod vicinum est & quasi oppositum cordi, & propter multos nervos exquisitum habet sensum, ut cum inflammatur, cum vellicatur & mordetur ab acribus aut malignis sive humoribus sive vaporibus.

σύγκρασις Syncrasis, Syncrisis, metacrisis. Idio-Syncrasia, Idio Syncrisia.

Syncrasis στοιχείων elementorum est temperies, ut quæritur, an omnium actionum causæ proficiscantur ab Elementorum Crasi. Complexionem etiam vulgò vocant, id est, συμπλοκὴν qualitatum. Fernelius discernit ab ea proprietatem abditam seu occultam, seu propriam rei naturam indolemq;. Hæc est Fernelio ἰδιοσυγκρισία, qua voce usus est lib. 4. de Methodo, vel ἰδιοσύγκρισις, & nonnullos morbos ait esse totius formæ seu substantiæ. Fracanzarius Vicentinus occultarum proprietatum, & totius substantiæ nominibus rejectis Innominatam seu occultam Temperiem nonnullorum morborum causam esse sentit. Talis temperies Græcè dici potest ἰδιοσυγκρασία, id est, propria coeuntium qualitatum temperies. Chymici ἰδιότητας seu proprietates & conditiones corporum vocant, quæ vel sunt in sale, vel in Sulphure, vel in Mercurio. Sic in Idea Med. Phil. Petrus Sever. Danus. Nulla est constans proprietas ullius corporis, quæ non vel in sale vel Sulphure vel Mercurio deprehendatur: (Oleitas rerum in omnibus sulphur est.) Et: Diu multumq; de opio dubitatum est, qua ratione in tanta amaritudine stupefaciendi vis excelleret. Nos substantiarum facta separatione sulphur vel oleosum quippiam deprehendimus planè narcoticum. Ejusdem naturæ sulphura antea conspexeramus eadem industria in multis naturæ partibus, in vitriolo, nitro, salibus ferè omnibus, in sulphure vulgari, in herbis plurimis. Itaque nec calori, nec frigori, nec humiditati, nec siccitati, nec tenuitati, nec crassitiei hanc opii proprietatem seu ἰδιότητα asscripsimus, sed tali corpori, id est, Sulphuri narcotico. Manifesta hæc est proprietas, facta artificiosa corporum analysi seu anatomia seu separatione, ante hanc propter compositionem occulta & occultata. Hac ipsa etiam in opio Sal quoddam diaphoreticum, (id est, Sudoris expulsivum) deprehendimus, quod subtili resolutione penetrando sudores movet, cujus similitudinem in multis partibus similiter demonstrare possumus. Hæ proprietates ab ipsa essentia vel ejus crasi fluunt (non existunt ex congressu & mixtione Elementorum Chymicis.) Hieronymus Wolfius vocem ἰδιοσυγκρασίας transtulit

lit ad animum. In Commentar. in Offic. Cicer. Hominibus universis personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia præstantiaq; animantium reliquorum. Hæc non aliud est quàm genetale decorum (potest dici κοινοτροπία & κοινοκρασία) Altera est persona, quæ propriè singulis est tributa: Ut & in corporibus & formis magnæ sunt dissimilitudines. Hic Physicæ δυνάμεις & ἀδυναμίαι sive ἰδιοτροπίαι & ἰδιοσυγκρασίαι continentur: Exempla peculiarium personarũ sunt vel viribus ad luctandũ vel ad cursum velocitate valere: inesse formæ aut dignitatem aut venustatem. Et hæ sunt ἰδιοτροπίαι sive ἰδιοσυγκρασίαι corporum. In animis autem peculiaria sunt, neq; communia cum omnibus, multus lepos, singularis severitas, multa hilaritas, Innumerabiles deniq; sunt & aliæ dis[illegible]tudines naturæ morumq; minimè tamen vituperandorum. Hæ sunt ἰδιοτροπίαι sive ἰδιοσυγκρασίαι animi. Magis propriè dicerentur ἰδιοσυγκρισίαι vel ἰδιοσυγκρίσεις animi. Voce ἰδιοσυγκρισίας usus etiam est in Politicis & de Politicis Johannes Serranus In Annotat ad 4. Plat. de Repub. Verba ejus sunt: Benè stabilita pueri[li] disciplina Plato negat esse necesse de singulis rebus leges condi, cum id futurum sit planè infinitum & illæ quoq; peculiarium institutorum (de habitu, vestitu, cibo) ἰδιοσυγκρισίαι omnibus accommodari temporibus, locis, personis, nec debeant nec possint. Hic minùs rectè dixisset Serranus ἰδιοσυγκρασίαι. Genetalius scilicet nomen est ἰδιοσυγκρισία, Specialius, ἰδιοσυγκρασία. Idem in expl. lib. 9. de Legibus. Non omnia legibus comprehendi possunt sed multa sunt judicis sive prætoris arbitrio relinquenda ut est omnis de facto tractatio, quæ tota ἐν ἰδιοσυγκρισίᾳ judicis versatur. Et judex legislatoris leges ad facta applicabit atq; accommodabit, factorum circumstantias prudenter & sobriè notabit & ex illa factorum ἰδιοσυγκρισίᾳ ex legum præscripto & mandato describet sententias.

Explicatio.

Differunt ἰδιοσυγκρασία & ἰδιοσυγκρισία, ut σύγκρασις & σύγκρισις, sicut Genus & species. Hæc enim vox illâ est generalior. Illa propriè significat propriam diversarum naturarum crasin: Hæc verò notionem & propriam naturam concretionemvé & constitutionem cujuslibet.

Ita proprietas vel differentia individuans seu individuifica potest dici Individua ἰδιοσύγκρισις. Sic συγκρίματα Græcis sunt misce lla qualibet. Μετασύγκρισις est instauratio vel mutatio habitus seu status corporis præter naturã se habentis. Hinc Pharmaca μετασυγκριτικά, id est, Recorporativa, ut loquitur Cælius Aurelianus. Objectio. Non legitur usquam συγκρασία, σύγκρισία. Ergo nec potest dici ἰδιοσυγκρασία aut ἰδιοσυγκρισία. R. Neganda est consecutio & danda ἔνστασις; Etsi enim Græci non dicant πραξία, πραγία, tamen apud Græcos utrumq; est ἰδιοπραξία, ἰδιοπραγία. Tanta est vis compositionis. Vox ἰδιοσυγκρασία bis legitur in Method. θεραπευτ: Galeni, quæ loca mihi monstravit D. Johan. Hartmann. Coll. vir ἰατρικώτατος. Sic aliud est ἐπίκρασις, aliud ἐπίκρισις. Epicrasis medicorum filiis est temperatio quædam pravorum humorum in corpore, quæ fit paulatim & sensim per aphæresin vitiosorum succorum, & prosthesin bonorum; quæ Græcis προσθαφαίρεσις est. Epicrisis verò significat approbationem, confirmationem, adjudicationem, discreti-

cretionem, dignotionem, vox Logica, Physica & Politica.

Libr.3.cap.13. Locor. Com. Francisc Valeriola pag.713. definit ἰδιοσυγκρισίαν propriam qualitatem, qua ad aliquid unum vel naturali appetitu movemur, ac amplectamur, vel naturali odio refugimus, ut abhorreamus. Ex hoc loco patet Valeriolam ἰδιοσυγκρισίᾳ subjicere συμπάθειαν & ἀντιπάθειαν occultas rerũ inter se invicem consensiones & discordias: Sicut & ex illis, quæ sequuntur: Quam hominum aliam atq; aliam proprietatem in rerum delectu Græci ἰδιοσυγκρισίαν vocant: Hæc efficit, ut alius bubulam, suillam alius impensè amet, vel extremè oderit. Ad hunc locum deduxit nos D Vechnerus. Theod. Zuing. in Medic Physiolog. Temperatura est manifesta sensui & rationi vel occulta, eaq; vel sensui vel rationi vel utriq;, ut pleraq; partium temperaturæ, quarum ἰδιοσυγκρασίας solus Deus novit, teste Galen Confusam tantùm notionem de iis habet homo.

συζυγία.

συζυγία in Polit. est conjugium, societas. (Hinc σύζυγες conjuges) ordinum instructorum in acie conjunctio.

In Phys. est conjunctio contrariorum vel qualitatum inter se diffidentium.

In Logica συζυγία seu ὁμοζυγία conjugatio est verborum ortorum ab uno, quæ variè commutantur.

In Poëtica συζυγία est pedum duplicitas, ut συζυγία jambica est duplex Jambus ⏑-⏑- quæ alias dicitur Dipodia & Tautopodia. Interdum tamen συζυγία distinguitur contra Dipodiam, ut Dipodia fit cum idem pes geminatur, ut Jambus, qui tunc dicitur Dijãbus. Syzygia verò cum conjunguntur duo contrarij, ut trocheus seu choreus & Jambus -⏑⏑- Dicitur Choriambus.

Sympatheia, συμπάθεια, συμπαθής.

Compassio & compassum scholasticorũ sunt. Ab his Scal. & alij latinitatis studiosi abhorrent & malunt vocem cõsensus, cognationis, convenientiæve naturæ, naturæ duorum continuationem; ut etiam in unum conveniãt. Sed hæc significatio est specialior & φυσικωτέρα, respiciens oppositũ Ἀντιπάθεια (naturæ repugnantia). Ita accipitur in Responsione ad quæstionem istam; Quomodo Cor à notitijs affici in affectibus possit? Resp. Id propter συμπάθειαν fit cordis & cerebri, quæ est vel à nervosllo pusillo, qui à sexto pari nervorum cerebri ad cor pertinet, vel à spirituum communicatione, vel quòd sedes vitę cor est, ut sit hæc συμπάθεια inexplicabilis. Cor autem à notitijs affectum suam affectionem per spiritus cerebro reddit, ut per nervos totum corpus eam percipiat & cordis motibus afficiatur, retaliatione quadam.

Aliàs, ut in Ethic. significat συμπάθεια commiserationem, societatem seu κοινωνίαν doloris, vel sensus alienorum incommodorum, pro qua quidam condolentiam dixerunt, quod delicatiores respuunt. Vide vocem συζυγία.

συμβέβηκε accidit.

συμβέβηκε 1. Propriè est, contingit vel accidens est; ut hoc ex eo accidit, quod illi causam sciunt; hi non item Aristot. 1. Metaphys. c. 1.

2. Impropriè, idem est quod convenit, ut Aristoteles ibidem Socrati accidit, ut homo sit. Ergo, inquis, singularibus accidunt universalia? Respond. Accidere hîc dicitur Aristoteli, quod ita cõvenit subjecto, ut aliquo modo à subjecto distinguatur; singularibus acci-

accidunt, id est, conveniunt universalia.

Sic ait Fonseca etiam in captione accidentis Arist. accepit nomen accidentis nempe pro prædicato quod modo aliquo diversum est à subjecto, cui verè convenit, & in hac enunciatione Homo est animal, cui opponit illam, vestis est indumentum, lib. 8, Dialect. c. 10. sed hanc improprietatem seu ἀτεχνίαν nolim te imitari.

συμβολον

Symboli vocem Scaliger lib. 1. de causis L. Latin. cap. 20. accipit, pro communi quadam re multis. Verba enim sunt. Mutatio literæ est parte incolumi, vel manifesta, vel occulta partis alterius abolitio, assumptioq; extranei, neque enim mutaretur sine symbolo. Apello nunc symbolum quod Philosophi communem quandam rem à natura collatam

Physici, facilius, dicuntur transmutari ea, quæ habent symbolum, id est, quæ habent inter se cognationem; ita in Grammaticis dici potest mutari ea elementa, quæ habent inter se cognationem, quæ est aut generica, ut est vocalis in vocalem, consonantis in consonantem; aut quæ secundum speciem fit, ut est certæ vocalis in certam.

Symbola accipiuntur pro dictis, quæ magni viri semper habent in ore, ita ut quasi sua faciant.

Accipiuntur etiam pro Indiciis significantib⁹ (animo aliquid, ut loquuntur, intimantibus) Medico opus est prudentia in deliberando, & diligentia in operando. Horum utrumque veteres symbolicè voluerūt ostendere, cum Gallum vigilantissimum animal & serpentem prudentiæ symbolum Æsculapio Medico tum fere patri sacrum finxerunt. (Hic symbolum menti aliquid subijcit, seu insinuat)

E Barbarorum, Physicorum schola profectum: Lat: In qualitate convenire seu communicare.

Canon.

Facilior est transitus ab uno symbolizantium in alterum ut facilius fit ex igni aër, quam aqua. Aqua & terra symbolissant, id est, inter se conveniunt in frigido.

συμπληρωματικῶς.

συμπληρωματικῶς significat idem, quod Scholasticis complete universaliter, eiq; opponitur διαιρετικῶς, ut *Multis* impropriè accipitur *pro omnibus*: *Vel singulis individuis*, nullo excepto, ut essentia per se multis (id est toti multitudini individuorum) individuis ejusdem speciei κοινὴ est: propriè vero διαιρετικῶς pro quibusdam.

In Matthæo, qui pro multis effunditur, accipitur διαιρετικῶς pro multis, id est pro electis, seu verè credentibus, pro omnibus n. fusus est sanguis Christi, quod ad ἱκανότητα seu sufficientiam attinet, ratione servatoris, ut cujus passio idonea sit ad servandum & liberandum omnes, modo eam per veram vivamq; sibi applicent fidem; Sed pro solis electis vereq; credentibus effusus est, quod attinet ad efficientiam, seu beatitudinis consecutionem. Ideò non ait pro omnibus, sed pro multis. Hæc Patrum & Scholasticorum sententia est, cui libenter annuo.

συμπλοκή, πλοκή.

Symploce 1. significat complicationem seu copulationem; rerum ejusdem generis, vel diversarum, sive benè, sivè malè cohæreant.

2. Congressum seu conflictum sive is sit hostilis, sive Venereus,

3 Est figura Rhetorica, in qua idem sonus in principio & fine repetitur. Romanus. Aquila inquit, est figura sæpius ab una parte orationis incipiens, & toties in unam eandémq; desinens: Ut Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus.

Quidam vocant ἐπανάληψιν, quæ vox sonat resumptionem.

Elegans exemplum Symploces in his versiculis Jambicis Trimetris seu senariis.

ὁ πολλὰ πράττων { πολλὰ καὶ ἁμαρτάνει / πολλὰς καὶ λύπας ἔχει.

Qui multa aget { Peccabit idem sæpius. / Dolebit idem sæpius.

At Ploce πλοκὴ repetitionis species est Rhetoribus, in qua posterius est prioris quædam descriptio, Ut; in hoc tumultu Consul erat consul, id est erat vir, erat fortis & constans, qualem decet esse consulem. Ad illum diem Memmius erat Memmius. Hic subjecto persona, prædicato qualitas significatur. Deus est Deus (id est, pater) Abrahami. Homo matutinis horis totus est homo, ait Erasmus Roterodamus. Iteratio hæc Emphatica est.

συμπράττειν.

συμπράττειν idem est quod συνεργεῖν, id est adjuvare. Adjuvare autem & auxiliari multi putant, sed errore magno, esse synonyma. Adjuvare est alteri inservire & operam dare. Sic dicimus Aliquem sua opera adjuvare. Auxiliari seu auxilium ferre dicimur ei, qui versatur in periculo, aut cui adversi aliquid accidit: Adjuvare autem etiã eum, cujus res sunt valdè secundæ. Auxiliari ei dicimur, qui ab altero opprimitur, aut oppugnatur: Adjuvare a. etiã eum, qui alterũ oppugnat. Ter. in Eunuch. Faciã sedulo ac dabo operam, adjuvabo. In Phorm. Fortes fortuna adjuvat. Cic. off. 3. Qualis est habendus is, qui non modò non repellit, sed etiam adjuvat injuriam (Hic non rectè diceretur, auxilium fert injuriæ) pro Quint. Non ad mendacium obtinendum: Sed ad verum probandum veritatem adjuvare Pro Archia: Literæ ad percipiendam colendãq; virtutem adjuvant 1. off. Vicinũ potius adjuveris in frugib⁹ percipiẽdis, quàm aut fratrẽ aut familiarem. &c. Gloria in rebus maioribus administrandis adjuvat plurimum. Ibidem: In ijs, qui se adjuvari volunt, non ut ne affligantur, sed ut ad altiorem gradum ascendant, restricti omino nullo modo esse debemus. In his exemplis Auxiliandi verbum non rectè adhiberetur.

Ita aliud est Adjumentum quàm Auxilium, aliud Adjutorem esse, quàm auxilium ferre. Terent. In Psaltria emẽda hic adjutor fuit, id est συνεργός. Cic. Magno ad victoriam fuit adjumento Off. 2. Quos negat sine adjumentis hominum tantas res efficere potuisse. Dion. Lambinus in 9. Eth. Arist.

Usus:

Lib. 3. cap. 11. de moribus dicitur, ὁ θυμὸς συνεργεῖ fortibus. Quæritur An vertendum cum Perionio sit, Ira fortibus subsidio est? Lambinus negat, quod συνεργεῖν non sit idem quod Latinis est subsidio esse. Itaq; vertit, Fortes ira adjuvat, (id est causa est adjuvans) magnũ ad adeunda pericula calcar admovet. Satis acutum: Alicubi Cicero inquit præsidia periculis & adjumenta honoribus quærenda sunt.

συμ-

σύμπτωμα.

Σύμπτωμα Phil. 1. idē est q; casus vel eventus. Interdū distinguunt à voce τύχη. Σύμπτωμα n. dicunt cum quopiam aliquid agente & quod nihil ad rē quæ intervenit, faciat, extrinsecus quippiam excitatum contingit: exempli causa. Te deambulante Solem deficere: ἀπὸ τύχης verò, cum quopiam aliquid agente alicuius rei gratia, aliquid ex eo actu præter propositum evenerit, ut scrobem facientem ut arborem serat, thesaurum defossum invenire. Interdum idem est quod accidens: sic Indorum σύμπτωμα est niger colori sic σύμπτωμα cursus lunaris est deliquium Solis. Aristoteles in lib. de divinatione & somno. Apud Medicos bifariam usurpatur; generatim, & significat quicquid à naturali statu recedit, seu id omne quod præter naturam in corpore accidit, in quo morbus & morbi causa interna continetur. Speciatim verò Medicis σύμπτωμα significat πάθος seu affectionem quæ propriè & immediatè morbum consequitur, non secus atq; umbra corpus, ita ut ubicunq; Symptoma fuerit, necesse sit morbum tanquam causam huius præcessisse, sicut umbra nulla esse potest nisi etiam sit corpus. Sic febris morbus est, dolor capitis, sitis, vigilia Symptomata febris sunt. Pleuritis morbus est, punctio & dolor intolerabilis Symptoma est.

Ac distinguit Galenus συμπτώματα ab accidente: vocat accidens quod consequitur rem aut facultatē rectè ac naturaliter se habentem, qualis est color floridus in puella sana, nigredo in corvo, bona cōcoctio in ventriculo; Symptomata vocat, quæ ad partium morbos accedunt seu adveniunt, ut sunt lippitudo in oculo, pallor faciei, cruditas ventriculi. Sunt & Medici qui Symptoma specialiter acceptum tribus modis accipi dicunt: Uno cōmunissime pro omni alteratione secundum aut præter naturam: sternutamentum, oscitatio, pandiculatio tremor in senibus, rigor, & qualitates mutatæ ex amore & aliis animi passionibus sunt naturalia accidentia, quæ etiam symptomata dicuntur. 2. Minus communiter pro omni eo, quod præter naturam homini accedit, sive morbus sit, sive causa, Symptoma in specie dictum, Ita Symptoma non est opus naturæ. 3. Specialiùs pro his accidentibus, quæ morbum sequuntur. Ita Symptoma est actio læsa à morbo. Defin. Mercati. Fatuitas est Symptoma in actione diminutæ facultatis Existimatricis, Galeno teste, & fit tunc Mercato, cum quis intelligit intelligenda, & parum de iis ratiocinatur. Oblivio Symptoma est in actione abolita vel diminuta memoriæ.

Aristoteles in l. de divinatione in somno usurpat Symptoma pro accidente seu eventu fortuito, qui nulla certa causa, sed casu, ac temerè videtur rem aliquam sequi; ut quædā somnia sunt Somptomata, i. e. accidētia eorū quæ fiunt & eveniunt; Cum ambulante aliquo Eclipsin patitur Sol, eclipsis illa est σύμπτωμα ambulationis, id est casu fortuito accidit ut tum Sol deficeret, cum homo ambularet. Contrà ambulatio etiam hominis est symptoma eclipseos. Neq; n. eclipseos signum est ambulaturum hunc vel illum hominem ac multò minus causa. Siquidem nulla ratione necesse est deficiente Sole hominem ullum progredi, vel ambulare, vel ex scal s deorsum ruere. Memoria digna est sententia Aristotelis: διὰ τῶν συμπτω-

μάτων οὐδὲν ὅτι ἀεὶ γίνεται, οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Nullum est Symptoma quod semper aut ut plurimum accidat.

σύμφυσις.

Symphysis est naturalis ossium unio, per quam ossa, quæ duo erant, continuantur & unũ fiunt. Articulatio est naturalis ossiũ structura, inqua duorũ ossium extrema sese tangunt, sic Hippocrates l. de loc. in hom: Quæcunq; ossa inter se committuntur, ea omnia articulos faciunt. Symphyseos igitur natura in continuitate, articulationis in contiguitate seu solo extremorum contactu consistit.

Symphysis Immediata est vel Mediata. Illa fit sine medio. Sic ossa, quæ mollia sunt & fungosa ἀμέσως (sine medio) coalescunt. Hæc verò fit cum medio. Sic coalescunt ossa ficciora & duriora. Medium coalitionis hîc triplex est, Ligamentum, Cartilago, Musculus.

συναγωγή.

In philosophia 1. συναγωγὴ est multorum in unum collectio. Opponitur διαιρέσει seu ἀναλύσει, quæ unum in multa diducit seu resolvit. Interdum vocatur etiam γένεσις & σύνθεσις.

2. Significat conductionem, ut cum orator in unum conducit assumptionem complexionem ratiocinationis, συναγωγὴ dicitur. Exemplum habes in orat: pro Archia, & alibi. Valentinus Erythræus.

συνακόλουθα.

συνακόλουθα dicuntur connexa, vel consequentia. συνακολούθησις est cohærentia seu connexio: Ut mens non necessario assentitur cuilibet vero, nempe cujus cum primis principiis connexionem & συνακολούθησιν non cernit.

συναλοιφή, Compressio, Collisio.

Synalœphe Grammatica vox est. Est autem duarum vocalium aut diphthongorũ in unam vocalem aut diphthongum mutatio. Estq; vel simplex, vel composita. Simplex fit 1. per Elisionem, ut ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμὲ, id est adversum me. 2. Per crasin, τἀμά, pro τὰ ἐμά, id est mea. 3. Per Synæresin seu contractionem, ut Νηρῇδες pro Νηρηΐδες, id est Nereides.

Composita fit 1. per Elisionem & Synæresin ut κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ, & ego.

2. Per Elisionem & crasin, ut ἐμπαρεδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει, id est, me subit.

3. Per Crasin & Synæresin ὡπόλος, pro ὁ αἰπόλος, id est Æpolus.

4. Per Elisionem, Crasin, & Synæresin: Ut ἐν τἀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ in Æthiopia.

Vocant figuram Scansionis, sed non semper est. Latini imitati sunt, ut græci ἀρετὴ 'στὶ pro ἀρετή ἐστι. Sic Latini: Quid opu'st verbis: pro, quid opus est verbis?

Synizesin vocant, cum in dimensione duæ Syllabæ distinctæ positæ, pro una conjuncta, & quasi contracta syllaba sumuntur, ut apud Hesiod. ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει: pro ῥεῖα monosyll: apud Homerum χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Hic χρυσέῳ dissyl.

συνάρχειν, unà regnare.

συνάρχειν alio modo dicitur in divinis seu Sancta Triade, aliter in rerum gubernatione & conservatione. Hoc est aliter συνάρχει Θεῷ causa secunda, aliter filius seu λόγος Patri. Causæ secundæ dicuntur συνάρχειν causæ primæ, Deo, id est unà cum Deo obire imperium ὡς συνεργοὶ, & ὑπηρέται, id est causæ ministeriales, At ὁ λόγος dicitur patri συνάρχειν, ut patri ἰσοδύναμος. Itaq; filius Dei minimè dicendus est instrumentum patris in gu-

gubernatione mundi. Tres personæ quasi Sociæ in creando, sunt unum mundi, omniumq; rerum in eo efficiens.

συνδυασμὸς. Syndyasmus, συνδύασις.

Syndyasmus duo apud Aristotelem significat.

In Politicis copulationem seu Societatem duorum, qualis est conjugalis verè vel quasi.

In Physicis rerum naturalium, quæ consociari possunt, conjunctionem, ut cum dicit Aristoteles 2. de partibus animal. c. 2. Sanguis est calidus per modum consociationis κατὰ τρίτον συνδυασμὸν. Hic συνδυασμὸς, seu συνδύασις etiam interdum ab Aristotele dicitur μέθεξις participatio & κοινωνία cap. 3. Unde τῷ πάθει aliquid tale dicitur & per accidens, non autem τῇ φύσει ἢ ὑπαρχούσῃ. Jacob. Schegk. ex Aristotele. Exempli causa, sanguis subjecto suo natura calidus non est, quia separatus ab eorum, in quibus habetur, natura citò refrigeratur, sed per συνδυασμὸν (consociationem) planè accidentariam (seu τῷ πάθει, ideoque per accidens. Ignem subjecto seu φύσει calidum esse, seu καθ' ἑαυτὸν seu οἰκεία suaque caliditate constat. Ferrum verò vel aquam per accidens, ex Syndyasi seu μεθέξει (participatione) seu caliditate ἐπικτήτῳ (acquisita). Docet eodem loci Aristoteles, Quod natura tale est, id magis tale esse quam id, quod τῷ πάθει, ὡς per associationem tale est, ut magis calidum est, ὡς κυρίως & ἁπλῶς, natura calidum est quàm quod πάθει, & propter materiá habet calorem ἀλλότριον (alienum) & ἐπίκτητον (ascititium) ut ignis calidior est, quam ferrum, aut aqua calida. Flava bilis φύσει calida est, sed sanguis μεθέξει quadam seu κοινωνίᾳ, seu τῷ πάθει. Calidior igitur est flava bilis quam sanguis. Hæc communicatio Aristotelea κατὰ συνδύασιν, est communicatio καθ' ὑπαρξιν quandam, ut ostendunt exempla Aristotelis & Interpretum: id qui negat, testatur se Aristotelis, loca nunquam inspexisse. Qui igitur sit ei opposita? Nota tamen hic μέθεξιν etiam alia usurpari significatione ab Aristotele, nempe pro participatione definitionis, ut cum species recipit definitionem generis sui.

Porrò συνδύασις, quam hactenus declaravimus, conjunctorum hæc proprietas est, quod in ea non est eadem numero qualitas, sed specie.

Calor quo ignis calet, & calor, quo aqua calida est, non est unus numero, sed specie. Unum siquidem numero accidens subjectivè esse in duobus numero ac natura diversis, distinctisque διαιρετῶς esse non potest. Idem judica de calore vicini, vel contigui & calore sanguinis, quem abeo accipit, & velut mutuatur.

Cum duo συνδυάζονται, quorum alter est frigidus, alter calidus, ita ut ille ab hoc incalescat, calor calefacientis, & calor patientis seu calefacti non est idem numero, sed specie. Cum calefacis manum propter ignem, calor qui in igne est, non est idem cum calore qui impressus est manui tuæ, etsi rectè dicatur manus tua esse particeps facta caloris ignis. Unguenti odore imbuitur testa, odor hic unguenti, & odor testæ non est idem numero, ut non est eadem numero lux, quæ est in lucerna accendente. & quæ est in candela ab illa accensa; id experientia patet magistra. Tolle enim unguentum odoratum è testa, odor nihilo secius unguento manet suus, testæ item suus. Amove [illegible] ab igne, ignis calor in ipso [illegible]

manebit etiam aliquantisper calor impressus manui: separa latus tuum calidum à frigido alterius latere jam inde calefacto; tum tuus calor durabit in tuo latere, ut subjecto, manebit & ad tempus aliquod calor ex conjunctione impressus frigido per se lateri, ut subjecto. His adde, quod, cum calor suus & externus differant intentione & remissione (unus enim altero major est) unus numero esse non potest. Theologi in disputatione de Persona Christi συνδυασμὸν & συνδύασιν κατ' ἐξοχὴν accipiunt de unione seu copulatione hypostatica τοῦ λόγου & carnis, ac disputant essentialia Deitatis Idiomata carni assumptæ communicari κατὰ συνδυασμὸν, copulationem cum subjecto, in quo insunt.

Collatio

Ab Aristotele l. 2. de partibus animal. cap. 2. & 3. dicitur, proprietas ignis est esse calidum; sed hæc συνδυάζεται cum aqua & ferro. Et calidum naturæ sanguinis communicatur. Verùm hujus generis συνδυασμὸς ac communicatio non est, unio & κοινωνία Hypostatica, (etsi hæc revera & quidem eminẽter sit συνδυασμός.) Quis enim orthodoxè & consentaneè veritati dixerit, Divinitatis proprietates inesse assumptæ humanitati per accidens (ut sint ejus accidentia?) Quis rectè dixerit Deitatem esse magis omnipræsentem. humanitatem verò minus omnipræsentem deitate? Aristoteles (3. de partibus 2 c.) ait sanguinem quodammodo esse per se calidum, quodammodo non: Caliditatem inesse in sanguinis ratione, quemadmodum albedo inest in ratione hominis albi. Quis autem dixerit, carnem Christi esse quodammodo per se omnipotentem, & quodammodo non? omnipotentiam esse in ratione carnis Christi, ut albedo est in definitione hominis albi, & caliditas in definitione ignis? Calor in aqua & ferro specie unus est, sed numero diversus ab ignis calore, & differt ab eo, ut effectus à causa & principio πυρὸς. Sed quis rectè dixerit carnem ita esse à Deitate factam omnipotentem, & omnipræsentem, ut Deitatis seu λόγου & humanitatis omnipræsentia & omnipotentia sit specie eadem, numero diversa? Novissimè calor, qui ab igni effectus & introductus est in ferrum alteratione, in ferro, ut in subjecto, inhæret, & ita facit ferrum in se calidum. At omnipotentia & omnipræsentia non inest in carne ut forma essentialis vel accidentalis; & ita carnem non facit omnipotentem & omnipræsentem ἐν ἑαυτῇ.

Συνδεδυασμένον.

1. Συνδεδυασμένον generatim est, τὶ ἐν τῷδε, id est, aliquid in aliquo, seu quo aliquid in aliquo (ut subjecto) significatur, seu quo subjectum & certum πάθος significatur: Seu quod connotat subjectum: ut album: quod connotat cygnũ: nigrum, quod connotat Æthiopem: Dicitur & παρώνυμον, (id est denominatum) & concretum.
2. Συνδυαζόμενον speciatim dicitur, quod subiecto alicui substantiæ per se inest secundo modo, ut simum inest naso, & masculinum animali: Sic accipit Aristoteles 3 Metaphys. 2. 5. Vid. Taurell. cont. Cæsalp

Interdum συνδεδυασμένα vocabula seu Paronyma reponuntur in prædicamento subiecti: Ut Ventus in substantia cum sit aer certa quadam causa agitatus.

3. totum ex multis integratum συνδεδυασμένον nonnunquam dicitur: ut συνδεδυασμένα sunt Concio, Grex, Legio, Astrum, Classis: *quæ tota quædam sunt*

sunt per accidens: quotum unumquodq; ex suis partibus integralibus dicitur esse constitutum Vid: Schegk. in 6. Topic. l. 79. Idem Schegkius Mare vocat συνδυαζόμενον nomen, quia est aqua aliquid perpessa 5. Top. l. 27. Est enim aqua salsa.

Synecticon αἴτιον

Συνεκτικὸν est commune ad unum primario tribuitur causæ naturali, secundario προκαταρκτικῇ.

Definiri potest causa eorum effectuum, qui ita pendent à causa, ut non durent effectus, cum causa tollitur, ut morbus est συνεκτικὸν Sympomatis. Pleuritis est συνεκτικὸν ejus febris. Aliàs dicitur consummata seu τελικὴ effectus. Συνεκτικὴ causa morbi est, qua presente morb⁹ adest, & qua sublata dissolvitur: Sic dicta, quia essentiam morbi, qui est διάθεσις quædam in animalis corpore illius primò lædens actiones, continet: ἐκ παρεσπ ἡλε dicta conjuncta.

Aliquando reipsa distingui possunt hæc caussa & effectum, ut causa morbi & morbus, & in tumore facto humor, qui affluxit est caussa conjuncta & immediata tumoris, sed non morbus ipse, qui est δυσκρασία & formæ mutatio; calculus in urinæ meatibus est συνεκτικὸν & τελικὸν αἴτιον morbi calculosi, non morbus ipse aut Symptoma. In pijs sanctarum actionum causa consummata est Spiritus Sanctus, συναίτιον est voluntas, quæ cœpit renasci.

Aliquādo συνεκτικὸν αἴτιον ita est in ratione morbi intricatum, ut reipsa à morbo separari non possit, sed ratione tantum Et tunc quidam non causam, sed morbum ipsum appellarunt, quæ, ut nihil gravius dicam, non est artis ἀκυρολογία, & qui calculum morbū appellat, obstructionē seu impeditionem urinæ cum re obstruente, id est effectum cum causa, confundit, cum aliud sit αἴτιον παθῶν & aliud πάσχομενον seu effectum. Humorem autem qui morbum facit in eadem culpa est, & in hac insuper, quod morbum naturam seu substantiam facit, qui est vel ἕξις vel διάθεσις in corpore, vel continente, ut docet Hippocrates, cum humor nunquam morbus sit, ne putris quidem, & corruptissimus. Sic spasmus non est muscul⁹ convulsus, sed musculi convulsio. Ita vulnus nō est pars corporis dilacerata, sed partis corporis dilaceratio. Sic peccatum originis, non est natura hominis corrupta, sed naturæ corruptio. Quid multa? Substantia etiam corruptissima peccatum esse non potest, Peccatum enim est in bono ut in actione, vel in substantia.

Causæ febris putridæ sunt aquilones, & frigora constringentia, balneorumque constringentium usus, sed non sunt συνεκτικοὶ verum προκαταρκτικοὶ Causa febris putridæ est cutis astrictio & prohibita transpiratio: Ceterum non est συνεκτικὴ sed antecedens προηγουμένη. Continens autem causa est humor putrescens & accensus in venis. Hæc enim cum effecto suo semper est coniuncta. Προσεχεστάτη causa est coniunctissima & simpliciter proxima. Sic vocat Fernel. materiam primam. Synecticam causam præcedens dicitur προηγουμένη.

Synencliticum.

Synencliticæ dictiones dicuntur dictiones Encliticæ immediatè se invicem in oratione sequentes. In his semper ex una post alteram transfertur acutus in Syllabam antecedentem, excepta ultima, ut cum dico, παρ' ἐμοί σοί ἐστιν ἐκεῖνος, In tua potestate est ille.

Digitized by Google

illa. Lucian. Ἄνθρωπός ἐς πλέμοι φυσίσι σινέως χρῆσθαι τῶ φιλίππῳ. Hic τις & ἐστιν ἄνευ sunt, id est sine accentu.

σύνεσις.

σύνεσις in Ethic. Arist. 6. cap. 10. est intelligentia, unde συνετὸς, id est, intelligens: ἀσυνεσία contrà est stultitia sive stoliditas, tarditas, unde est ἀσύνετος, i. e. stolidus. Neque σύνεσις idē prorsus est q̃ sciētia aut opinio, ὅτι ὅλως ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἢ δόξη, omnes enim essent intelligentes: neq; una aliqua ex scientiis singularibus: ut medicina (in cognitione enim rerum salubrium aut incurauda valetudine versaretur) aut geometria: (Nam in magnitudinibus esset occupata.) Neque enim hæc intelligentia earum rerū est, quæ semper sunt, nunquamque moventur: Neque ullius earum, quæ oriuntur, sed earum de quibus dubitari & cōsultari potest. Quapropter in iisdem sanè in rebus in quibus & prudentia versatur; sed tamen nō est idem intelligētia q̃ prudētia, habet n. vim quāquā præcipiendi atq; imperandi prudentia (nam propositus ei finis est, quid agendum sit, aut non agendum) intelligentia autem judicandi solùm. Idem est enim intelligentia, quod εὐσυνεσία, id est, bona intelligentia (perspicientia,) Nā qui sunt intelligentes iidem quoq; sunt benè intelligentes. Præterea intelligentia nō est neq; habere prudentiā neq; cōsequi: sed ut id, q̃ propriè est discere, intelligere dicitur, cum videlicet docētis scientia aliquis utitur: sic & cum quis opinione ad id utitur; ut qu ęalio loquēte iis de rebus, quarū est prudentia, ipse judicet, ac probè quidem judicet (benè enim & probè εὖ & καλῶς idem sunt,) hinc natum est intelligentiæ nomen; Ex qua benè intelligentes appellantur; ex illa scilicet, quæ est in discendo intelligentia. Sæpe numerò cum discendi verbum pro eo, quod est intelligere, usurpamus.

Iudicandi] In Græco est ἡ σύνεσις κριτική.
Præcipiendi seu imperandi.] In Græco est φρόνησις ἐπιτακτική.
Discendi,] μανθάνειν pro συνιέναι.

σύνεσιν δύναμις ἑρμηνευτική valde exornat & augustam facit.

2. Talem seu constructionem seu anomaliam seu figuram sermonis, Turba ruunt, Docete omnes gentes, baptizantes eos, Grammatici vocaut σύνθεσιν minùs dextrè intelligēterq;. Vocāda est σύνεσις i. e. intellectio quia intellect⁹ seu sensus hìc spectatur, non vox. Baptizantes eos, quia gentes intelliguntur esse homines. Ad sensum, non ad vocē structura refertur. Alias dicitur Hyponæa. Pulmones etiā pro pulmone dicere σύνεσις i. e. intellectio est. Cic. ad Herenn. Græci vocant etiam aliquando Synecdochen.

συνεκδοχή.

Synecdoche alia est Locutionis (Al. Grammatica, alia Orationis, al. Rhetorica.

Syntactica Synecdoche est figura qua totum denominatur à parte. Seu quā quod partis est attribuitur toti. Estq; vel integra: vel Elleptica, integra ut Elephas est curvus secundum dentes Elliptic: ut Elephas est curvus dentes. Hic Qualitas (curvitas) quæ est partis (dentis) attribuitur toti (Elephanti. Ideo compræhensio dicitur seu conceptio, qui simul cum toto pars ponitur.

Rhetorica synecdoche tropus est quo vel pars pro toto vel totum pro parte ponitur.

συνθεσις.

συνθεσις in genere est compositio. In specie Oratoribus est apta & concinna orationis & verborum structura & collocatio. Hæc vetat asperum verborum concursum, cavet ne quid hulcum sit in oratione. Logicis est cõpositio seu genesis, contraria analysi seu retextioni, vel est progressio à principiis ad principiata. Hippocrati est densitas & constrictio.

Grammatici synthesin dicunt pro Appositione, συνθετικῶς, cum appositione. Hæc. συνθεσις sæpe dicitur σύνθεσις ἐξηγητικὴ à Joachim. Camerario. ὁ λόγ☉ ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον, quę doctrina veritatis est Evangelium. Apud Paul. Apost.

σύνθημα constitutũ est. ἀπὸ συνθήματος est ex constituto. Aliâs composito Virg. ex composito. Liv. constitutò Cic. condicto Fest. de compacto Plaut. ex compacto Sueton. Interdum idem est φ signum symbolum, tessera, nota. Scribere συνθηματικῶς est scribere per notas, quæ interdum sunt arcanæ.

Synodus.

Synodus accipitur Politicè, Historicè & Astronomicè. In Astronomica doctrina de aspectibus σύνοδος est cùm signa in eodem loco Zodiaci conveniunt, Latinè conjunctio. In doctrina de Luna & mensibus est interlunium seu novilunium seu coitus lunæ, ut loquitur Plinius, quod tempus Varro dicit intermenstruum, à quo & luna intermestris & intermestrua nominatur. Luna συνοδική est Luna coiens, ita dicta à Ficino, cùm in eodem signo eandem cum sole plagam obtinet, seu cum in eadem cœli parte & eodem signo soli subiicitur.

In Polemica & historia Synodus est prælium & conflictus ἐμ πολέμῳ. In historia etiam est Concilium Comitia, conventus. Ibi synodi aut sunt Christianæ, aut Politicæ. Christianorum synodi duorum sunt generum. Aliæ sunt οἰκουμενικαὶ seu universales, cum congregantur è toto Christiano orbe Episcopi, vulgò statuuntur sex summæ authoritatis 1. Nicena, id est, Niceæ habita temporibus Cõstantini Magni cõtra Arrium 2. Constantinopolitana sub principe Gratiano contra Macedonium & Eudoxum. 3. conventus Ephesinus, Theodosio imperante, contra Nestorium. 4. Chalcedonius, imperante Martiano, contra Eutychem. 5. Bizantinus contra Theodorum, negantem Christi matrem esse Deiparam. Ultima Synodus etiam Bizantina contra Macarium Monothelitam. Sabellius & Platina. Aliæ sunt particulares, Unius nimirum alicujus regionis Episcoporum, hæ sunt nationales & provinciales ut Synodus apud Suessiones agitata contra Petrum Abailardum Philosophum, Philosophicis terminis res Theologicas efferentem, novasq; loquendi formales signantem fuit provincialis.

σοφιστής.

Olim 1. Sophistæ dicebantur Philosophi seu Philosophiæ Professores.

2. Deinde verò Rhetores. Ita igitur honesta appellatio est. Quo pertinet hoc Aristotelis 10. Ethic. Scientiam gubernandarum rerum publicarum Sophistæ profitentur, quorum nullus Rempub. gerit.

3. Postea abiit nomen in invidiam, ut Sophistæ dicerentur, & qui fictam ementitamq; quandam sapientiæ speciem ostentarent, qui inanibus captiunculis discipulos fatigarent, & præ-

ſtigiarum decipulis irretirent, ſeu qui germanæ Philoſophiæ nomen & faciem tanquam meretriculæ honeſtarum & caſtarum fœminarum ementirentur; Et Rhetores illi, qui velut venatores parati erant ad capiendos adoleſcentum ſeu imperitorum animos, ut ait Plato, qui ſua cõmenta ſpecioſa veriſimilitudine vendibilia hominibus obtrudebant, & apud imperitos volubili illa loquentiæ jactantia fidem ſibi comparabãt. Ita Scholaſtici pleriq; omnes ſuperiorũ ſeculorum, qui in infructuoſis interdum næniis, in rixis & inanium ac obſcurorum commentorum ſpectris contentioſè occupati ſunt, à multis Sophiſtæ vocantur.

Sic enim in Argumento in Euthydemum ſeu ἐριστικὸν Platonis Johan: Serranus: Quanta tenebroſæ ignorantiæ caligine proxima patrum noſtrorum ætas noſtra penè memoria fuit per fœdata, quàm magnum σκότος Bricoti cæteræq; Sophiſtarum portentoſæ Chymæræ Doctorum Cherubicorum & Seraphicorum factionibus nominibusq; famoſæ in veram Philoſophiam importarunt!

Antiſophiſtæ igitur dicuntur à Suetonio Sophiſtæ inter ſe pugnantes: quos contentioſa pugnarum diſcordia inter ſe ipſos committit & collidit, variiſq; diſſenſionibus exercet atq; fatigat, in hoc uno fortè concordes, ut veritati & ſimplicitati Philoſophicæ indicant bellum ἀκήρυκτον. Ejus videlicet nomẽ licet prætexant & ſubinde in ore habeant, tamẽ eam improbè ſuis commentis obſcurant atq; contaminant. Johan. Serran.

Synonyma,

Synonyma accipiuntur pro ęquipollentibus. Ut riſivus & ridibundus non ſunt Synonyma, id eſt, non æquipollent. Riſivus enim eſt idem quod γελαστικὸς, id eſt, præditus facultate ridendi. Ridibundus verò habet ſignificationẽ actus frequentis, ut ii qui in præcordiis vulnerati ſunt ridibundi perire dicuntur, Scal. Exer. 317. ſ. 6. μεταμέλεια & diſplicentia cum dolore ob peccatum ſunt Synonyma, id eſt, ejuſdem ſignificationis.

Synonymia eſt forma verborũ aut orationum, qua diverſa verba, vel diverſæ orationes aut figurę eundem planè ſenſum referunt.

Synonyma cum conjunguntur Cicero vocat verba conduplicata.

Scaliger Patin & Alexandrum vocat diverſa.

Synonymia eſt triplex, 1. Verborum 2. Orationum ſeu conſtructionum. 3. Figurarum. Verborum, ſive ſint categoremata ſive ſyncategoremata. Nam & ſignorum eſt Synonymia ſeu æquipollentia, ut omnis, & non nemo: aliquid & non nihil. Non excluſit omnes, id eſt, quoſdam non excluſit. Non excluſit quoslibet, id eſt, delectu quodam alios excluſit, alios admiſit.

Orationum, cum eadem dictio variè cõſtruitur, hoc eſt, variè vel alias regit dictiones, vel ab aliis regitur, ut bona indole juvenis ſtudioſè literis incumbit; & juvenis bonæ indolis diligenter in literas incumbit. Synonymiæ figurarum ſeu figuratæ exempla vide in Copia Eraſmi Roterod. lib. 1. in variatione harum ſententiarum; ſemper dum vivam tui meminero; tuæ literæ me magnopere delectarunt: an ego ullum mel atticum cum tuis amantiſſimis literis contulerim. O ſuavitatis & voluptatis plenas literas tuas. Propè Synonyma ſunt vocabula cognatæ ſignificationis ut Alacer dicitur, qui ingreditur ſenſibus univerſis.

quod

quod indicium est erecti ac sublimis animi hurtig, Ἀδελφὸς, id est, cognatus seu geminus huius est vividus.

σύνορος πραγματεία Aristotelis.

Latinis est tractatio confinis, seu in confinio duorum posita. Zabarella statuit physici esse cognoscere viventis corporis aptitudinem, qua & sanum potest esse, & ægrũ, & universaliter, quid sit sanitas, quid ægritudo. Particulares autẽ diversorum morborũ causas, nec non eas quæ sanitatem conservant, & eas quæ perditam restituunt, ac singulos morbos pellunt, cognoscere esse Medici. Hæc enim omnia πάθησιν id est, effectionem respiciunt. Ideoq́ue putat Aristotelem dicere tractationem de sanitate & ægritudine esse quodammodo in confinio scientiæ naturalis, & artis Medicæ, & in ea desinere naturalem scientiam, ab ea verò medicam artem oriri, indeque ad particularem morborum omnium, & propriarum causarum, à quibus producuntur, & per quas expelluntur, notitiam progredi.

συνουσία.

συνουσία 1. significat congressum & congregationẽ, usum familiarem, qualis est in amore, conversationẽ & copulationẽ, pro quibus Basilius M. etiam dicit συνάφειαν & προσεδρείαν. In oratione quod Deus non sit author peccati τί δὲ ἦν αὐτῷ τὸ προηγούμενον ἀγαθὸν; ἡ προσεδρεία τῷ Θεῷ, καὶ ἡ διὰ τῆς ἀγάπης συνάφεια. At quod erat eius (hominis) originale bonum? assidua cum Deo conversatio, & ardens copulatio, peculiariter tribuitur congressui Mathematicorum. Legimus Euclidem mutato habitu post Atheniensium edictum contra Megarenses editum venisse ad Synusias Mathematicorũ & philosophorum acroaseis, quas

quidem hodie nostris in Academijs, Collegia publica & privata appellare solemus, in quibus theses ad disputandum proponimus. Dasypodius in Protheoria Mathematica. Quæ Mathematicis dicuntur συνουσίαι à Grammaticis Scholæ, à Logicis ἐντεύξεις συζητήσεις, à philosophis ἀκροάσεις, à Theologis Homiliæ, à Medicis & Jureconsultis Consilia ac Consultationes, ab Hebræis Synagogæ vocantur. Accipitur etiam pro coexistentia, ut loquuntur Scholastici, duorum vel plurium vel συνουσιώσει, id est consubstantiatione, h. e. duarũ substantiarũ conjunctione, qualis est ferri & ignis in ignito ferro, quæ cõjunctio realis est. Petro de Aliaco, & ejus sequacibus, specialis & extraordinaria συνουσία est, qua duæ substantię diversissimę seu heterogeneę, altera panis, altera corporis Christi in Eucharistia uniuntur, & conjunguntur. μῆλον ἔριδος.

Συντήρησις.

Ad rationem practicam (quæ semper παρακαλεῖ seu hortatur ad meliora, ut dicit Aristoteles) pertinet συντήρησις sic dicta quod sit vis mentis, custos & conservatrix notitiæ legis naturæ, hoc est, notitiarum quæ nobis innatæ sunt de rectè factis ac secus, & ita vitiorum est adversaria. Hæc est habitus principiorum practicorum (id est ad actiones moresq́; pertinentium) nobis innatus attendens & servans ea, instigans ad bonum & revocans à malo. Damascenus. Ut contra σύνεσις est habitus principiorum contemplationis studio comparatus, illa conservans. Idẽ. συντήρησις in Syllogismo practico seu morali facultate judicandi adhibita propositionem suppeditat. Conscientia seu συνείδησις promit ac suggerit assumptionem, factũ

ad

ad regulam accommodans. Dictatrix ratio concludit, id est, de facto quod subsumpsit conscientia, ut judex in conclusione pronuntiat, judicat de facto laudéne, an vituperatione; præmióne, an pœna dignum sit. Sequitur autem Syllogismum practicum in mente lætitia vel dolor; Spes vel metus. Exempli causa; Synteresis, Syllogismus practicus Hectoris: Honesta facta sunt digna laude. Conscientia: Defendere patriam & pro ea fortiter mori est honestum factum. Iudex Ratio seu κριτήριον. Ergo defendere patriam & pro ea fortiter oecumbere dignum laude est. Hunc syllogismũ in mente Hectoris secuta est lætitia, quæ ipsius animum in gravissimis periculis ita afficiebat, ut pro patria sanguinẽ profundere nõ pertimuerit. Syllogism⁹ πρακτικὸς Oedipi manifestus. Synteresis adhibita virtute judicaria in Oedipo Rege Thebanorum hanc dat propositionem: Turpissima facta gravissimis pœnis sunt digna. Conscientia ejusdem subsumit; Incestus cum matre concubitus & parricidium sunt turpissima facta. τὸ κριτήριον seu judicium mentis concludit: Ergo incestus cum matre concubitus & parricidium sunt dignissima atrocissimis pœnis. Hunc Syllogismũ in mente Oedipi tantus consecutus est dolor, ut impatiens turpitudinis à se admissæ sibi ipse eruerit oculos. Syllogism⁹ Practicus Ezechiæ. Considerat Ezechias unum esse verum Deum, cui soli verus cultus sit præstandus, idq; monstrat ei Synteresis ex primo præcepto. Ego sum Deus tuus: & 2. Non facies tibi sculptile. Accedit conscientia seu mentis conscientiæ vis ad Synterisin factum accommodans: Ratio demum quid faciendum sit concludit: Unus Deus est colendus, verus Deus Israelis. Idololatria non unum Deum, sed plures fingit. Ergo Idololatria est abolenda. Hoc judicio conscientiæ incitatus Ezechias succidit lucos, dissipat conciliabula, evertit statuas, abolet Idolorũ cultum. Syllogismus a. hic est Crypticus pro propositione enim, quę occultatur, hac; Quod fingit plures Deos, est abolendum; probatio ejus adhibita est; unus Deus est colendus &c. Syllogismus Practicus Davidis cum abstinet ab Saulis interfectione in spelunca sibi oblati: Non violandus est Magistratus divinitus constitutus: Saul est Magistratus divinitus cõstitutus. Ergo absit ut ego ei vim inferam. Syllogismus igitur Practicus est Syllogismus in quo judicium mentis seu conscientiæ de facto affirmatè vel negatè Lege naturæ exquiritur.

Συνυπάρχοντα.

Συνυπάρχοντα, dicuntur cohærentia, quæ cohærent, vel apta nata sunt cohærere. Barbari vocant coëxistentia.

Ita vocantur connexa seu conjuncta Logicorum, ut justificatio & sanctificatio, dulcedo & albedo in lacte. Sunt autem talia vel per contactum, aut penetrationem vel per virtutem aut σχέσιν. Per contactum, aut penetrationẽ ut cum duo corpora dicuntur simul existere: per virtutem, ut cum simul existunt, seu conjungũtur visibile & oculus, magnes & ferrum: per σχέσιν, ut cum dicuntur simul esse relata.

συνύπαρξις est coexistentia duorum aut plurium.

Usus.

Quæritur, an duo corpora, gloriosum & non gloriosum sint συνυπάρχοντα. per penetrationem? Respondetur à scholasticis quibus-

quibusdam. Subtilitatis dotem glorioso corpori hoc conferre, ut penetrare possit corpus non gloriosum ζυνπάρξει, simul coexistendo dicunt Barbari. Sunt & qui volunt penetrationem hanc fieri, vel per poros, vel dividendo partes.

ζυνπαρξία:
- localis, in eodem loco coexistentia,
- Virtualis.
- σχέσει

Propter ζυνύπαρξιν & cohæsionem localem ferri cum igne, dicitur ferrum vim habere urendi, & urere.

Denominatio hæc est externa, non interna, quia facultas urendi, quæ ignis est propria, non inhæret ferro sed igni, Dico, Quæ ignis est, quia ferro etiam impressus est ex unione hac calor urens, sed is, non est idem numero cum calore ignis proprio, sed idem specie seu similis. Ita concurrit seu συμπεπλεγμένη est denominatio interna.

Canon.

ζυνύπαρκτα de se invicem dicuntur propter subjecti illorum identitatem; seu identitas subjecti duarum formarum facit, ut ex iis (formis) deducta, de se invicem prædicentur, ut hoc album, & hoc dulce, quæ ex formis accidentalibus deducta sunt, de se invicem prædicantur propter ταυτότητα subjecti utriusq; accidentis.

Usus in sacris.

Sic (ἀναλόγως) Dei filius & homo de se invicem prædicantur. Filius Mariæ est Dei filius propter subjecti, quod Christus est, unitatem.

Penetratio dimensionũ, de qua disputatur ἀμφιλόγως, fit:
- Per συνυπαρξίαν, corporum coexistentiam in eodem loco.
- Per poros, interiores meatus
- Per divisionem partium.

Systasis.

Systasis 1. accipitur pro existentia seu consistentia rei, ut cum Scholastici Corporis Christi naturalem consistentiam opponunt Sacramentali. Vid. Biel. l. 4. d. 9 q. 1. Corp' Christi in veteri Testamento non erat in naturali consistentia. l. 4. d. 8. q. 1.

2. Pro constitutione Corporum vel partium.

Hæc est aut κατὰ φύσιν (secundum naturam seu naturalis, id est, quæ secundum naturam se habet), aut παρὰ φύσιν (præter naturã seu præternaturalis, quæ à naturali perfectione recessit ita ut officiat necessariis actionibus & sentiatur) aut οὐδέτερα, id est neutra: id est, quæ licet recesserit à perfectione, nondũ tamen sentitur.

Naturalis consistit in partium εὐκρασία, & συμμετρία. Partium similarium εὐκρασία, est apta & conveniens primarum qualitatum temperies. Symmetria partium organicarum est apta & concinna proportio, quoad magnitudinem, figuram, numerum, situm, ac justa cohærentia & continuitas utrarumq;

E. gr. Cranii seu calvariæ hæc est σύστασις cum περιεκτικοῖς: primò in eo occurrit cutis, cui pili radicibus suis inhærẽt. Sub cute est membrana, quæ dicitur

περικρανιος (quæ convexam calvariæ partem circundat) quòd Craniũ extrinſecus ambiat. Sub hac igitur membrana eſt Cranion: In Cranio ſunt ſuturæ: Sub Cranio duæ meninges contegentes cerebrum: Exterior dura: Interior mollis. Sub his igitur cerebrum: In hoc ſunt ventriculi.

3. Oratoribus ſyſtaſis eſt commendatio, collaudatio: Συςατικαὶ literæ ſunt comendatitiæ quo pertinent quæ Gratiano ſunt diſtinctione 73. literæ Dimiſſoriæ Paßpforte.

4. σύςασις λόγου eſt compoſitio ςύνθεσις, συνθήκη, conformatio, conſtitutio orationis, cui opponitur διαίρεςις ἢ ἀνάλυςις. At κατασκευὴ eſt propoſitio rei ſeu negotii; eſt id de quo agitur 5. σύςασις in Magia capitur pro effectione: ut Magia eſt invocatio beneficorum dæmonum πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς σύςαςιν, ad boni alicujus effectionem.

In Grammatica ubi agitur de literis connexilibus Syſtaſis eſt conjunctio, eiq; opponitur διάςασις, id eſt, disjunctio.

Scaliger lib. 1. de cauſis linguæ latinæ. c. 35. pag. 80.

Omnis literarum cohærentia aut in eadem ſyllaba fit, quam propterea Græci σύςαςιν dicunt, quam nos in Philoſophia aliquando conſtitutionem: aliâs concretionem, hic facilius conjunctionem dicamus, per quam Syllaba, quæ literarum conjunctio quædam ſit, conſtat, aut in diverſa diſtrahuntur literæ, neq; ſub eundẽ tenorem veniunt, icircoq; διάςαςιν vocant græci, nos diſcretionem disjunctionemve nominamus, ipſasq; literas diſſitas. Exempli cauſa D. disjungatur à B. in Abdomen. Hæc eſt διάςασις disjunctio: S. conjungatur cum P. in Reſpicio & Aſpiratio. Hæc eſt ςύςασις, & cohærentia. Cardanus accipit σύςασιν pro ſubſtantia ſecutus Medicos Scal. hanc vocat craſſam abuſionẽ. (Subſtantiæ & relationis) Vid. ex. 61. Sed dandũ eſt aliquid doctorum uſui, qui ſic loquuntur, Phlegma eſt παρὰ φύσιν & corruptũ, quoad σύςασιν, i.e. conſiſtentiã ſeu ſubſtantiã eſt vel aquoſum, tenue, ex multo uſu cibariorum humidorũ & imbecilliore calore, vel eſt craſſum ut appareat tanquam pus & crudum, minus habens aëriæ humiditatis, plus ſiccæ craſſitiei terreſtris; vel mucoſum, quod lentorem & viſciditatem contraxit, ex mora longiore, in loco concluſo & calidiore: Elicitur hoc magnam partem per nares & palatum. Huic opponitur corruptum, quoad ſaporem.

ςύςοιχα.

Syſtœcha in doctrina Analytica Ariſtotelea ſunt, quæ ejusdem ſunt ordinis, quæ ſunt ex eadem Syſtœchia, i.e. ordine, ut genera, ſpecies quæ prædicantur. Ei opponuntur, quæ ſunt diverſi ordinis, ut Materia & forma. Materia enim ſub δυνάμει; forma ſub ἐντελεχείᾳ continetur. Duo modi ſunt, quibus poſſunt eſſe plures unius & ejusdem demonſtrationes. Unus cum ejusdem συςοιχίας plura media, ſed non continuata (μὴ συνεχῆ) ſumuntur, ut ſi demonſtretur de B. per G. & per D. & per Z. Alter modus demonſtrandi pluribus mediis, cum ex diverſa Syſtœchia media ſumuntur, nec tamen ita diverſa, quin alterum poſſit Paronymicè de altero prædicari, quod ipſum ſcilicet accidit, quia ambo uni cuidam inſunt ſubjecto. Talia ſunt materia & forma, Materia enim de forma dicitur Paronymicè, ut & à terra dicitur terreum, & Caro pars ſanguinea, quemadmodum nervus dicitur pars ſpermatica: Viciſſim ma-

Digitized by Google

materia denominari solet à forma, ut ab anima, corpus animatum: lignum à rotunditate rotundum: Corpus à sanitate sanum dicitur & tamen Materia & forma non sunt Systocha.

Ϛυστολὴ, Systole, Contractio: Diastole, Dilatatio.

Primum in pulsu fit Systole & diastole, è quibus systole est contractio cordis, id est, thalamorum in hoc compressio, & eorum quæ his continentur, spiritus nimirum & sanguinis expressio. Diastole contra dilatatio est horum, inter quæ ῥυθμὸν considerant Medici, sicut inter ἄρσιν & θέσιν Poëtæ. Diastole autem attrahit sanguinem in dextrũ, & aërem ex pulmone captum in sinistrum thalamum. Systole generatim in dextro sanguinem in pulmones expellit per arteriosam venam, & generatum in sinistro spiritũ in aortam transmittit: aërem autem per tracheam à pulmonibus avectum, & calidum quasiq; fuliginosum redditum neque amplius cordi ad refrigerandum utilem per arteriã venosam emittit, & simul advehit aliquid spiritus vitalis pulmoni: Ita per vices inpulsu aperiuntur, & clauduntur in thalamis cordis vasa hoc modo. Systole arterialem venam in dextro, aortamque ac venosam arteriam in sinistro aperit, & claudit venam cavam. Diastole cavam aperit, & arteriam venosam, & claudit arterialem venam & aortam. Itaque in utroque ventriculo, unum claudit & alterum aperit, unde membranarum illarum, quibus cordis vasa clauduntur & aperiuntur, usus, & natura consideretur. Arteria tamen venosa, cum respirationi serviat, in motu cordis aperitur & clauditur, sed non semper accipit etiam & reddit plenũ spiritum, sed spiritum tamen semper aliquem. Nam cum reprimitur & differtur spiratio, cordis motus non cessat, non intermittitur. Tunc enim arteria venosa reliquias aeris de pulmonum latebris reddit & accipit. Cum pulmones rectè valentes sunt, semper plus aëris attrahunt, quàm cum respiratione absumitur, ut sint penu spirituum seu ταμίαι πνευμάτων, ut ait Plato. Nam sine aëre ne momentum quidem vitam degere possumus, cum sine cibo & potu plures sæpe dies vivere possimus. Cordis autem motum sequuntur arteriæ.

Ex his hoc cognoscitur: in pulsu non tantum attrahi aërem, sed & aërem & sanguinem, & emitti non tantum spiritum, sed & spiritum & sanguinem, atque insuper etiam aërem, & calefactum quidem, & ad refrigerandum cor inutilem, ut accipiat cor duo, sanguinem & aërem per diastolen, & reddat tria, sanguinem, spiritum, & aerem per systolem.

2. Fiunt & diastolæ & systolæ in mixtis non animatis.

3. Poëtis Diastole est figura, cum aut dictio à dictione distrahitur, aut syllaba contra naturam extenditur; Dicitur etiam diacope, ut quo me cunq; Deus vocat. Systole huic contraria est, cum syllaba longa corripitur, ut steterunt pro stetērunt. Generalius etiam à Græcis Ϛυστολὴ accipitur, nempe quando τὰ ἐκτεινόμενα δίχρονα συστέλλῃ, ἢ τὰ μακρὰ ἢ τὰ βραχέα ἀντίστοιχα αὐτῶν μεταπέσῃ. οἷον φυσίζοος ἀντὶ τοῦ φυσίζωος, ζερὸν ἀντὶ τοῦ ζηρὸν

Σχέσις.

Schesis habitudo est seu affectio. Differt ab ἕξει ut Genus à specie. Nam & ἕξις est habitudo continuata; vel differunt σχέσις & ἕξις gradibus: ἕξις enim est jam confirmata permanensque

que habitudo: σχέσις est parabilis & delebilis, teste Scal. 3. poët. c. 1.

σχέσις
- *Affectio*
  - διάθεσις
  - πάθος *seu passio & conditio.*
- *Relatio, ut effecta denominantur à modo unde causa denominatur, propter nominatam σχέσιν.*

Ut schesis id est relatio, non producit effectum Physicum, itaq; æqualitas quæ σχέσις est propriè nō est causa quietis inæqualitatis motus.

Syllogis. σχέσις non producit effectū naturalem. Æqualitas est σχέσις & quies est effectus naturalis. Ergo æqualitas non producit effectum naturalem, quietem. At producere potest moralem. Nam Respub. illa consistere & durare nequit, in qua geometrica rationum æqualitas non servatur in justitia distributiva, ut cum κατ' ἀξίαν (secundum dignitatem) & personarum respectum distributio fit. Ideo Aristoteles. 5. politicorum inæqualitatē statuit principalem esse causam eversionum ejusmodi rerum publicarum.

In oratoria Schesis Fusio est schema quo adversariorū affectum quemlibet fingimus, cui respondeamus. Vide exemplum in Rhetor: Iusti Vultej.

Grāmaticis seu Philologis nominum schesis est cum cuiq; substantivo suū adjectivū respondet, cum singula adjectiva respiciunt singula substantiva.

σχολή.

Σχολὴ *1. est quies in genere seu otium. 2. In specie est otium Philosophicum. 3. Gymnasium. Aliud est ἀνάπαυσις, id est, requies seu levamentum, ut vertit Lamb. in 6. Eth. Arist. Requies sequitur defatigationem à labore seu remedium. Quies verò seu σχολὴ labores ipsos ita temperat ut actio placida & quieti simillima videatur. In futura vita b[illegible]tarum mentium ἀνάπαυσις erit & q[illegible]dem æterna. σχολὴ perfectissima. Th. Zving. in 6. cap. 6. Eth. Arist. qui 7. cap. ejusdem lib ait: Theoricam beatit[illegible]nem esse σχολὴν id est quiete.*

4. *Scholæ sunt cōmentationes, exerc[illegible]nes, disputationes, quæ per otium [illegible] ut quinq; dierum Scholæ Cic. σχ[illegible] brevior alicujus interpretatio, [illegible]μα σχολὴ forte est ab Hebr. Sch[illegible] vox significat locum quietis.*

Σφαῖρα.

ἐκ τοῦ κεῖσθαι (è situ) *tres sunt σχ[illegible] bitus sphærarum. Primus [illegible] dicitur Recta seu ὀρθή Sphæ[illegible] rectos angulos finitoris. Alter S[illegible] qui dicitur τῆς ἐγκεκλιμένης, [illegible] que Sphæræ. Tertius* Stanti[illegible] τῆ[illegible] δῦ: *tunc enim Æquator, [illegible] zontis vicem obtinet ac in [illegible] ctum convertitur omni[illegible] tilis (quam homines agun[illegible] versatilem) & habitum [illegible] nem refert. Minus autem pr[illegible] dice Jos. Scaligero, Sphæra recta [illegible] propter rectos angulos, quos H[illegible] cum Æquatore facit qu[illegible] los transit: cum ea appellatio [illegible] Sphæræ magis propria sit [illegible] quator & Horizon idem s[illegible] I[illegible] rectus situs est perinde ut ho[illegible] situs cum stat, non cum jacet. [illegible] inquit idem Scal. ut re[illegible] pl[illegible] dicitur stare, sedere, jac[illegible] κεῖσθαι. Sic Sphæræ app[illegible] κεῖσθαι (à situ) esse debebat, [illegible] recta dicitur non κατὰ τὸ κεῖσθαι [illegible] κατὰ τὸ σχεῖν, quia sc. ejus σχέσις a[illegible] zontem recta est. Jos. Scal. & ante [illegible] τῶν ἀστρονόμων οἱ χαρίεντες.*

Sphæra

Sphæra
- Iacens, Una quia unus Æquator. utr aque ἀπαράλλακτος, i.e. immutabilis.
- Stans, Duplex quia poli duo.
- Sedens, Hujus diversitates & parallaxes multæ.

Immutabilis) cum enim vel minimum in jacente seu recta attolletur polus, aut in stante deprimetur, statim & rectæ & stantis nomen perit.

σφιγκτὴρ.

σφιγκτὴρ 1. accipitur propriè pro orbiculari musculo podicis.

2. Translate pro musculo in orificio vesicæ.

3. Pro podice seu ano, Synecdochice ἠσυνεκδοχικῶς

Explicatio primæ significationis.

Ubi intestinum rectum definit, anus nominatur, qua parte de intestino recto excrementa deiiciuntur, & intestinorum finis est, Aristot. πρωκτὸς, aliis δακτύλος, & σφαιρὴ, à figura rotunda, ut videtur, annuli & corollæ forma, quibus vocabulis appellasse videntur totum quod ibi apparet, & intestinum & musculum orbicularem.

Circundat autem ibi ambitum intestini, unus musculus rotundus, quo intestini ille exitus constringitur, quipropriè ab officio nominatur σφιγκτὴρ, id est constrictor.

Demonstratur autem ab Anatomicis, quod sint ad finem in intestino recto musculi tres; duo quibus sursum attrahitur, unus, qui constringit exitus ora.

σχίσμα.

σχίσμα 1. γενικῶς significat. Aliâs σχισμὴ 2. ειδικῶς & per Synecdochen est naturalium muliebrium rima, id est cunnus. Pollux. 3 per metaphoram dissidium, διχοστασία sic Apost. Audio inter vos esse σχίσματα μέρος τι, dissidia aliqua ex parte.

Theodor. Bez. Si animorum non opinionum dissensio fuerit, Schismaticos ejusmodi homines, non hæreticos dices. Illi Ecclesiæ concordiam lacerant. Hinc patet ratio metaphoræ seu analogia.

Σιωπώμενον.

Σιωπώμενον est reticentia Græcis oratoribus. Aliquid dicitur κατὰ σιωπώμενον, cum aliquid intelligendum est, seu cū innuitur aliquid intelligendū, q; non est expressum. Apud Terent. Audivi Achilles: jam dudum Lesbiam adduci jubes, cum jussum illud non commemoret. Tale est Joh. 11. Magister adest & vocat. Intelligendum enim verbis Jesu accitam tunc fuisse Mariam requirentis illam. Joach. Camer.

σκαιὸν.

σκαιὸν, quod est sinistrum Latinis, aliis pro bono & felici, aliis pro malo & infelici seu adverso accipitur nonnunquam. Nam cum Romanis lævus sic ortus, dexter verò occasus, judicarunt fulmina, quæ à læva cæli parte venirent, & in eandem redirent, esse felicia & prospera. Virg: subitoque fragore. Intonuit lævum. Hic Anchises lævum fulmen interpretatus est bonum omen Romano more. sic Cicero lib. 2. de Divinat: Quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, sinistrum fuerit. Hinc est veterum Latinorum, ut Varronis &

Digitized by Google

Plauti BONASCÆVA Græci verò dextera auspicatiora divinabant, unde proverbij loco ferebatur ἀστραπὴν ἐπιδέξια, fulgurum dextra id est dextera fulgura. Dextris fulguribus pro bonis ominibus Vide apud Xenophontem l. 7. βροντὴ δεξιά. Sic ignem fatuum si solitarius sit (vocant tunc Helenam) Latinis est exitialis gravisque. Euripidi verò in Oreste est ναυτίλοις σωτῆρας i.e. nautis salutaris. Geminæ (vocant Pollucē & Castorem) Plinio & Senecæ etiam sunt salutares ex vulgi opinone.

σκαιὰ μέλη forte fuerunt sinistrarum tibiarum, quarū Jonica est harmonia, quæ ita appellatæ sunt à latere sinistro unde inflarentur, sicut contrà dextræ à dextro.

σκίνδαψος.

Scindapsus est instrumentum lyricum tetrachordon vel herba quædam exotica, similis hederæ.

Multi cùm vocem legunt Scindapsus, nihil omninò esse, atq; pro nihilo ab Aristotele positam fuisse putant. Scal. ex. 302. qui hoc tribuit Galenistis.

σκάνδαλον.

Scandalum significat offendiculum, id est, aliquid ad quod impingens labitur seu trepidat; à σκάζω, id est, claudico. Impropriè sumitur cùm significat ipsam offensionem, quæ propriè est Scandali correlativum. Proeodē ferè accipitur πρόσκομμα Ad Rom. 14 cap. Σκανδαλίζειν significat machinationem ad capiendum & implicandū id quod ijs fit, quas tendiculas vocarunt. Joach. Camer. Est ponere alicui offendiculum, scandalum, lapsus occasionem: dare alicui scandali occasionem, offensionem suscitare. Scandalum in re aliqua datum dicitur, cujus culpa ab autore rei ipsius profecta est. Acceptum est, quod sinister vel malevolus interpres sine causa in offensionis causam rapit. Talia erant scandala Pharisaica. In Theolog. scandalum est dictum vel factū aut exemplum, quo alius fit deterior, seu quia error in eo confirmatur, seu quia imitatur exemplum malum, seu quia majores odij flammas adversus veram doctrinam concipit.

Basilius ἐν ἀσκητικοῖς sic definit: Est quicquid vel ad defectionem à veritate pietatis adducit, vel efficit ut error alliciatur, vel adjuvat impietatis ædificationem, vel omnino quicquid impedimentum infert & prohibet quo minus obediatur mandato Dei etiamsi ipsa mors oppetenda sit.

Σκάπτω.

Σκάπτω & Σκάπτω (unde scabies) significat sarrio, fodio, & scalpo. Fossio autem proprie est quædam terræ subactio. Scalptio est cutis rarefa[illegible] qua & emittitur id quod urit, & humor attenuatur, ut id exhalet.

Σκαπτὸν fossitium est.

Σκηνή.

Σκηναὶ sunt umbracula. In Comœd. & Tragœd. scenæ sunt habitacula personarum. Sunt castra & tentoria militiæ. Nam σκηνοῦν verbum militare est.

In pagina sacra dicuntur etiam scenæ tabernacula, sub quibus habitabant Israelitæ in deserto. Et per ex[c]ellentiam σκηνὴ est tabernaculum fœd[eri]s, quod typus est Corporis Christi. Et Paulus 2. Cor. 5. Per translationem corpus nostrū vocat σκῆνος, q in hac terra variis fit objectum tempestatibus & afflictationib⁹ σκήνωσις pro habitatione accipitur translatè. Scenopegia

pegia octo dies festi Hebræorum à figendis tabernaculis. Ἑορτὴ σκηνῶν feriæ tabernaculorum. Locus ante scenam proscenium est in quo fiunt agentium discursiones.

σπίθαμα.

σπίθαμα est mensura dodrantis, palmus.
Vita quid est hominis? vix ausim dicere Palmum.
Manè ego florentē vespere quæro: Fuit.
Et:
Vis hominis vitam dicere? dic Spithamam.

στρατήγημα.

στρατηγηματικὴ φρόνησις est bellica prudentia. τέχνη στρατηγηματικὴ est disciplina bellica, cui opponitur urbana. στρατηγηματικά. Frontinus vocat omnia Ducum, & Imperatorum gesta tam occulta quàm aperta, ita ut disciplinam militarem comprehendant. στρατηγήματα verò ea, quæ simulata arte prudentiaq; & solertia singulari, vel in cavendo vel in opprimendo hoste, ex cogitata & perfecta fuerunt. Latinis sunt astus seu versutiæ Imperatoriæ. Est autem στρατήγημα κατ᾽ ἐξοχὴν in bello dolus bonus cum justitia. Pertinet ad prudentiam obliquam, cui opponitur directa. Consistit in inveniendo & agendo.

συμπλεχθέντα.

συμπλεχθέντα, complexa, conjuncta, opponuntur κεχωρισμένοις seu singulis. Sic docent Oratores: τὰ εἰκότα signa verisimilia, ἔνδοξα, partim singula movent suo pondere, seu sunt πιθανὰ ἢ πιστωτικά: Quæ dicuntur Idia ἢ κεχωρισμένα: partim etiamsi videntur esse exigua per se & εὐέλεγκτα hoc est facilia refutatu, multùm tamē proficiunt, cum sunt coacervata seu conglobata: quæ dicuntur συμπλεχθέντα ἢ συνηθροισμένα. Ovid: Quæ non prosunt singula, multa juvant (ut non sint λύσιμα) Ab his (ἐνδόξοις) signis aliud est τεκμήριον, quod est propria & certa rei nota. Itaq; permagnum habet momentum ad comprobandum.

σύγχυσις.

σύγχυσις vel rerum vel verborum est. Rerum est mixtura seu confusio, qualis fit in officinis medic.

σύγχυσις in Gram. est orationis vitiū, estque confusa ac perturbata verborum transgressio. Horatius:

Namq; pila lippis inimicum & ludere crudis, id est, namq; pila ludere est inimicum lippis & crudis.

σύν.

σύν, sicut & μετὰ, interdum usurpatur de pluribus ut de duobus, ut filius cum patre abit ad nundinas. Hominem adoro cum Deo, ut dicebat Nestor. Aliâs de uno per complexum seu σύνθεσιν, ut filium adoro cum carne ejus, qua phrasi usus est Cyrillus, id est, adoro συναμφότερον.

συνδρομή.

συνδρομή, concursio, interdum idem est quod ἀντιπαράστασις, cum oratio nostra concurrit cum aliorum cogitationibus.

Theophylactus ad Ἐὰν ἐγὼ μαρτ. 5. cap. Joh. Hoc dicit ad Judæorum ὑπόληψιν, id est, opinionem ἐναντικῶς, id est adversando seu opponendo. Alterum autem illud dictum: Joh: 8. Quamvis ego testificer de me ipso, testimonium meum verum est: concurrens cum cogitatione Judæorum dictū est κατὰ ἀντιπαράστασιν, id est eâ figurâ, quę nomen habet à contraria assertione, ἔτι συνδρομήν, id est quam etiam συνδρομὴν seu concursionem vocarunt.

Digitized by Google

Intellige ἔνστασιν esse objectionem evertentem id quod aliquis ratiocinando conclusit: Ἀντιπαράστασιν v. seu συνδρομὴν contrariā assertionē quę infertur, seu assertionem contrarii in quadam velut assensione seu concessione.

συνδεσμὸς.

σύνδεσμος Logicis est vinculum seu copula enunciativa.

Politicis & Irenicis est vinculum pacis.

Anatomicis pars nervosa connectens seu committens artus.

Astronom. stella præfulgens ἐν ἄκρῳ τῷ λίνῳ in veli navis extremitate. Et Ecleiptici σύνδεσμοι sunt nodi, de quibus in Ecleipsi Lunæ agitur.

In Grammatic. σύνδεσμος συμπλεκτικὸς est copulativa conjunctio Hermogeni, seu συμπλεκτικῶς ἔχων copulate se habens.

συνθέσει seu conjunctione unum est unum συνθέσει seu ratione copulationis, ut cum dicitur: Homo est justus. Iacob Scheck. περὶ ἑρμην.

Huic enunciatū opponitur multiplex, dissolubile in multa enunciata, ut hic λόγος ἀσύνθετος: Homo est prudens, justus, fortis.

Συνεκτῶς.

συνεκτῶς, περιεκτῶς, παθητικῶς accipitur, ut συνεκτικῶς & περιεκτικῶς, ἐνεργητικῶς. Deus omnipræsens est, non συνεκτῶς id est non ut contineatur & comprehendatur, sed συνεκτικῶς id est ut contineat & comprehendat omnia; non περιεκτῶς, sed περιεκτικῶς, quod eodem redit, non ut capiatur, sed ut capiat, quod & Græcè χωρητὸς dicitur. Eodem sensu dicitur: Deus non est δεκτὸς sed δεκτικός.

συνηρημένως.

συνηρημένως dicitur quippiam, cum ex duabus vocibus coitione quadam fit una. Figura hæc Attica est, ut θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον pallium. Hoc est exterius, ut χιτὼν contrà tunica est, quæ est vestis interior.

Opp. διῃρημένως (disjunctim)

σύνθρονος.

σύνθρονος est qui cum alio est ejusdem sedis vel regni. Eustatius apud Theodoretum humanam naturam Christi σύνθρονον Θεῷ dicit, quia dicitur à Petro; Christum & Dominum fecit hunc ipsum Jesum, quem vos crucifixistis &c;

Συνοικείωσις.

Συνοικείωσις est duarum rerum diversarum communione quadam consociatio. Comm.) id est in aliquo tertio, q utraq; res commune habet cum altera. Oratores Schema orationis faciunt, ut Quod Erutio accidebat in mala negatoriaq; accusatione, idē mihi usuvenit in causa optima. Ille quomodo civem commendatum confirmaret, non inveniebat, Ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum. Cic. pro Amerin. (Hic conciliat Orator accusationem negatoriam Erucii cum suavera defensione.

Aliud est ἀνακοίνωσις nempe cum orator communicat suum consilium cum judice vel etiam cum ipso adversario & ne ipsos quidem aliud in proposita restatuere demonstrat: Si dipondius tuus ageretur Nævi, si in parvula re captionis aliquid verere, non statim ad Aquilium aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, cucurrisses. Cic. pro Quint:

συνόλως.

τῷ συνόλως opponitur κατὰ μέρη ut συνόλως consi-

consideratus Baptismus unus est.
2. συνόλως considerari vel sumi est conjunctim sumi. Cui opponitur Disjunctim. Zabar. lib. de Generat. & Inter. cap. 4. In definitione Aristotelis: Generatio est mutatio totius &c. dictio Totum sumitur conjunctim tantum, non disjunctim. Non enim significare voluit Aristoteles ita interire totum, ut omnes partes nulla servata intereant, quia prima materia pars totius substantiæ non interit, sed servatur eadem. Sed totum ibi significat integritatem substantiæ cujusq; naturalis, quæ quidem ex omnibus partibus conflata est: Sed interit, cum perit forma ultima seu specifica.

Tot⁹ quaternarius destrui dicitur, cũ unitas tollitur, voce Totus cõjunctim tantum sumptâ. Destructa enim est sublatione unitatis integritas quaternarij, & facta est alia numeri species, nempe ternarius, cum tres unitates reliquæ sint.

Usus.

Usus est hujus distinctionis in Theologia Damasceni. Totus Christus moritur, sed non secundum singulas partes seu naturas. Intelligitur enim hic ἐν συνόλῳ seu unum secundum hypostasin, compositum ex τῷ λόγῳ & Carne. Ita sumitur hic Totus συνόλως seu conjunctim, non singulatim.

Axioma.

Toti attribui potest, quod vel alteri parti tantum, vel etiam neutri disjunctim convenit. Connexa est propositio: Si homo est Leo, homo rugit. Totum hoc necessarium dicitur ex connexione necessaria, sed partes ejus sunt falsæ propter res minimè connexas naturâ.

συστροφή.

συστροφή & *aquarum* est, ac dicitur Latin: vortex, & *mundi*, & dicitur conversio, seu versatio mundi, & *arborum* ac *corporum humanorum*, suntq; convolutiones, concretiones nodiq; venarum vel arteriarum vel nervorum & tubercula: & *multitudinis*, estque concursus & quæ conspiravit coitio Act. 19. Et orationis, estq; rotunda i.e. compendiosa numerosaq; orationis conversio, seu Compositio est oratoria, quam Trapezuntius vertit convolutionem. Est hæc, inquam, Systrophe oratio ita composita, ut tota in se contineri videatur, neque ejus pars aliqua comprehendi possit nisi totam absolveris. Exemplum est in Cic. oratione pro Archia: Tantus est splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & consilij dignitas: ut hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata esse videantur.

Σχηματισμός.

Σχηματισμός 1. est Geometris Schematis constitutio. 2. Oratoribus est Schema h: e. figura seu habitus orationis.
3. Interdum etiam dicunt oratores σχηματισμὸν seu conformationem non solum verborum & sententiarum, sed etiam argumentationis, qua hæc tractatur & exornatur. 4. Analytici accipiunt pro typo seu diagrammate, quod & ἀνασχηματισμὸς dicitur. Et & libro 1. Poetices Julius Scal. σχηματισμοὺς in Dramatibus vocat modos corporis varios, in quibus numerantur tum motus ut sunt flexus, procursus, saltus, conquiniscentia, divaricatio, claudicatio ἐγγόνασις, i. e. ingeniculatio, manuum connexio, consertio, compectinatio, agitatio, commutatio, complosio, elatio, jactatio: digitorum concrepatio, cervicis jactatio, pedum permutatio, alternatio, supplosio: u ictus, oscitatio

Digitized by Google

risus, fletus &c: tum quietes stantis, dormentis, cogitantis, sedentis, fessi, ignavi, metuentis, admirantis.

σωρεισμὸς.

Σωρεισμὸς ἢ συναθροισμὸς 1. est congeries seu coacervatio, conglobatio plurium argumentorum, signorum &c: Aliquando à Latinis dicitur Frequentatio, cum in Epilogo fit συναθροισμὸς ἐπιλογικὸς (Frequentatio)

2. Est plurium diversarum rerum quasi sine delectu coacervatio.

Σῶμα.

Σῶμα corpus & substantia corporea est. Interdum etiam mortuum corpus seu cadaver vel truncum corpus, id est, corpus ἄνευ κεφαλῆς (sine capite) al: πτῶμα. Metaph: sunt σῶμα βασιλείας, corpus regni, σῶμα seu corpus, ut loquitur Cic: historiæ, quæ intelligũtur tota esse ex pluribus partibus cõstantia. Eodem sensu dicitur σύστημα. Aristoteli σῶμα πίστεως corpus probationis est fundamentum faciendæ fidei, nempe Enthymema. Eidem σώματα sunt homines & personæ.

In Theologia σῶμα accipitur pro reumbris præfigurata, vel pro corpore mystico, quod quidam vocant Allegoricum, vel pro sacramentali corpore, i.e. sacramento corporis, quale Panis Cœnæ Dominicæ.

Futurarum umbrarum corpus Christus est 2. ad Coloss. i.e. Christus est res illis umbris adumbrata; Totus Christus caput & corpus est, caput unigenitus Dei Filius, & corpus ejus Ecclesia, Sponsus & Sponsa duo in carne una. August. cap. 4. contra Petiliani Donatistæ Epistolam. Idem lib. 4. de Trinitate cap. 8. & 9. Christus per id, quod Ecclesiæ caput est, & corpus eius Ecclesia, posset dicere: Ego & ipsi non unum, sed unus, quia caput & corpus unus est Christus, id est, Christus & Ecclesia una quasi persona mystica est.

σωφροσύνη.

σωφροσύνη
- Temperantia
- Continentia
- Modestia
- Pudor, Pudicitia ἁγνότης.
- Sobrietas.
- Sana mens seu Sanitas mentis, quæ se continet intra modum.

Paphnutius; Episcopi cum uxore congressus est σωφροσύνη καλή.

σώφρων 1. modestus est vel qui in voluptatibus corporis mediocritatem servat. Aristoteles 3. Ethicorum. 2. cordatus apud Demosth 3. Aristoteli in 4. Eth. cap. 7. per Metaphoram σώφρων dicitur, qui in honoribus parvis appetendis & amplectendis moderatus est. Dicitur & μέτριος.

Σωφρονιστήριον erat quoddam δεσμωτήριον in Republ. Platonis. Verba Platonis de Leg. lib. 10. hæc sunt: ex versione Johan. Serrani: Cùm tres sint in civitate carceres: unus quidem, plurimis cõmunis, in rerũ venalium foro, ubi permulti asservantur, ne fugiant: alter iis, qui noctu in eos cœtus h[illegible] solent, vagantes multasq; intemperies committentes: cui quidem [illegible] eorum qui in vinculis sunt admonendorum causa nomen est inditum σωφρονιστήριον (quasi sit temperantiæ sive bonæ frugis locus.) Tertius autem carcer est in media regione, ubi de-

desertus & quam maximè agrestis est locus, λιμωξίας (i.e. supplicii) nomine infamis.

σηπτικόν.

Τὸ σηπτικὸν est vim habens putrefaciendi. Et σηπτικὴ δύναμις est vis tabifica, qualis est serpentis mordentis, qui dicitur σήψ, à quo aliud est σὴς nempe tinea, vermiculus corrodens vestes & chartas (utitur hac voce Matth. cap. 6.) σηπτικὸν & de συσίαν id est actu, & de δυνάμει seu potentia intelligi potest, creans putredinem, & vim habens creandi eam. Ἄσηπτον, quod putredinis alienum & immune est. Tale fuit corpus Christi mortuum: In id non potuit cadere σῆψις καὶ σαπρότης putredo & marcor, tum propter negationem φθαρτικῆς & κακότητος materiæ, tum quia erat corpus ipsius vitæ. Itaque minus rectè cadaver dici potuit.

συγχυκέωσις.

συγχυκέωσις, παρὰ τὸ συγχυάω, est commistio, rerum multarum seu diversarum σύζευξις seu conjunctio, quæ à Poetis & oratoribus interdum fit cum distributione & oppositione contrariorum, ut si dicas: Deprecatur timidus ne lædat, precatur fortis, ut juvet. Hoc enim exemplo utitur Scaliger.

σύλλαβος.

Σύλλαβος est tabula in qua capita omniũ rerum continentur; aliàs πίναξ est Index libri, ut cuius summam complectatur. Interdum etiam dicitur ἔλεγχος, ut Elenchus prælectionum & exercitiorum, ab ἐλέγχειν i. e. arguendo & ostendendo.

συμπαρατείνεσθαι.

Συμπαρατείνεσθαι est simul seu unà extendi, coextendi. Voce hac utitur Damascenus negans τὸν λόγον & hypostaticè ei unitam carnem συμπαρατείνεσθαι, i. e. inter se coextendi, etsi nec extensio expansioq; propriè dicta, qualis est aeris, in Deum conveniat.

συνδόξαντα.

Συνδόξαντα sunt communiter vel utrinque placita seu probata, utrinque vel communiter constituta: Jurisconsf. pacta conventa, compacta. Interdum additur κοινῇ. Dicitur enim eodem sensu, ὑμῖν συνδοκεῖ, & ὑμῖν κοινῇ συνδοκεῖ vobis comprobatur (id est de eo inter vos convenit) & vobis communiter placet. συνδεδογμένοι νόμοι Aristoteli in Politicis sunt constitutæ & decretæ leges, quæ visæ sunt reipublicæ commodæ.

Συνδύο.

Συνδύο bini sunt. Σύν τε δύ' ἐρχομένω simulq; duo euntes, seu bini venientes, Homer. Cicero hac Homerica formula, quæ Elleiptica est, usus est 7 Epist. Famil. lib. 9. Adducitur & à Platone, docẽte opinionem firmiorem reddi, si sit συνδόξασα, id est, si fuerit ab altero approbata. Vide Protagoram. Appositè etiam usurpatur cum Cicerone de duorum consilio meliore in dubio. Conveniunt bini, melior sententia constat.

LITERA. T.

Τακτική.

Τακτικὴ in genere est ratio disponendi. In specie est doctrina de ordine militari. Hinc τακτικοὶ dicuntur, qui de ordine militaris aciei scripserunt.

Tetragonum, τετράγωνον.

Significatio est Geometrica; Arithmetica, Ethica, Polemica, Physica, Poëtica.

Quadratum
- σχῆμα figura quadrangularis ex omni parte. Hinc acies quadrata dicitur, cui præter cæteras (ut lunatem) opponitur oblonga.
- Σῶμα corpus temperatissimum, εὐκρα'ώτατον, habilissimum, neq; gracile neq; obesum.
- Numerale: numerus quadratus, ex analogia figuræ quadratæ.
- ἀγαθὸν, vir quadratus, id est bonus & perfectus.
- Metrum quod imitatur Mathematicam figuram.

		5					
	.	.	.	.			
	.	.	.	.			
5	.	.	.	.	.	5	Area 5.
	.	.	.	.			Latus 25.
		5					

			5			
	P	M	D	M	T	
	M	F	P	S	V	
5	D	P	H	F	P	5
	M	S	F	S	G	
	T	U	P	C	R	
			5			

Princeps Mauriti Doctorum maxime tutor,
Mauriti, fidei protector strenue veræ,
Doctorum protector, honorum fulgide Phœbe,
Maxime, strenue, fulgide, suspiciende, celebris
Tutor veræ Phœbe celebris religionis.

Augustin. quæstionum 65. ad Orosium quæst. 52.

Sicut arca Noe de lignis quadratis construebatur: ita & Ecclesia de sanctis construitur Quadratum enim in quacunq; parte posueris, fortiter stat, & sancti in quibuslibet tentationibus stabiles permanent.

ταπεινοφροσύνη.

ταπεινοφροσύνη virt⁹ est quę aliàs ferè modestia dicitur, non est abjectio animi, non humilitas. Fere dico, quia plus quiddam significat quàm modestia. Modestus enim est qui non est arrogans. Sed ταπεινόφρων qui minus sibi tribuit quã promeretur Eras. Roterod; qui tamen idem Apost. ait c. 2. ad Phil. ταπεινοφροσύνην vocat modestiam animi quaquis sibi nihil arrogat.

τάξις.

τάξις, Collocatio, est vel ἀπευθυσμένη, directa, ἰυθεῖα; vel ἀντιστραμμένη, Inversa, κατ' ἀναστροφήν. Sic & exordii oratorii pars interdum directa est; Altera inflexa, κατ' ἔφοδον (insinuationem) & περίληψιν.

Ita & Ratiocinatio distinguitur in directam & πλαγίαν seu σκολιὰν, id est obliquam, inflexam, quæ κρυπτικὴ est.

Ταυτακισμός.

Ταυτακισμὸς est assiduitas ejusdem literæ T ut Ti te tute Tati &c.

Καππακισμὸς literæ C vel Q, ut quicquam quisquam cuiq; quod conveniat, neget?

Genus est *γαμμακισμὸς*, ejusdem literæ nimia assiduitas.

Ταχυβάμονες.

Ταχυβάμονες qui utuntur ingressu celeri Aristoteles in Physignomicio. Iis opponuntur *βραδυβάμονες*, qui tardiore utuntur. Adolescentem magis decet esse *ταχυβάμονα*, quò & minorem fastū præ se ferat & negotia sua expeditius conficiat, *μακροβάμονες* Aristoteli sunt qui longo, *βραχυβάμονες* qui brevi incessu utuntur. *Εὐσχημοσύνη* & *σεμνότης* hîc servanda non est earundem personarum.

Technopægnion,

Τεχνοπαίγνιον.

Technopægnion est artificiosus ludus, ut Eratopægnion est amoris lusus. Tale est Acromonosyllabicum Carmen.

Hoc est Simplex vel Figuratum perpetua anadiplosi. *Simplex* est cujus versus sunt monosyllabis cœpti & monosyllabis terminati, ut, *Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex. Quis subit in pœnam capitali judicio? vas.* Quis, cùm lis fuerit nummaria, quis dabitur? præs.

Figuratum Anadiplosi est, cujus versus sunt monosyllabis cœpti & monosyllabis terminati, ita ut idem monosyllabum, quod erat finis extremi versus, principium fiat insequentis. Exemplum versuum monasyllabis cœptorum & finitorum ita, ut à fine versus ad principium recurrant, apud Ausonium est ad Paulinum:

Res hominum fragiles alit & regit, & perimit fors,
Fors dubia æternumq; labans, quam blandes fovet spes
Spes nullo finita ævo: cui terminus est Mors.
Mors avida, inferna mergit caligine quam nox
Nox obitura vicem; remeaverit aurea quum Lux,
Lux dono concessa Deum, cui prævius est Sol.
Sol, cui nec furto Veneris latet armipotens Mars
Mars nullo de patre satus: quem Treissa colit gens,
Gens infrena virum, quibus in scelus omne ruit fas
Fas hominem mactare sacris ferus iste loci mos,
Mos ferus audacis populi; quem nulla tenet Lex,
Lex, naturali quam condidit imperio, jus,
Jus genitum pietate hominum, jus certa Dei mens,
Mens, quæ cœlesti sensu rigat emeritum cor,
Cor vegetum mundi instar habens, animæ vigor, ac vis,
Vis tamen huic nulla est; verum est jocus & nihili res.

Τμῆσις.

Generaliter est sectio, ut pomi in duas partes. Specialiter est segmentum mathematicum, ut circuli; vel politicum ut cum clades belli *τμῆσις* dicitur; vel grammaticum seu Poëticum idque duplex est.

1. Est integræ dictionis divisio aliis interjectis; quæ plerunque fit in compositis ut *ἐν δὲ ἄορ φαινὴ γ' ἔθηκε* pro *ἐνέθηκε*; *κατὰ γαῖα κάλυψε*, pro *κατεκάλυψε*; *κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον*, pro

 κα-

καταθέτων. Est & alia τμῆσις qua etiam integræ dictiones non compositæ dissecantur, & in duos versus distrahuntur, nulla dictione interveniente, cujus usus est in chori carmine apud Euripidem, Sophoclem, & Pindarum, aliosque tragœdiarum scriptores, quos imitatus est Horatius libro 2. carminum oda. 16.

Grosphe non gemmis neq; purpura venale nec auro.

Sapphicum est cum Adonico, pro, Venale & lib. 1. serm. Satyr. 2.

Rem patris oblimare malum est ubicunque, quid inter
est, in matrona, ancilla peccesne togata?

Et lib. 2. serm. Satyr. 3.

Singulare hoc est nescio cujus; *Barba* resecta cadit *mox* reditura *ries*. Et *Prisci* sub hoc saxo contumulatur *anus*.

τὸ.

Articulus præpositivus nonnunquã adhibetur acceptis materialiter tanquã neutris nominibus, ut τὸ ponitur ἀντὶ τοῦ τ (pro τ) τὸ ἄνθρωπος quidem nomẽ est, τὸ δὲ λέγω (lego verò) verbum est.

τόδε τι.

τόδε τι multis modis accipitur.

Nam primò quo ad seipsum quippiam esse intelligitur τόδε τι solet appellari ab Aristotele. 2. Inprimis autẽ sic appellantur primæ substantiæ, quia in nullo insunt, ideoque quiddam τόδε τι dicuntur esse principaliter seu κυρίως. 3. Et præterea quæ abstractione seipsis esse intelliguntur, ut in prioribus Analyt. Aristoteles triangulũ τόδε τι appellat: & in posterioribus in tertio modo eorũ, quæ per se dicuntur cujusq; rei quidditas seu Idea etiam hoc modo esse dicitur & τόδε τι appellatur. Ultimo τόδε τι significat materiã & εἶδος seu formam, quæ in materia est ita, ut hæc τόδε τι compositæ rei constituant.

τόδε τι { Absolutè substantia per se subsistens, compositum ex materia & forma. | κατὰ τὴν vel φαινόμενον. Aristot. λ. 1 philos.

Itaque humana etiam Christi natura τόδε τι rectè dici potest: licet sit, qui hoc neget.

τοίνυν.

Hac particula nunc quippiam concluditur, nunc filum Narrationis connectitur. Sic etiam particula οὖν in narratione est vinculum apud Plat. in Amator & apud latinos interdum Igitur & Ergo.

τοπική.

τοπικὴ in organo logico Ram: est disciplina inveniendorum argumentorum probabilium & necessariorum. Aristoteles ab ea excipit & secludit doctriam ἀποδεικτικήν. Ratio τοπικὴ est, ratio communis & probabilis.

τοπικὴ μνήμη est localis memoria.

παρουσία τοπικὴ est præsentia, qua corpus loco capitur seu comprehenditur.

Medicamentum τοπικὸν est quod adhibetur & applicatur ad locum affectum.

Τραπεζῖται.

Τραπεζῖται sunt danistæ, qui τραπεζίοις, id est, abaculis seu mensulis in publico propositis pecuniam fœnore elocant seu fœnus exercent. Latinè Argentarij; qui tamen Danistæ nomen græcũ retinuerunt, Joach. Camerar. τραπεζοποιὸς est structor τραπέζης, id est, mensæ.

τρίς.

Τρὶς interdum numeri significationem habet, Latin. Ter. Hæc nativa hujus particulæ vis est.

In-

Interdū habet vim augēdi, ut τρισόλβιος, τρισάθλιος, τρισμέγιστος, vir fortissimus. Hinc Horat. græcissans cum latinè reddere vellet hæc duo vocabula, τρισκαρτερόφρων & τρισχαλκεόφρων, scripsit. Illi robur & æs triplex circa pectus erat.


Τρόποι.

τρόποι (modi) sunt Lexici, Grammatici, Dialectici, Oratorij, Ethici, & Politici, Musici seu Harmonici, quos quidam vocant Tonos.


Τρόπος Musicus (Ornitoparchus & alij tonum vocant) est ambitus cantus harmonici in octava & ejus mediatione situ semitoniorum MI FA variatus. Ejus igitur doctrina pendet à cognitione sonorum antegressa.

Suntq; modi duodecim. Hi dividuntur in Pares & Impares: Pares sunt qui situ semitoniorum pari reguntur. Horum sunt duo ordines. Primus est modorum, qui ex quarta MI LA & quinta MI MI compositi semitonis pariter in uno reguntur. Suntq; Phrygius & Hypophrygius.


Phrygius est modus, cujus octava quarta MI LA & quinta MI MI harmonicè mediatur.



Hypophrygius est cujus octava quarta Mi la & quinta mi mi arithmeticè mediatur.




Phrygius & Hypophrygius connectuntur cùm quarta MI LA quintā MI MI utrinque ambit.




Posterior ordo est eorum, qui situ semitoniorum pari in progressu reguntur. Suntq;. 1. Dorius & Hypodorius. 2. Jouicus & Hypoionicus.


Dorius est cujus octava quarta Re sol, & quinta Re la harmonicè mediatur.




Hypodorius est, cujus octava quarta Re sol & quinta Re la arithmeticè mediatur.




Dorius & Hypodorius conjunguntur cùm quarta Re sol, quintam Re la utrinque ambit.




Jonicus est cujus octava quarta ut fa, & quinta ut sol harmonicè mediatur.



Hypionicus est cujus octava quarta ut fa quinta ut sol arithmeticè mediatur.




Ionicus & Hypionicus connectuntur cum quarta ut fa, quintam ut sol utrinque ambit.




Impares modi sunt qui situ semitonorum impariter reguntur. Horum sunt duo ordines: Primus est modorum, qui ex quarta Mi la & quinta Re la compositi in imo impariter reguntur.


Suntque Æolius & Hypoælius. Æolius est cujus octava quarta Mi la & quinta Re la harmonicè mediatur.



Hypoælius est cujus octava, quarta Mi la & quinta Re la arithmeticè mediatur.



Æolicus & Hypæolicus connectuntur cum quinta Mi la, quintam Re la utrinq; ambit.




Secundus ordo modorum Imparium est eorum, qui situ semitonorum impari in progressu reguntur. Suntq; 1. Mixæolicus, vulgò dictus Mixolydius: Et Hypomixæolius, Vulgò dictus Hypomixolydius. 2. Lydius & Hypolydius.

Mixoæolius est cujus octava quarta Re sol, & quinta Ut sol harmonicè mediatur.




Hypomixæolius est cujus octava quarta Re sol, & quinta Ut sol arithmeticè mediatur.



Mixæolius & Hypomixæolius connectun-


ſtuntur cum quarta Re ſol, quintam Ut ſol utrinq; ambit.




Lydius eſt cujus octava, quarta Ut fa, & quinta Fa fa harmoniæ mediatur.



Hypolydius eſt cujus octava, quarta Ut fa, & quinta Fa fa arithmeticè mediatur.



Lydius & Hypolydius conjunguntur cum quarta Ut fa, quintam Fa fa utrinq; ambit.



Hæc igitur de modo Muſico, qui inſtar regulæ eſt, cujus ductu ab artifice conſtituitur cantus. Modi ambitus eſt regulariter octava, quæ componitur ex quartæ & quintę intervallis ſeu ſonis duplici ratione; Una Harmonica, Altera Arithmetica. Harmo-

nica compoſitionis ratio eſt, quæ quintæ dat locum inferiorem, quartæ ſuperiorem. Arithmetica contra. Hæc gemina ejusdem octavæ compoſitio facit, ut quælibet octava binos contineat modos, unum qui harmonica, alterum qui Arithmetica mediatione conſtet. Mediatio dicitur compoſitionis variatio, quod fiat in octavæ medio. Alij numerant tantùm octo Modos ſeu Tropos. Sed hoc argumento, qui ſequũtur Glareanum, defendunt 12. Tot ſunt Modi, quot variationes differentiævé in octavis ex ſitu ſemitonorum, interveniente utraque mediatione (harmonica & arithmetica) conſtituuntur. Jam verò variationes ſeu differentię ſiunt 12. Sex mediatione harmonica, arithmetica totidem. Nam ſitus ſemitonorum par eſt & æqualis in ſex modis, Impar & inæqualis item in ſex. E. tropi ſunt duodecim. Vide Muſic. Joh. Magiri Cantoris B.

Modorum differentias Cyriacus Snegaſſius in Muſico ſuo libello Tropos vocat. Sic Tropum in Dorio conſtituit &c.

Alij per Muſicos Modos intelligunt Sonos. Dicunt enim eſſe uſitata Modorum intervalla ſeu Diſtantias novem, Tonum, Diateſſaron, Diapente, Tonum cum Diapente, Diapaſon, Ditonum cum Diapaſon, Diapente cum Diapaſon, & Disdiapaſon; & horum principium faciunt Uniſonum: qui eſt ſonus abſq; ulla vocis intentione vel remiſſione eodem concentus tenore editus.

De his vide ſequentem διαγραφήν.

	Est
Tonus primus modus vocem aut unica intentione intendens, aut unica remissione remittens	Secunda, ut re
Ditonus	Tertia, Ut Mi
Diatessaron	Quarta, Ut fa
Diapente	Quinta, Ut sol
Tonus cum Diapente.	Sexta.
Diapasῶn.	Octava.
Ditonus cum diapasῶn	Decima.
Diapente cum diapasῶn	Duodecima.
Disdiapasῶn	Dupl. octav.

Vide Vocem SONUS.

In fugis describendis dicuntur Epidiatessaron, Hypodiatessaron, Epidiapente, Hypodiapente, Epidiapason, Hypodiapason.

Martianus tonos dissonos seu dissentientes seu δυσφώνους esse dicit, qui cùm percussi fuerint, invicem discrepant.

τρόπος λέξεως accipitur pro genere loquendi, quod cum è medio petitum est, Idiotismus vocatur. Reliquas significationes vide in Latino Modus.

τύπος.

Typus 1. est effigies facta ex impressione. Vox propriè est πλαστικῆς hinc Tyopothetes.

2. Aristoteli est rudis adumbrataque forma, rudis imago lib. 3. Ethicorum cap. 12. τύπῳ περιλαβεῖν rudi quadam forma descripta cognoscere.

Cognitio vel δεῖξις quæ ἐν τύπῳ fit, est cognitio quæ fit παχυλῶς, crassiusculè, non exactè, non exquisitè. Opponitur ei ἀκριβὴς exacta, perfecta. Institutio quæ fit τύπῳ, id est rudi quadam ratione, vocatur etiam institutio πλατικὴ, quæ fit ἐν πλάτει.

3. Typus significat ictum.

τύχη.

τύχη μέσον est; Significat enim εὐτυχίαν & δυστυχίαν (bonam & adversam fortunam). φέρειν πάσας τὰς τύχας εὐσχημόνως Aristoteli est omnes fortunæ casus decenter & ex personæ suæ dignitate ferre lib. 1. Ethic. Nicomach. cap. 12. Secundo Physicorum statuit Aristoteles τύχην genus fortuitorum, quæ homini παρὰ λόγον, id est præter rationem accidunt, cum ratione tamen agenti. Estq; ratione qualitatis ἀγαθὴ vel φαυλὴ, ratione quantitatis μικρὰ vel μεγάλη Plato in Epimenide. Qui hæc alio quopiam modo tractare instituet, fortunæ (id est bonæ fortunæ) auxilium sibi invocandum nôrit. Eidem in Menone τὰ ἀπὸ τύχης γιγνόμενα sunt quæ temerario quodam fortunæ casu contingunt, ut vertit. Johan. Serranus.

LITERA υ.

ὑπάρχειν, ὑπάρχον.

Primo ὑπάρχειν est esse vel existere, ut vivere cum de actu primo accipitur in physicis.

Ea quæ sunt τῷ ὑπάρχειν, intelliguntur esse quæ vigent ad aliquod tempus, quá phrasi utuntur Græci Logici in do-

doctrina de propositionibus: iis enim propositio τοῦ ὑπάρχειν est propositio de eo quod jam existit, ita ut attributum non sit æternum.

Materia τοῦ ὑπάρχειν opponitur materiæ necessariæ & τοῦ ἐνδέχεσθαι ut media inter hæc sit, ita necessarium opponitur τῷ ἐνδεχομένῳ & ὑπάρχοντι: exempli causa, τὸ πιστὸν, id est, quod sub fidem cadit aut est necessarium, quod est καθ' αὑτὸ & æternum, ut Christus est mediator aut τοῦ ὑπάρχειν, ut fractio panis in cœna est communicatio corporis Christi, aut τοῦ ἐνδέχεσθαι, ut contingit, ut qui vescitur carnibus & bibit vinum; itemq; qui neq; vescitur carnibus neq; bibit vinum, sit grat⁹ Deo: quod etiam ἀδιάφορον indifferens & quasi ἀδιάφορον dicitur. Omnes quibus fides imputata est in justitiam, in hoc seculo patienter & continenter vivunt propositio ne quidem est τοῦ ὑπάρχειν, tantum abest ut sit necessaria. Nam Enoch est beatus, & tamen non vivit in hoc seculo cum sit in cœlo: Claud. Alberius in 6. orat. Apodict.

Rursus ὑπάρχειν verbum est Dialecticorum, sicut θέναι & ὑποτιθέναι, i. e. ponere & supponere, thesis & hypothesis. Sic Plato in Tim. utitur. τούτων δὲ ὑπαρχόντων ἄν, καὶ πᾶσα ἀνάγκη τὸν δὲ τὸν κοσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι, id est, ex quibus positis & constitutis efficitur, ut sit necesse hunc mundum simulacrum alicujus esse.

Usus est & huj⁹ verbi in doctrinâ causarum, ut causa quædam ἐνυπάρχει, id est, interior est.

Virtus ἐνυπάρχουσα est virtus inhærens, cui opponitur παραστᾶσα, συνεδρεύουσα, παρισταμένη, id est, assistens, ut Dei sapientia assistens Paulo. (Scholastici vocant formam assistentem.)

Deus μὴ ἐνυπάρχων, id est, non copulatus nobiscum tanquam cum membris caput, re ipsa justos nos non facit. Gabriel Biel Carnis Christi φυσικὴν ὕπαρξιν vocat naturalem consistentiam.

Atq; hæc habuimus quæ exponeremus de hoc verbo ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, (pro præsenti copia.)

ὑπερβατῶς ποιεῖν.

ὑπερβατῶς ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, πράττειν, est aliquid facere, vel agere saltuatim, translatitiè, dicis causâ, carptim, perfunctoriè, defunctoriè, remissè, non satis accuratè, in transcursu, ἐκ παραδρομῆς. Wie der Hane über die Kolen leufft / oder / Wie die Nonnen den Psalter lesen / à voce ὑπερβατὸν, quâ significatur generaliter, quod transiri potest, specialiter trajectus verborum ordo, interruptusq; orationis contextus, *Joh Serran. in Protag. Platonis.* &c. de quo vide infrà.

ὑπολαμβάνω.

1. ὑπολαμβάνω est suscipio. 2. Aristoteli Anima vel homo ὑπολαμβάνει, id est, existimat, quâ voce complectitur omnes status intellectus nostri, id est, non tantùm intellectum discurrentem, sed aliis etiam modis operantem, id est, omnem operationem intellectus nostri, tam perfectam, quàm imperfectam, Zabar. in lib. 3. de Animo. Aristoteles lib. 2: ὑπολαμβάνειν igitur complectitur διανοεῖσθαι, (discurrere) θεωρεῖν, (speculari) opinari, scire. &c. 3. Accipitur & pro respondere, sicut Latinum suscipio & excipio & subsequor à Poëtis. *Suscipit Æneas*, id est, respondet, apud Virgilium: ὑπειλημμένη δόξα est præsumpta, id est, anticipata opinio, quæ sæpè est veritatis noxa.

ὑπερ-

ὑπερβολή.

Hyperbole, ὑπερβολὴ, exuperantia, superlatio, superjectio, excessus, eminentia.

Est Hyperbole & Physica, & Ethica, & oratoria, & Musica.

In Phys. hyperbole est qualitatis vel quantitatis, ut videre est in monstris & humoribus. Si humor aliquis adustus est, ὑπερβολὴ est qualitatis, quæ παρὰ φύσιν est. Opponitur ei ἔλλειψις. Si epar calidius sit (δυσκρασία calida dicitur) pro ea ut ὑπερβολὴ caloris magna aut parva est, diversis modis Chymi & excrementa horum corrumpuntur. Si epar frigidius sit (δυσκρασία frigida dicitur) sit μείωσις pro eo, ut hæc ellipsis caloris magna vel parva est, Chymi ipsi & excrementa horum magis & minus corrumpuntur.

Propria καθ' ὑπερβολὴν Aristoteli sunt propria quæ non simpliciter sed propter exuperantiam uni soli dicuntur inesse. Sic calidum soli igni convenit. Ignis enim est corpus simplex, maximè seu extremè calidum. Vide 5. Topic. l.25.

In Ethicis vitium alterum virtuti oppositum ὑπερβολὴ dicitur, seu exuperantia & vitium καθ' ὑπερβολήν. Alicubi accipit Aristoteles pro utroq; medij excessu, ii quæst. Sed & in bonam accipitur partem pro ὑπεροχῇ. Ita tribuitur virtuti Heroicæ à Zuingero 7. Ethic Arist. cap.1. qui ait: Heroicæ virtutes non differunt ab humanis virtutibus præterquàm sola ὑπερβολῇ & excellentiâ.

Oratoria Hyperbole fit verbis
- Nativis.
- Translatis seu immutatis. Audacia Tropi tunc dicitur, Estq; Tropi affectio seu accidens. Talæus & Quint. Hæc parere potest solœcismum logicum, ut, Zoilus est vitium, pro vitiosus.

Hyperbole, quæ verba incredibiliter tollit, fit verbis
- Simpliciter seu separatim (Sturmius in Ratione Elocutionis) ut, Animam debet. Omnes orbis partes sunt perturbatæ.
- Per comparationem seu collationem
  - *Parem*, quæ neutra parte exsuperatur. Corpus æquè atq; nix candidū; pari vultu Deo similis.
  - *Imparem*, quæ in altera parte superat; Corpus nive candidus.

Hyperbole est oratio veritatem exuperans, ut cùm Cicero dicit gestire parietes, ut Cæsari gratias agant, in orat. pro Marcell. Seu: Hyperbole est cum aliquid incredibiliter ponitur, ut, vix ossibus hærent, Fulminis ocyor alis. Sublimi feriam vertice sidera, pro Marcello. Si ad humanos casus incertosq; eventus valetudinis sceleris etiam accedat insidiarumq; consensio, quem Deum, etiamsi cupiat, opitulari posse Reipublicæ credamus? Vel, est, quoties rem rerum ambitu, aut majore natura extollimus. Scal. lib.3. poet. cap. 74.

Sunt alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mundum quidem ipsum opinor capturum seu capere posse eos, qui scriberentur libros; Hyperbole est. Dionys: Carth. vocat Excessum, sicut & Scal. sic enim inquit hunc in locum. D. Interdum homo aliqua dicit per excessũ ad designandum magnitudinem rei, quæ recitatur, ut cum in libro judicum scribitur ꝙ Filij Benjamin tam certò jactarint funda lapidem, ut capillũ tangere potuerint: & cũ Pharro ad Iosephum inquit in Gen. c. 41. Absq; tui oris impetio nemo movebit manum aut pedem in tota terra Ægypti. Talia autem sine mendacio asserũtur, quia narrans agnoscit quo usque credatur, nec intendit decipere, sed veritatem ipsam evidentius aperire, quod fieri nequit nisi per sermonem figuralem & hyperbolicum. Hæc Dion. Idem de verb. Pauli. Optabã ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis Iudęis: & Moisi in Exod. aut remitte populo hanc noxam, aut si nõ facis, dele me de libro, quem scripsisti. Potest, ait, dici, quod tam Moysis quam Pauli sermo sic hyperbolicus, id est. per excessum dict°, tamen sine mendacio. In ejusmodi namque termone sensus non est, qui per orationem directè importatur, sed qui à loquente intenditur, qui propter rationabilem causam tali locutione utitur, eo quod res melius significari seu clarius explicari non valeat nisi per excessum. Scit tamen qui loquitur quousq; credatur. Hoc modo loquendi sæpissime utitur S. Scriptura, ut cum ait Manasses, Peccavi supra numerum arenæ maris. Et Psalmista. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Simili sensu scriptum est in libro Judicum de Habitatoribus Gabaa, sc. Filius Benjamin, quia erant fortissimi viri tanta cum certitudine jacientes fundis lapidem, ut capillũ possem percutere, & nequaquam ictus in alteram partem ferretur. Quo aliud nihil significatur, nisi quod erant ultra modum boni fundibularij. Apostolus ergò magnitudinem sui desiderij, quo Judæorum salutem optat, plenè exprimere nequiens, per hyperbolen ait: optabam ego ipse, id est tam ardenter concupivi salutem fratrum meorum Iudæorum, ut hunc affectum apertius designare nõ possim, nisi ut dicam me voluisse separari à Christo. Et probabiliter dicitur. Paulus & Moses optabant aliquo modo deleri & separari, nisi Deus parceret populo: videl. ex affectione inferioris animæ partis erga proximos ardentissima, qualis amor nescit mensuram, licet aliter se haberet voluntas superiorẽ rationem sequens, quemadmodum & salvator oravit à se auferri calicem passionis, quẽ utiq; simpliciter voluit, juxta illud: Oblatus est, quia voluit.

ὑπέρχυα,

Quia omnis hyperbole debet carere mendacio, cum ad summũ pervenit, tẽperanda est (exemplo Ciceronis in 2. phil:) exceptione correctionis, ut vitet opinionem mendacii & temeritatis.

Hyperbole licet sit ultra fidem, non tamen est ultra modum. Quintilian: Hyperbolis immodice utentes aut pueriles, aut aniles, aut insfati evadũt. Tales n. solent tollere res plerunq; supra veritatem.

Hyperbole in Musicis inter figuras seu ornamẽta cantus refertur. Ac dicitur cum propter textus emphasin toni

aliçujus, debitos tonos transgredimur tota clauſula

ὑπερβολικῶς eſt eminenter, καθ' ὑπερβολὴν, exceſſive, ſupra modum, ultra modum, ſupra fidem.

ὑπερβατόν.

Hyperbatòn eſt verborum & conſtructionis ordo turbatus.

Hyperbata igitur metra ſeu potius luſus hyperbati ſunt ejuſmodi.

Diſcito nequitiã Bacchũ cole deſpice ſanctos
Juſtitiam fuge ſperne Deũ Satanã reverere.

Hic in conſtructione, hexametri primi dictio prima hexametri ſecundi dictioni primæ conjungitur & ſic deinceps ſecunda ſecundę, tertia tertię, quarta quartę &c. Diſcito juſtitiã &c.

Hic ſi rectus ſeu naturalis conjunctorũ verborum ordo teneatur, ſimplex intellectus pietati & honeſtati adverſus eſt. Sed hoc ὑπερβατῶς & translatitiè addo.

Eſt autem hyperbaton vel concinnum ac laudabile, vel minus concinnum minuſque laudatum. Eſt verborum transgreſſio vel decora vel indecora. Vide Quintilianum.

ὑπέχειν τὸν λόγον.

Eſt 1. Subire judicium alicujus rei, diſſerere cum aliquo. Sic accipit Plato in Sophiſta, ut placet Serrano.

2. Convinci de aliqua re.

3. Excipere ſermonem, i. e. reſpondere interroganti. Aliàs ὑπολαβεῖν τὸν λόγον. Ita relata ſunt ὁ ἐρωτῶν & ὑπέχων τὸν λόγον.

Ὑπόληψις, ὑποληπτόν.

1. In omni diſputatione diſtinctio vocis ambiguæ prima ſit. 1. Top. c. ult. & 8. c. 3.

2. Vox ὑπολήψεως aliquando ſignificat γενικῶς conceptum ſeu apprehenſionem animi (omnem animi conceptum, quo res noſcuntur) interdum εἰδικῶς notitiam conjecturalem, id eſt innitentem cuidam conjecturæ quæ incertam ſeu ambiguam habet fidem ſeu ſignificat ſententiam ſeu conceptum ὑποθετὸν, i. e. cujus cognitio eſt conjuncta cum quadam conjectura, & quæ ſuapte natura neceſſariò nec vera, nec falſa eſt.

3. Priore ſignificatione eſt genus eorum, quibus noſcitur quippiam.

4. Ejuſque ſpecies inſignes ſunt, Scientia & Opinio: Ariſtoteles 5. phyſ.

5. Itaque ὑποληπτὸν, eſt, quod conceptu animi percipitur, ſeu apprehenditur, vel quod animo concipi poteſt, ut ἐπιστητὸν & δοξαστὸν id eſt ſcibile & opinabile.

6. Scientia eſt eorum, quæ neceſſario vera ſunt.

7. Exigit neceſſitatem duplicem: alterã rei, quæ ſcitur, alteram in animo ſcientis, quem oportet eſſe ἀμετάπτωτον.

8. Interdum etiam ſignificat vox ſcientiæ quandam cognitionem expertem conjecturæ, ἀνυπόθετον.

9. Opinio eſt eorum, quæ veritatis cauſa aliter ſe habere poſſunt, ut ſunt quorum eſt στοχασμὸς, id eſt, conjectura, quæ cum fide conjuncta eſt.

10. Ceteroquin fides à conjectura abeſſe poteſt, cum hæſitantis etiam poſſit eſſe conjectura. Schegk. in comm. in 1. prior: analyt. Ariſt. pag. 283.

11. At eidem Hypolepſis non eſt genus ſed ſubjectum opinionis 4. topicor: quod quomodo intelligendum ſit videamus.

12. Interdum. Hypolepſis ſignificat conceptum duntaxat rei, quæ veritatis cauſa aliter ſe habere poteſt. Hunc conceptum Plato divid[illegible] ſpe-

[illegible]s.

Digitized by Google

cies. Nam si fides ei accedat vocat πίστιν, sin concipiatur aliquid sine fide, εἰκασίαν nominat. Aristoteles igitur fidei εἰκασίας respectu negat ὑπόληψιν esse genus opinabilis, sed respectu conceptus utriusq; commune quoddam subjectum esse dicit τὸ ὑποληπτόν.

Hyponœa, ὑπόνοια.

Hyponœa 1. in genere est animi conceptio, & opinio vel suspicio.

2. Est figura loquendi, cum plus intelligitur quam dicitur, seu cum intellectui plus intimatur, quàm dicitur. Verba, Hoc est corpus meum Martin: Bucer: ita interpretatur: Quod pane fracto & māducato intellectui intimatur est corpus meū. Alii sic: voce Hoc Christus non solum panem demonstravit, sed oculos mentis ad corpus Christi attollit, quod per hoc simul demonstratur. Theol. Wirtemb. in R. O. C. p. 220. 2. Hyponoea Platoni 2. de Rep. est Allegoria.

Ἄλλως.

Hypolepsis generaliter est appræhensio rei in intellectu quævis. Sic dicta καθ᾽ ὑπόληψιν sunt dicta ex opinione nostra vel alterius. Specialiter Hypolepsis interdum opponitur Opinioni, ut:

Notitia propositionum est
- Certa
- In certa
  - Δόξα, opinio (quæ Ciceroni assensio imbecilla 4. Tuscul.) notitia incerta, in qua probabili ratione movemur, ut magis in unam partem inclinemus, quàm in aliam, sic tamen, ut sit suspensa assensio seu asseveratio: Loquor de sapientibus. Sunt enim qui pro opinionibus magis pugnent quam pro aris & focis, ipsoq; capite.
  - ὑπόληψις, suspicio, notitia incerta, in qua sine satis probabili ratione movemur, ut magis in deteriorem partem inclinemus, nec suspendamus asseverationem.

Hypolepsis Existimatio est
- Facultas
  - Communiter. Διάνοια generalis, id est, vis animæ rationalis, in qua sunt 5. habitus intelligentiæ.
  - Propriè. Facultas animi λογιστικὴ seu δοξαστική, quæ ἐπιστημονικῷ μορίῳ opponitur. Utraq; tamen pars est διανοητικοῦ pars.
- Habitus 5.
  - Νοῦς
  - ἐπιστήμη
  - φρόνησις
  - τέχνη
  - σοφία

  Ita hypolepsis est Theorica, ut scientia, vel practica: ut prudentia.

Scientia est hypolepsis περὶ τῶν καθόλου, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων.

Φρόνησις est ὑπόληψις ἀληθὴς τοῦ συμφέροντος.

Hypolepsis seu assensio est	Ἰσχυρὰ, firma. æmula scientiæ.	7. Eth. Arist.
	ἠρεμαία, imbecillis, non obstinata.	

Vox Hypolepseos est ὁμώνυμος 1. significat conceptum seu notionem seu apprehensionem animi. Ac ita est gen⁹ scientiæ opinionis & aliarum specierum quarumcunq; , quibus aliquid noscitur seu percipitur.

2. Significat notitiam στοχαστικὴν, id est, quandam conjecturæ innitentem, quæ non certam sed ambiguam habet fidem. Ex priore significatione ὑπολαμβάνειν dicitur quod conceptu animi percipitur seu apprehenditur Vide Schegk. in lib. 1. priorum Analyt. p. 28. Pro nostra ὑπολήψει sæpe tribuitur aliquid enti quod re vera ei non in est. Non omne à nobis ὑποληπτὸν est Deo δυνατόν. Tantum quicquid velle potest Deus, facere potest.

Ὑπομονή.

Ὑπομονὴ Ethicè est perseverantia in re adversa cum expectatione, vel patiens expectatio meliorum.

In Oratoria est σχῆμα cum suspendimus auditoris expectationem & ad extremum præter opinionem aliquid subiicimus. Ut Philipp, 1. Unde igitur subito tanta ista mutatio? Nō possum adduci ut suspicer, te pecunia captum. Licet quod cuique libet, loquatur credere non est necesse. Nihil enim unquam in te sordidum, nihil humile cognovi. Quanquam nihil est tàm sanctum, quod non soleant domestici depravare nonnunquam, sed novi firmitatem tuam. Atque utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses. Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus te unum posse, quàm omnes, & metui à civibus tuis, quàm diligi malis. ἐπιμονὴ aliud est nempe σχῆμα quod latinis est Commoratio in una eademq; sententia.

Ὑπόστεγα.

ὑπόστεγα sunt loca sub tegulis, al: subtegulanea, quib⁹ opposita sunt ὑπαίθρια subdialia vnder dem freyen Himmel.

Ὑπογραφή.

ὑπογραφὴ 1. est subscriptio, approbatio.

2. ὑπογραφὴ Oratoribus est orationis ornamentum minime otiosum, luculenta alterius rei gestæ descriptio quæ tamen non ita ad sensus audientium adhibetur ut ἐνέργεια. Nam ἐνέργεια eis est, cùm ita rem gestam evidenter explicamus ut quasi ob oculos suos geri judices existiment. Dicitur & ἐνάργεια: sed hæc etiam vocum est. Dicuntur enim λέξεις ἐναργεῖς quæ sunt σημαντικώτεραι καὶ πληκτικαὶ (significantiores & ferientes.

Hypocrita.

Hypocrita 1. Est simulator alienæ personæ ut histrio. Ita vox Dramatica est 2. Ethicè est qui aliud gerit in pectore, aliud in ore (de quo istud: ἄλλο στόμα ἄλλο νοῦς): qui aliud intus vult, aliud foris ostentat. Qui pietatem suam extenuat, non modestiæ, sed ambitionis causa. Deniq; qui simulat pietatem, qua caret, is etiam dicitur agere hypocriticè. Sunt autem diversa, Agere simulatorem & agere hypocritam Quia simulatio etiam sine hypocrisi fieri potest. Christus iter faciens cum duobus discipulis Emaunta, cùm ad vicum illum ventum esset, simulabat se longiùs ire, sed non egit hypocritam. Lucæ 24. ὑπόκρισις est simulatio gestus, pronunciatio artificiosa [illegible] mimica. Joach.

Cam.

Digitized by Google

Cam. Hypocrisis maximè gestuum est.

Hypocrisis.	Ethica simulatio pietatis, sanctitatis, cultus Dei	
	Comica & Tragica	actio
	Oratoria	

Joch: Camer: pronunciatū in 23. Matth. Nihil est in religione execrabilius simulatione & falsitate. ὑπόκρισις, quæ est maximè gestuum & in specie exteriore ut histrionum & oratorum.

ὑπέρθεσις.

ὑπερθέσει seu καθ' ὑπέρθεσιν est gradu superlativo: Ut quæritur quid utilissimum, quid æquissimum. Hæc qualitatis ζήτησις seu quæstio est καθ' ὑπέρθεσιν. Opponitur autem θέσει & παραθέσει, positivo & comparativo.

Quæritur	Simpliciter, θέσει, ἁπλῶς. Expetendané gloria. Quid honestum?	
	comparatè, κατὰ σύγκρισιν	κατὰ παράθεσιν; præponendané divitiis gloria? quid honestius?
		κατὰ ὑπέρθεσιν; quid honestissimum.

Verborum transjectio est ὑπέρθεσις ἢ ὑπερβιβασμὸς, qui nisi concinnus sit, vitiosus est.

ὑποκαθίζω.

ὑποκαθίζω seu ὑποκάθημαι est subsideo, subsido Ovidius usurpat metaphoricè in Metamorph. Jussit & extendi cāpos, subsidere valles. Transfertur & ad res venereas. Nam fœmina dicitur subsidere, quod & dicitur succumbere. Vide Horat Epod. 16. Tigres subsidere cervis. Lucret. lib. 4. Equæ maribus subsidere possent.

Hypostasis.

De voce Hypostasis inter Catholicos olim, cum in re idem sentirent tantū σχήματα, tanta oborta est controversia, ut partium dissidentium inter se altera alteram hæreseos insimularet, impingens hæc illi Arianismum: huic verò illa Sabellianismum: Una enim pars dicebat tres in divinis esse hypostases, altera tantū unā esse hypostasin, intelligens unam οὐσίαν. Hypostasis enim (quæ Latinè substantia dicitur) à Græcis accipitur & pro οὐσίᾳ seu essentia, & pro persona seu subsistentia. Itaq; utraq; parte humaniter audita posteaquam Synodus per Athanasium quoad doctrinam concordes, hoc est in re ipsa nihil discrepantes comperit, ita negotium transegit, ut nominum usum ipsis concedens, rebus eos constringeret.

Id manifestum est ex Epistola Synodalis concilij Alexandrini hisce verbis: Illis qui nonnullos incusabant ut trium hypostaseon affirmatores, cum hujusmodi voces in scriptura non reperirentur, ac proinde suspecti videri possent, auctores fuimus ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent: sed tamen de istis ob pervicaciam rixandi quæstio est habita interrogatiq; sunt, num pro Arrianorum sententia alienas peregrinasque ac diversæ à se invicem substantiæ personas esse velint, & unamquāque hypostasin per se ac seorsum divisam esse, pro ratione ceterarum creaturarum, eorumque qui ex hominibus nascuntur existiment? an sic, intelligant diversas res, quale est au-

rum, argentū, æs? an, ut alij hæretici, sub istis vocibus tria principia & tres maximos Deos constituant? Ceterum illi affirmabant, se ita neque dixisse, neque sensisse; percunctantibus autem nobis, quam ratione ista dicerent, aut cur omnino ejusmodi vocabulis uterentur? Responderunt se se in Trinitatem credere, non quæ nominetenus Trinitas, sed quæ verè Trinitas esset & subsisteret, & patré, ut qui verè esset & subsisteret, & filium ut existentem, & subsistentem, & spiritum S. ut subsistentem & existentem agnoscere. Non tamen se dixisse tres Deos, aut tria principia, imò ne toleraturos quidem, si quis tale quippiam aut dicat, aut sentiat; sed se scire esse S. Trinitatem, ut tamen una sit Deitas, & unum principium, & Filium se agnoscere esse coessentialé suo patri, ut dixerunt Patres, & Spiritum S. non creaturam, neq; alienum, sed proprium & indisgregatum ab essentia Patris & filii. Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque eos examinavimus, qui ab istis in culpam devocabantur, quasi dicerent esse unam Hypostasin, sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerentur ut sublatos vellent in Trinitate Filium & Spiritum S. quasi filius essentia careret, aut Spiritus Sanctus non subsisteret? Qui & ipsi affirmârunt, neq; ita se dicere, neq; ita se sésisse unquā, sed hypostasin ipsos intelligere, idem esse cum οὐσίᾳ. Unam autem ideò se se hypostasin intelligere, partim quia filius ex essentia patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: unam enim sese deitatem & unam naturam credere, neq; aliam patris, neq; aliam filii, aliam Spiritus S. esse naturam.

Quin immò & illi, qui eo crimine postulati erant, quòd tres hypostases inducerent, cum ipsis in eandem sententiam convenerunt. Vicissimq; illi, qui unam hypostasin asseverarent, istorum interpretatione acquieverunt, & ambæ factiones pariter Arium execrati sunt, ut hostem communem; Sabelliumque & Paulum Samosatenum, ut impios.

Posteris tamen Latinis, ut Augustino, non videtur placuisse vocis Hypostasis usurpatio pro persona. Ita enim Augustinus lib. 5. c. 8. de Trinit: Essentiam dico: οὐσία græce dicitur, quam usitatius substantiam vocamus. Dicunt quidem & illi Hypostasin, sed nescio quid volunt interesse inter οὐσίαν & ὑπόστασιν: ita ut pleriq; nostri, qui hæc græco tractant eloquio dicere consueverint μίαν οὐσίαν, τρεῖς ὑποστάσεις, quod est latinè unam essentiam, tres substantias. Sed quia nostra loquendi consuetudo jam obtinuit, ut hoc intelligatur cum dicimus essentiam, quod intelligitur, cùm dicimus substantiam, non audemus dicere unam essentiam, tres substantias, sed unam essentiam vel substantiam, tres autem personas, quemadmodum multi Latini, ista tractantes, & digni authoritate dixerunt, cum modum alium aptiorem non invenirent, quo enunciarent verbis, quod sine verbis intelligebant.

Adde quod Latinorum aures ita horruerint, cum audirent: hîc dici tres substantias, ut more græcorū & voce græca dicerent οὐσίαν unam, & hypostases tres, ad Arianismum evitandum, nec etiam dicerent, unam substantiam absq; addito trium personarum nomine, ne ὁμόδοξοι viderentur Sabellio.

Nec tamen Augustinus damnandos putat (lib. 7. c. 14. de Trinitate) qui differentiam inter essentiam & substantiam constituerent. Ea est hæc apud Basilium ad Ter. Quam habet rationem id quod commune est, ad id quod proprium, hanc habet essentia ad hypostasin, id est substantiam vel subsistentiam. Hodie apud latinos Theologos usitatius est, per substantiam intelligere οὐσίαν seu essentiam & per hypostasin intelligere personam, ac dicere essentia h. e. natura est una, hypostases tres. Consubstantialis Patri Filius, id est, essentialis ὁμοούσιος, Hypostatica unio, id est, personalis. Usitatius inquam: Quia ex recentioribus Scholasticis P. Fonseca etiam substantiale pro personali seu hypostatico accipit.

ὑποστατικόν.

Hypostaticum interdum accipitur generaliter pro quocunq; substantiali, & nonnunquam opponitur Idolo & imagini. Interdum pro Personali, ut conveniat cuilibet homini. Interdum appropriatur Verbo incarnato. Exempli causa: Iris non est aliquid hypostaticon, sed nubes ipsa, i.e. nubes est substantia, cui accidit iris, ut inhærens, nubem pingens. Unio hypostatica seu personalis, vel est perfectissima & singularis, inseparabilis λόγου & carnis: Vel est separabilis, non ita seu eo modo perfecta: ut animæ & corporis humani (nam animæ & corporis bestiæ talis unio non est, cum bestia non sit persona). In priore, τῷ λόγῳ unita est humana natura quasi pars compositi, ad unum Christum verum Deum & verum hominem constituendum. In posteriore, anima unitur corpori, ut vera pars veræ parti ad unius hominis constitutionem. Dico disertè Quasi, quia illic non sunt verè partes, sed tantùm κατ' ἀναλογίαν quandam. ἐκ τοῦ πράγματος hoc annorasse.

Quartò hypostaticum accipitur pro ὑποστατικῷ, id est pro subsistente in animo nostro nempe spiritualiter & per speciem, non materialiter. Theologus Græcus Chrysostomus sic ait in cap. 11. ad Hebr. ubi Fides describitur:

Quoniam ea quæ sunt in spe sine ὑποστάσει esse putantur, fides eis tribuit hypostasin, magis autem eis non tribuit, sed ipsa est substantia eorum: ut puta necdum resurrectio facta est, & necdum est substantia: Sed spes eam facit subsistere in anima nostra: hoc est quod dixit substantia.

Ad extremum ὑποστατικὸν est perseverans in aliquo, præfidens, confidens, obfirmatum, immotum. Ὑποστατικῶς est asseveratè, cum aliquid firmissimè & constantissimè asseritur. Sic Historicus. Gessit se ὑποστατικῶς, id est imperterritè, confidenter, audacter.

Hypothesis.

1. Hypotheses suppositiones demonstratorum principia & fundamenta sunt 2. Ac principia vocantur scientiarum inferiorum hypotheses ad differentiā superioris scientiæ, primæ inquam philosophiæ, quæ unica est ἀνυπόθετος, à qua reliquæ suas hypotheses id est, principia sumunt 3. Hypotheses speciali nomine sic dictæ Mathematicis, sunt vel ipsę rerum subjectarum definitiones vel propositiones, quæ ὑποκείμενον genus, de quo doctrina instituitur, nudè & simpliciter explicāt, ut ponatur, mundū esse rotundum, & sphæricæ quodammodo figuræ. ὑποκείσθω, visum ferri per lineā rectam. Hypotheses non nunquam etiam

tiam ὅροι nominantur, id est definitiones, quia plerumque rerum subjectarū definitiones aut explicationes continent. Aristoteles analyt. poster. lib. 1. c. 8. inquit, quod hypothesis sit, cum auditor nullā cognitionem per se fidem faciente ejus, quod propositum est, habet, attamen proponitur & cōceditur ei q talē propositionē sumit.

Sic quando definitur circulus, quod sit figura plana unicā lineā contenta (quam circumferentiam vocamus) ad quam ab uno puncto omnes, quæ intra figuram sunt, lineæ rectæ ductæ inter se sunt æquales; hanc propositionem communi notione, & absq; præceptore non prius intelligimus; Cum verò eam audivimus absq; demonstratione concedimus. Postulatum verò seu ἀίτημα dicit esse, cum id, quod proponitur, neq; domo secum affert discipulus, nec etiam concedit ei, qui tale sumit, petitur tamen ab eo, ut principii loco ponatur, ut si quis postulet ad suam demonstrationem faciendam terram moveri, cœlum stare.

Hypothesin ad thesin revocare est propositionem ac generale fundamentū ad specialem quæstionem accommodare ac syllogismum integrum disserere, ut in prima Catilinaria, hæc est Thesis, perniciosi cives, civitatis pestes, sunt morte multandi. Hæc propositio syllogismi est, ex qua assumitur & concluditur, h. est hypothesis disputatur; At Catilina est perniciosissimus civis. Ergo Catilina est morte mulctādus. Thesis igitur est generale enunciatū, Hypothesis speciale, & cū separati nudique termini (seu argumenta) in ijs considerantur, in thesi genus, in hypothesi species fuerit. Frid. Beurhus. in Compar: Logic. Thesin infinitam quæstionem dicunt oratores; Hypothesin, finitam seu causam, ejusque tria solent constituere genera, demonstrativum, deliberativum & judiciale cum tamen plura esse videantur.

Hypothetica necessitas opponitur absolutæ, dicitur alias necessitas ἐξ ὑποθέσεως, ubi ex ijs quæ jam exstant, ea quę præcesserunt necessariò concluduntur, ut est homo. Ergo fuit Embrio, & semen; non autem ex prioribus necessariò concluduntur posteriora, ut est Embryo, ergo necesse est fieri hominem, natura enim impediri potest.

Hypothesis, ad verbum suppositio, est

- *Conditio* positio, sic accipiunt Logici, & Politici.
- Postulatum ut concedatur, *Fundamentum*, quod substernitur operi futuro, sic philos., ut Mathemat.
- *Quæstio definita*, h.e circūstantijs circumscripta. Sic accipiunt oratores.
- *Fictio*; Scopus. Aristot. 6. Polit.
- *Periocha*, i.e. brevis argumenti summa: sic interpretes Homeri & aliorum.

Ἄλφα λιτὰς Χρύσου λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων, id est primus liber Iliados Homericæ habet preces Chrysæ, pestem exercitus, jurgium Regum. Hæc περιοχὴ dicitur ὑπόθεσις libri seu Poëmatis.

In Ethic. Aristotelis lib. 5. cap. 7. Numus omnium rerum dicitur esse mensura ἐξ ὑποθέσεως, id est ex hominum instituto, conditione, concessu, conventu, consensu, quod hoc inter se statuerint & concesserint, non quod ita sit. Sic ἐν τοῖς πρακτοῖς appellantur hypotheses fines earum rerum, quæ sub

sub actionem veniunt ad quos agendi consilia referuntur. Fines autem habentur in principiis.

Differt autem hypothesis ab hypolepsi.

Hypolepsis est sentẽtia, de qua est animi existimatio quędam, ut dicuntur hæc καθ' ὑπόληψιν Epicureorum, id est opinionem. Huic substernitur hypothesis: hypothesi hypolepsis innititur ut fundamento. Hypolepsis est Scaligeri, In definitione Animæ Aristotelica ἐντελέχεια significat formam, non continuam motionem: Hypothesis ejus, est quòd scribitur non per δ sed per τ.

ὑστερολογία.

Hysterologia est cum præpositio à casu suo ad verbum transfertur vel relativum antecedenti postponitur. Virg. 1. Æneid. Tyriam qui veneris urbem id est ad urbem veneris Cic. pro Ligar. Sed hoc non cõcedo ut quibus rebus gloriemini in vobis easdem in aliis repræhendatis. Idem in Epist: Tamẽ quę tua suavitas est quique in me amor, nolles à me hoc tempore &c.

ὑποτύπωσις.

ὑποτύπωσις 1. significat informationem vel delineationem seu σκιαγραφίαν, qualis est pictorum. Hi n. imaginem primum ruditer delineant, postea verò inde vivos colores inducunt. 2. Significat brevem & rudem descriptionem. Sic quidam intelligunt hoc 2. ad Timoth. 1. Hypotyposin teneto sanorum verborum, id est rudem & brevem consignationem quam in conspectu habeas & cujus ductum sequaris in docendo 3. Expressam formam, quibus verbis etiam reddita est dicto loco Pauli 4. Illustrem orationem, qua res velut ante oculos depingitur. Joh. Pisc. Sic accipiunt logici & oratores. Hypotyposis, inquit in Rhet. Justus Vultejus, est σχῆμα, cùm ex habitu lineamentisq; corporum personas describimus (descriptio est habit⁹) Cic. in Pisonẽ. Gabinium si vidissent Duûmvirum vestri illi unguentarii, citius agnovissent. Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbrię & fluentes cerussatæq; buccæ &c.

Litera. Φ.

φαίνεσθαι.

φαίνεσθαι est apparere in conspectum venire, δοκεῖν, speciem alicujus præ se ferre. οὐ γὰρ ἐστι (ἡδονὴ) ἀγαθὸν φαίνεται: cum non sit bonum (voluptas) boni speciem præ se fert. Aristoteles in Ethicis.

φαινόμενον.

Phænomenon est per se manifestũ sensibus: Scholast. Apparens ad sensum. Ei opponitur ratione & demonstratione θεωρητόν.

Proprium
- φαινόμενον, sensui notum, quod in sensus incurrit.
- Ratione θεωρητὸν seu cognitum, ut quod omne corpus Naturale sit finitum.

Demonstratio φαινομένου est demonstratio effectus. Cum per causam demonstratur φαινόμενον i. e. effectus, demonstratio διότι est; cum demonstratur φαινομένου causa, demonstratio ὅτι est.

Digitized by Google

Phænomena (apparentia) accipiuntur pro vulgari Aſtrologia. Sic accipit Ariſt. in lib. 1. poſt. Analyt. cum dicit, ut habent ſe apparentia ad Aſtrologiam. Significat hìc, inquit Zab. Ariſtoteles per Apparentia Aſtrologiã quandam vulgarem, qualem habent nautæ & ruſtici, quibus propter navigationem & terræ cultum neceſſe eſt quorundam aſtrorum ortus & motus cognoſcere. Hæc ſupponitur quodammodo Aſtrologiæ ſcientiæ, licet ipſa non ſit ſcientia. pag. 90. Hinc phænomena Arati dicuntur.

Phantasma φάσματα.

Phantaſmata ſeu phaſmata γενικῶς ſunt viſa, ſpecies, ſpectra, apparitiones.

Phantaſmata in doctrina phyſices de anima accipitur, pro materialib⁹ idolis ſeu formis, quib⁹ id homo, ad cuj⁹ intellectionem animum appulit, quodammodo intueatur. Definitio εἰδ-μανος: idola phantaſiæ. Anima in hac vita *ſaltem dum ordinarias intellectiones* obit, neceſſario ſpeculatur phantaſmata, ait Ar. 3. d. anima c. 7. at ſine moderatione à nobis adhibita. *Phãtaſmata ſpeculari intelligentẽ* (προάγειν) non eſt intellectum, aut ipſa phantaſmata, aut naturas, quæ in eis relucent, intueri, ſed (per θέαν) eſt eum qui intelligit, dum rem aliquam, ſive univerſalem ſive particularem conſiderat, ſimul per φαντασίαν circa aliquid ſingulare in tranſcurſu ſeu obiter verſari, id quod patet ex his Ariſtotelis verbis ὅταν τε θεωρῇ ἀνάγκη ἅμα φαντάσματι θεωρεῖν, hoc eſt, cumq; contemplatur neceſſe eſt unà cum Phantaſmate contemplari. Colleg: Connimb. in 3. lib. de anima c. 8. quæſt. 8.

Intellectum agentem Phantasmata il- [illegible] tan

quam externam lucem radii ſui conſortio active evehere phantasmata ad producendã ſpeciem νοητὴν, in qua communis natura repræſentatur nuda ſeu exuta differentiis individualibus maneto; à ſolo intellectu perceptibilis.

Phantaſmata Ariſt. in doctrina de Mundo ſunt
- κατ' ἔμφασιν, id eſt, interprete Budæo, eorum quæ in aëre apparent alia ſpecietenus apparent, alia etiam habent naturæ ſubſtentiam.
- καθ' ὑπόστασιν.

Phantaſia primò ponitur pro ἐνεργείας actu imaginandi. 2. pro δυνάμει, potentia imaginatrice. 3. Pro ſpecie alicujus rei, quæ ſenſu comprehenſa eſt relicta in mente. Suidas.

Phantaſia,
- βουλευτική, quæ tantum intelligentis eſt naturæ. Naturalis eſt connexio intellectus cũ phantaſia, dum anim⁹ eſt in corpore.
- αἰσθητική, quæ ſenſui adjuncta eſt
  - Confuſa
  - Inconfuſa
    - quę poteſt doceri διδακτή
    - quę nõ poteſt doceri ἀδίδακτος

Confuſa) Hæc attribuitur vermium generi. Horum motus, ut & phantaſia, quæ eos regit, erabundus eſt, qualis & in inſectis eſſe animadvertitur.

Quæ poteſt doceri) Hæc tribuitur Canibus & pſittacis.

Quæ non poteſt doceri) ut informicis & araneis. Ita Zoophyta habent phantaſiam [illegible]

nec διδακτὸν, & motum ἀδιεξιὸν.

Usus

Zoophyta cum sensum habeant & dilatando atque constringendo. aversentur atq; persequantur, quæ naturæ ipsorum conveniunt: aut non conveniunt, quæritur an phantasiam & motum habeant? Hic respondendum est distinctione modò allata.

φαντασία, φανταστὸν, φανταστικὸν, φάντασμα.

Plutarchus in placitis Philosophorum de sententia Chrysippi significationes horum quatuor, φαντασίας, φανταστοῦ, φανταστικοῦ, φαντάσματος, ita distinguit.

φαντασία, inquit, est affectio in animo, quæ & sese efficiens ipsam ostendit. Ciceroni visum est. Quintiliano visio.

φανταστὸν est id quod ciet seu movet phantasiam, qualia sunt omnia, quæ animo de sensibus visa offerunt.

φανταστικὸν inanis quædam species est distrahens animum, de nullo subjecto.

φάντασμα est ad quod animus attrahitur specie illa inani & hujus motu, cum videre sibi aliquis videtur id quod re ipsa nihil est. De quo Orestis soror apud Euripidē ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σαφ' εἰδέναι, Nihil vides eorum nosse quæ putas. Vel:

Quæ scire planè credis, horum nihil vides.

Est autem φάντασμα à φαντάζομαι.

φαντάζομαι 1. est appareo, præbeo conspiciendum, eminendo conspicior. Herodotus οὐκέτι ἐφαντάζοντο, non cōparebant amplius. Epiphanius φαντάζω dixit ἐνεργητικῶς: μάτην τὴν ὑπό σε ἠπατημένην Φλώραν ἐφάντασας, frustra objecisti inanem speciem deceptæ à te Floræ. Loquitur de Ptolemæo hæretico.

2. Est cogitatione informo, imaginor. Et Alexander Aphrodis. φαντάζω accipit pro speciem ementior.

Singulare est quod in Actis Apost. cap. 25. vers. 23. φαντασία ponitur pro ostentatione vel splendore, gepreuge.

φθαρτὸν.

φθαρτὸν παθητικῶς, φθαρτικὸν ἐνεργητικῶς accipitur. Illud corruptioni obnoxium est: hoc verò corruptivum, quod potest interitum afferre. Αἴτιον φθαρτικὸν est causa corrūpens seu interimens vel vim habens interimendi. Demonstratio non est φθαρτῶν, corruptibilium rerū seu caducarū, sed perpetuarum. φθαρτὴ πρότασις corruptibilis propositio Aristoteli est 1. Poster. Analyt. cap. 8. cujus subjectum vel prædicatum est caducum seu corruptibile. Subjectum, ut hic homo, prædicatum, ut doctus. Doctrina n. à subjecto hoc separari potest. Hæc propositio: Germani vel Poëtæ sunt bibuli: φθαρτὴ est, quia est propositio universalis in materia contingenti, seu est φθαρτὴ propter corruptibilitatem prædicati. Zabarella ex Aristotele: Si propositio sit φθαρτὴ (ut cum subjectum singulare caducū est) talis quoq; erit conclusio, & è converso. προτάσει φθαρτῇ opponitur propositio perpetua, ἀΐδιος.

φιλολογία

Philologia est collocutio de literis (humanioribus) remissioribus, quas Plato vocat Musas μαλακωτέρας; & gravioribus studiis seu συντονωτέρας μούσαις (ut idem illa vocat) opponit.

Philologi igitur sunt tales collocutores seu disputatores.

Philologi etiam à nonnullis dicuntur, tum qui Organorum Philosophiæ Grammaticæ Logicæ Rhetoricæ & Poëticæ præcepta & exempla congerunt: tum qui non ex uno genere sed ex Encyclopædia scientiarum,

Digitized by Google

tanquam apes sedulæ ex variis flosculis, elegātiæ methodiq; mella fragrantissima colligunt; Et ita opponuntur iis, qui certo alicui Philosophiæ generi sese addixerunt, ut Philosopho naturali, Philosopho Mathematico. Ita usurpat hanc vocem Theod. Zuing. in prosceniis Theat. vitæ hum. Speciatim Philologi dicuntur eloquentiæ studiosi.

φίλον.

φίλον
- πρῶτον, ἀυτὸ φίλον, Deus.
- δεύτερον, cujus causa secundum Deū est.
  - ἀνάγκη, Necessitas.
  - τὸ ὅμοιον seu ὁμοιότης, τὸ οἰκεῖον seu οἰκειότης, id est animorum, studiorum & morum similitudo atq; cognatio seu consensio, vitæ usu mutuisq; officiis firmata.

Vide Platonem in Lyside.

Intellige verè φίλον, quod in improbos non cadit, sed tantum in bonos, quibus omnis vita est ἐνάρμοστος & præclarè secum consentiens. Contrà improbi sunt ἀσύθμητοι & ἀνόμοιοι, ut secum etiam maximè discrepent, nullæ rationis regula temperati. Unde efficitur veram amicitiam tantùm in bonos cadere posse, in improbos nullo modo. Joh. Serranus ex Plat. Lyside.

Ἀνάγκη Necess.) Deus injecta necessitate, id est, κακῆ παρουσία, ut loq. Plato, homines mutuo inter se vinculo continet, ut mutuam societatem velint nolint colant.

Δεύτερον.) Nam à summo φίλῳ Deo cetera φίλα παρωνύμως deducuntur.

φίμος.

φιμὸς is est, qui & κημὸς vel περιστόμιον, & Latinis camus, frenum oris. Dicitur non tantùm de feris, de canibus, sed etiam de hominibus, Ein Maulkorb. Pœnæ enim causa mancipijs inferebatur φίμος seu camus. Et urinatorum obturamentum, quo os obligant, ne aquam sorbeant; & mulierum ornamentum, quo os obducunt, φιμὸς dicitur

φιμόω est freno, vincio, os obturo, ἐπιστομίζω Deuter. cap. 15. οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα non impedies capistro bovem triturantem, quo minus pasci possit, non obligabis os jumento triturantі in area fruges tuas. In narratione Evangelica inquit Iesus φιμώθητι freno coercetor id est compesce seu comprime os. Jubetur hìc Diabolus os frenare id est silere; & ἐφιμώθη, obmutuit, conticuit. Aristoph. in nebulis οὕτω φιμώσητε τοῦτον τῷ ξύλῳ αὐχένα, ut frenetur cervix ejus lingo.

φίμωσις, est vitium penis, cum præputio tam arctè obligatur seu astringitur glans, ut cute sua nudari nequeat

Ei opponitur παραφίμωσις, cùm cutis ita curta est, ut glandem contegere nequeat.

φορτικός.

Voce hac sæpe utitur Aristoteles. Eth. lib. 4, ubi de magnanimo loquitur, accipit pro odioso & inepto. Ita & eodem libro de scurra, qui omne suum studium in ridicula confert. Et lib. 10 φορτικὸς ἔπαινος est odiosa & inepta laus. Et 1. phys. φορτικὸς λόγος est odiosior & stolidior ratio. Apud Plutarchum est κυβερνήτης φορτικὸς gubernator stolidus seu ἀνόητος.

Accipitur etiam pro insolente, inepto. Adrianus Turnebus. Et pro tardo. Lambinus: qui idem putat apud Ælianum

anum in 2. Var. hist πολυτελῆ δεῖπνα καὶ φορτικὰ appellari cænas sumptuosas gravesque ijs, qui eis delectantur, quanquam stolidas & ineptas etiam interpretari possumus, quod talibus cœnis homines leves & stolidi delectentur.

Φορτικώτατοι lib. 1. de mor. cap. 4. Perionius vertit Importunissimi, quod non satis probatur Lambino, ut qui malit ineptissimi stolidissimiq;. Est autem vox à φόρτον, quod est onus.

Φεύγων, Φεύγειν εἰς καθόλου.

Φεύγων usu forensi Oratoribus est reus, ut ὁ διώκων accusator, ἀπολογούμενος, patronus seu defensor φεύγειν ἐπὶ τὸ καθόλου vel ἄγειν (pro eo dicitur & φέρειν) εἰς τὸ καθόλου Aristoteli est conferre se & convertere ad universi generis vim & orationem: est transferre ὑπόθεσιν seu speciem causæ ad thesin, id est avocare controversiam à circumstantiis & propriis personis ad universam naturam seu universi generis orationem. Ut sit ne sapientia præferenda prudentiæ.

Dicitur & φέρειν εἰς τὸ καθόλου τοὺς συλλογισμοὺς, cùm ex specialibus fiunt Syllogismi communes seu universales. Hanc rationem etiam vocat Aristoteles ἀπάγειν. Sic Cicero in Oratore. Quicquid est illud in quo quasi certamen controversiæ est, quod κρινόμενον dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæstionem atq; ut de universo genere dicatur. Quare in omni causa videndum, ut disceptationes quæ in controversiis oriuntur & sunt certis personis temporibusque notatæ (hoc est circumscriptæ definitæque) rursus ad consultationis formam rationemque revocentur, ut de universo genere quæratur, & detractis earum attributionibus (Scholastici dicunt Determinationibus) fiant infinitæ. Latius enim de genere disceptari potest quàm de parte. Et quod in universo probatum est, etiam in parte probatum sit, necesse est. Exemplum Syllogismi καθόλου est: Omnis viva fide præditus servabitur. Omnes Electi in Christo sunt viva fide præditi. Ergo omnes Electi in Christo servabuntur. Ex hoc universali specialis syllogismus consequitur, recteq; infertur.

Φιλομέλισμα.

Intechnopægnio Poëtico est carmen, quod voco φιλομέλισμα & φιλομελισμάτιον cum breve seu parvum est, quo in aliquot versibus enumerantur quædam res, singulæ in singulis, q. sint, verbi gratia, pulchræ, candidæ, fortes ac similes, ac hoc quidem semper in gradu absoluto, sed genere & numero diverso, prout sunt nomina: in ultimo verò disticho eas recollectas conjungimus & ibi interdum utimur comparativo, dicentes hanc vel illam rem pulchriorem, candidiorem fortiorem esse. Hæc autem repetitio ex puris tantùm nominibus fit eo ordine, quo suprà se invicem fuerint subsecuta. Appellatur hoc artificium à quodam Philomelicum, & Philomelinum, non quod de Philomela illud sit (quanquàm etiam Philomela eo celebrari possit) sed translato tantùm nomine à Philomela, quæ est Luscinia, in quam Philomela conversa esse fingitur ab Ovidio 6. Metamorph. Hoc artificii genus cum sit φίλον, id est gratum & suave, ac pulchrum, haud ab re pulchrũ etiam & carum & amabile (ἐράσμιον, ἐραστεινὸν) carmen vocari potest. Sed artificium nunc Epigrammate de Philomela est primùm est aperiendum.

Digitized by Google

Suavis Drostla suo mulcet modulamine sylvas,
Vox suavis merulæ pectora læta facit.
Est suavis Progne signata rubedine pectus,
Et suaves modulos suavis Achantis habet.
Suavis alauda melos Lyricum canit ore sonoro;
Suavis luteola es flava colore tuo.
Suavis Turdus adest magnis heroibus ales,
Et suavis Chloris, cui sua penna viret.
Suavis Olor suavi sua funera carmine deflet,
Suavis in autumno concinit ore parus.
Quid de te ô suavis Philomela existimat auris?
Dicam præreliquis tu Philomela places.
Suavior es Drostla, merulâ, progne, achantide, alauda,
Luteola, turdo, chloride, olore, paro.

Nullius n. aviculæ musica est amabilior & magis varia, quã lusciniæ. Per prognen intellige hirundinem. Progne n. in hirundinem conversa est Ovid. 7. Metam. Virg. 4. Æn. Et manibus progne pectus signata cruentis.

Epigramma in verba è Cantico Solomon: *Tota pulchra es amica mea.*

Sunt pulchræ sylvæ, sunt pulchra nomismata pulchrum
Est pratum, in viridi gramina pulchra solo.
Sunt pulchræ gemmæ, sunt astra & stẽmata pulchra
Sunt pulchri flores, est quoq; pulchra dies.
Pulchrior est sylvis pia virgo, nomismate, prato,
Gramine gemma, astro, stemmate flore, die.

Epigramma de Victoria sui ipsius.

Est hebenum, lignũ, q; prof; rt India, forte,
Alcidem fortem nomine fuisse canunt?
Fortis res ferrum: testis Vulcanius ignis:
Fortis & in bello Troicus Hector erat.
Fortis Alexander totum sibi subdidit orbẽ.
Dum illum vincens fortis & ille fuit.
Et Milo fortis erat, quia taurum ferre valebat,
Quis fortes poterit dinumerare feras?
Fortior est, sese vincens, hebeno, Hercule ferro,
Hectore, Alexandro Dite, Milone feris.

Possunt & Philomelica fieri, sine comparativo & ablativo in fine, ut nimirum ibi fiat repetitio per nominativos.

Sic possent variæ virtutes variorum hominum enumerari. In ultimo vero disticho uni eæ accommodari, ut in te est prudentia, amor, fides, spes &c. Exgregium exemplum extat, ex dicto Ambrosii libro 10. de virginitate,

Christus, est omnia omnibus &c.

Mens mea, ne trepides: Christus tibi cuncta ministrat:
Munera quæ vitæ funeraquæq; levant
Si tenebras animi refugis noctisq; pavorem
Sol est, irradians lumine cuncta suo.
Si dape collapsas vires reparare labores,
Vivificum cælo sufficit ille Cibum
Si latus aut renes morbo cruciaris acuto,
Hic validum docti Peonis Unguen *habes.*
Si te fata premunt durisq; in rebus egenum
Portus adest, &, opus queis tibi, dat Opes.
Si fera bella movent Satanas, caro, mundus & Orcus;
Pax *tibi de Christi certa cruore venit.*
Figere si recto vestigia tramite gestis;
Est Via, *demonstrans quâ pedes ire queas.*
Si truculenta paves immitius spicula mortis,
Est Vita *obtundens hostica tela necis*
Si moriens fragili migras è carcere carnis
Aeternâ in superûm fit tibi sede Salus
Cuncta tibi est Christus, *mea mens, quid plura requiris?)*
Sol, Cibus Unguen, Opes, pax, via, vita, Salus.

Φθορά.

Φθορά (interitus) ignis præcipua est (κυριώτατη) cum principiū ignis i. e. humor cremabilis, est

- Consumptum ab
  - Igne & calore ipso.
  - Externis causis, ut per vim.
- Interclusum.
- Elisum.
- Obrutum.

Explic:

Cremabilis] i. e. igne imbecillior, & quem superare potest.

Ab igne) Hæc φθορὰ dicitur φυσικὴ φθορὰ & μάρανσις.

Ab externis) ut frigore, humore. Hæc dicitur σβέσις.

Aqua fervens humore extinguit invadens & obruens principium ac fontem ignis. Acetum magis extinguit. Est enim σβεστικώτερον, quàm aqua, & quia tenuiorum partium est, magis subit & penetrat ad principium humore suo. Oleum picem ardentem extinguit cùm sit maximè cremabile, quod aqua non facit, tum quia λεπτομερέστερον est quàm aqua, ideoq; penetrantius. tum quia densitate sua flammam elidit sicut lychnus extinguitur instillato oleo. Extinguit & aër frigidus, ut apparet, cum cinis removetur á carbonibus ardentib⁹, ubi tamen & aliæ causæ accedũt. Quando autem materia cremabilis nimium est, suffocatur ignis.

Φάσις.

Φάσις seu constitutio controversię nascitur ex duabus contrariis sententiis, quę

vocantur φάσεις, quarum una est adversarii seu accusatoris, quæ dicitur ἀπόφασις, quia fit per negationem seu infitiationem facti. Aliâs Intentio: ut Archias non est civis Romanus. Altera est defensoris, quæ dicitur κατάφασις quia fit affirmatione. Alias depulsio, ut Archias est Civis. Ex hac causarum prima conflictione hic status causæ, κεφάλαιον γενικώτατον) στοχαστικὸς oritur: Utrum Archias Civis Romanus factus sit nec ne.

φύσις, φύσει, Natura:

Aristoteli φύσις est forma rei. In ἀκροας. φυσ. Paulus 1. Cor. 11, Natura ipsa vos hoc docet, Naturam vocat Naturale judicium rectæ rationis. Vulgo vocatur sensus communis.

Gentes seu profani homines, qui legem non habent, quæ legis sunt, faciunt naturâ-Rom. 2. id est naturali instinctu atq; impulsu, naturali ratione eis dictante discrimen honestorum & turpium, id est quid honestum, quid turpe sit.

Interdum φύσις idem est quod res vera, res ipsa, veritas rei Interdum φύσις significat ordinem institutum à Deo in reb⁹. Interdũ pudenda seu Naturalia.

φύσις cōsideratur trifariam 1. ψιλῇ θεωρίᾳ nuda cogitatione seu imaginatione, abstractè ab omnibus individuis 2. κοινῶς, i. e. secundũ rationẽ communẽ & omnibus individuis convenientem, seu in specie 3. ἀτόμως, id est ut existens in uno individuo cum proprietatibus individualibus, quę illud ab omnibus aliis individuis seu singularibus discernunt Ex Damasc. lib. 3. cap. 11. Hoc modo assumpta fuit humana natura à Filio Dei.

1. Schegk. φύσει dicuntur esse, quæ plerumque & ut plurimum (ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ) certo quodam modo se habent.

Φύσει

Digitized by Google

Schegk. φύσει quæ sunt, semper sui similia sunt, nō quæ νόμῳ & συνθήκῃ. Idem. Secundū naturā quamq; rem habere dicimus, cum plerumq; & ferè semper similem admodum se habet, non aliter atq; aliter. Stabile enim & diuturnum quid natura est Aristoteli: ut, contingit sæpe fœtum in caput nasci. Hoc πεφυκὸς κατὰ φύσιν. Cōtingit rarò fœtum non nasci in caput: hoc πεφυκὸς παρὰ φύσιν.

Κατὰ φύσιν & παρὰ φύσιν ἄμεσα sunt, id est non omne est κατὰ φύσιν, aut παρὰ φύσιν.

Apud medicos enim multa sunt hujusmodi, quæ neq; κατὰ, neque παρὰ φύσιν corpus afficiunt, quę ipsi appellāt οὐ κατὰ φύσιν ὄντα, non secundū naturā res (res nō naturales.) Sic in Eth: non omne bonum est, vel malum, cum sint quædam neq; bona neq; mala. Sed omne nihilominus est aut bonum aut non bonum.

Substantiæ mobiles pleræq; sunt κατὰ φύσιν aut παρὰ φύσιν κεχωρισμέναι. Crasis non est natura, sed aliquid secundum naturam. Aristoteli interdum τῇ φύσει, & ἁπλῶς, id est ex sua natura, & simpliciter seu absolute idem significāt. Ad hoc ostendendum adduco Bartholom. Viottum Medicum Taurinensem, qui lib. 1. de demonstratione hæc habet: Quomodo per demonstrationem sciantur etiam caduca (quæ multis visus est à demonstratione reiicere) Aristoteles indicavit, scribens, οὐκ ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις τῶν φθαρτῶν, οὐδὲ ἐπιστήμη ἁπλῶς, ἀλλ᾽ οὕτως ὥσπερ κατὰ συμβεβηκός, id est, Non est itaq; demonstratio corruptibilium, neq; scientia simpliciter, sed sic est, quasi velut secundum accidens. Ex his verbis non negat caduca sciri, sed ejus scientiæ imperfectionem ostendit. Non enim absolutè monstrationem, sed cum addito ἁπλῶς, hoc est Simpliciter, id est, penitus seu omnino. Possum & ἁπλῶς ex sua natura vertere Aristotelem imitatus initio lib. 1. poster. Cum enim scripsit Bifariam notiora & priora sumi: Natura & ratione nostri, τῇ φύσει, καὶ πρὸς ἡμᾶς, paulò post explicans quænam essent notiora naturā & priora, non scripsit, iterum τῇ φύσει, naturā, sed ἁπλῶς δὲ πρότερα, καὶ γνωριμώτερα, hoc est, simpliciter autem priora & notiora. Hic relicto nomine φύσει assumpsit Simpliciter seu ἁπλῶς, unde sive aliquid ex sua natura sive simpliciter tale pronuntiaverimus idem significari indicavit. Hæc Viottus. Interdum τῇ φύσει est Revera, eiq; opponitur secundum opinionem seu existimationē: ut Gentium Dii natura Dii non sunt, id est reapse sed ὑπολήψει seu existimatione hominum.

Φυσικόν.

Φυσικὸν 1. est quod fit ab interno principio, est id quod à natura profectum est. 2. ad quod, ut ad suam perfectionem, res propendet vel intenta est; quod naturæ est consentaneum, vel optabile, quod rei naturam comitatur, vel insequitur 3. quod natura alicuj[us] rei requirit, ita ut sine eo nequeat esse, seu existere, aut conservari, etsi non consequatur rei naturam, ut effectus causam.

Physicum, φυσικὸν, sæpè opponitur ei, quod est artificiosum vel violentum vel ὑπὲρ φύσιν, vel παρὰ φύσιν. Ita facultates αἰσθητικὴ, & λογικὴ animæ naturales seu φυσικαὶ sunt, quia non sunt παρὰ φύσιν.

Quidam vegetativam, seu φυτικὴν animam (pro qua Aristoteles τῆς θρεπτικῆς vocabulo abutitur) quæ stirpium

rum generi est propria (quæ Græcis sunt φυτὰ) & quasi pars animæ est in homine, & pecude, vocarunt φυσικὸν, quod aliis non placet: Estq; φυσικὸν vel simpliciter vel quodammodo.

Usus declarationis per exempla.

Corruptio compositi (physici) naturalis est, quia non est ab arte, nec supra naturæ vim, sed secundum cursum naturæ. Nec mors est naturalis quia per externam vim infertur; Sed ea demum naturalis est, quæ marcescente calore ob temporis diuturnitatem provenit absq; vi externa. Generatio naturalis est, quia non est artificiosa, non hyperphysica, quia à natura per se intenditur.

Corruptio est naturalis respectu materiæ contrariorum susceptricis. Expetit autem materia corruptionem per accidens.

Corruptio naturalis est respectu formæ corruptibilis & compositi. Ita corruptio & mors violenta etiam dici potest naturalis.

Qualitates sunt elementis naturales, de sentẽtia Zabarellæ, etsi à causa externa ut cœlo sint inductæ in illa. Zabarell. de qualitatibus Element. cap. 9. lib. 1. Hic naturale, idem est, quod conveniens & necessarium naturæ rei, ita ut sine eo nec produceretur, nec conservaretur.

Mistio quia mistilium est alteratio, & formæ misti generatio seu introductio, simpliciter naturalis est. At cum ex elementis interse coeuntibus mistum generatur, Elementorum unum in locum concursus, non est simpliciter naturalis, si proprias ipsorum naturas spectemus, qui tamen aliquo modo fit secundum naturã, quatenus à causis universalib⁹, quę hinc indè elementa cient, & quasi coire seu in pugnam congredi faciunt, intenditur, & promovetur. Coll. Conimb. 1. de generatione & corrup. c. 10. q. 1. art. 2. Cæterum Zabarellæ vanum est in iis, quæ ex materia & forma constant, motum aliquem vocare naturalem, ratione solius materiæ, ut principii passivi, eò quod materia habeat aptitudinem ad omnes motus sive naturales, sint, sive violenti, indistinctè recipiendos, & verò nemo dicat motum lapidis sursum projecti naturalem ratione materiæ. Vid. lib. 2. de interitu misti cap. 3.

Φρόνησις
- κυρία; oculus quidam practicus.
  - εὑρετικὴ seu βουλευτικὴ, quid agendum sit deliberans.
  - κριτικὴ sua vel aliorum consilia judicans.
  - Utraq;
    - 1. Politica & urbana, quæ velut dux & Magister est hominum, qui sunt ejusdem civitatis vel domus participes.
    - Bellica & castrensis, horum q sunt in iisdem castris
      - Aperta.
      - Occulta. Huc strategemata pertinent, bo ni doli (qui sunt cum justitia)
        - ante bellũ
        - In bello
        - Post bellum.
    - 2. κεφαλικὴ, quæ judicat de iis, quę habet cognita. Judicia hinc præclara prudẽtũ.
    - Ἀποφαντικὴ, quæ de incertis judicium suspendit. Judicii suspensio ἐποχὴ.
- Impropria, ut naturalis.

φωνή.

φωνὴ 1. vox eſt, ſonus animalis, ſive ſit ἔναρθρος, id eſt articulat⁹, ut hominis, ſive ἄναρθρος, id eſt inarticulatus, ut brutorũ: ſive ſit ordinarius & naturalis: ſive extraordinari⁹ per miraculũ, ut aſinæ Bil. ſive ſit citra miraculum ex humano artificio, ut pſittaci. 2. eſt lingua ſeu dialectus. 3. eſt φθόγγος ſeu ſonus inanimati κατηχήσεως: συνεχὴς: 1. ad Corinth. 14. v. Inanima, quæ φωνὴν edunt, ſive tibia ſit ſive cithara: de quo genere etiam eſt ταχ, ταχ ſonus percuſſionis apud Plautum, ſicut apud Germanos Puff/ puff.
4. Eſt fama. Sic accipit Evangel.

ψόφος ſonus confuſus eſt ut ſtrepitus, crepitus.

φωτίζειν.

φωτίζειν ſignificat 1. res per ſe occultas in lucem proferre, & reddere aſpectabiles 2. Illuminare alios. Utrumq; illis, qui in tenebris ſedent, præſtat lux Solis & ignis ac lucerna. Utroq; modo accipit φωτίσαι Hieronym. Zanch. 4. ad Epheſ. ut illud ſit & illuminare omnes & proferre in lucem omnibus. Διαλάμπειν ab illo differt, quia abſolutum verbum eſt. Ariſtoles 1. Eth. καλὸν διαλάμπει hoc eſt ſplendet & elucet in adverſis. Inter φῶς & φωτισμὸν ſic quidam diſtinguunt: φῶς vocant lucẽ primævã primo die productam, qua omnes res & in quibus eſt, ut in corpore Solis, & in quas incidit, quales ſunt hæ res inferiores, illuſtratę & illuminatę ſunt: φωτισμὸν verò illuminationẽ, vel ſplendorem & fulgorem, qui fit ex lucis in denſum aliquod corpus incidentis reflexione. Itaq; docent lucem eſſe cauſam, Lumen autem illius lucis effectum & repræſentationem. Ex quo intelligitur hoc cum illo non eſſe idem numero. Aliud eſt φῶς accendens, ut in Sole: aliud φῶς accẽſum in rebus inferioribus. Interdum etiam φῶς accipitur pro luminari, ut Sole, Luna, qui aliàs dicuntur φωστῆρες.

φῶτα etiam dicta ſunt Judæorum feriæ, ἐγκαίνια, ſeu feſti dies reſtituti cultus divini, inſtaurati, renovati, purgati templi.

ἑορτὴ φωταγωγίας eſt feſtum geſtationis luminum.

φαῦλος.

φαῦλος λόγος eſt oratio vel ratio ignava, frivola. Faule fratzen. Aliàs dicitur σαπρὸς, σαπρὸς & δυσώδης pulcris tranſlationibus Latinè oratio obſcœna futilis, & inutilis, mala, ſpurca, levis, non ſuavis. Abſtractum eſt φαυλότης. φαυλισμὸς (à φαυλίζω) eſt extenuatio cum contemptione conjuncta, deſpectus.

Φυσιογνώμων.

Etſi Φυσιογνώμων in genere ſit naturæ cognitor vel interpres, tamen uſitatius accipitur pro eo qui ſe profitetur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, vultu, frõte pernoſcere. Aliàs μετωποσκόπος. Hujus doctrina dicitur phyſiognomonia, & Φυσιογνωμοσύνη & in plural: phyſiognomonica.

LITERA. X.

Χαρακτήρ, CHARACTER:

Eſt ſignaculum, quo aliquid inſignitur ut ordinatum in aliquem finem. Sicut charactere inſigniuntur milites, quo ij ad militiam deputantur, & denarius charactere inſignitur ad uſum commutationum. Thomas Aquinas. Eſtque ſcholaſticis Doctoribus corporalis vel ſpiritualis (quo inſignitur anima)

Pro-

Proprietates essentiales dicuntur characteristicæ ab essentia seu forma; unde manant, quia forma suam cuiq, rei notam atque characterem imprimit, quo à nobis & intelligi & nominari & à ceteris rebus distingui possit. Perer. lib. 6. de Form in præfat. Essentiales proprietates ad differentiam Accidentalium, quę eis opponuntur, dicuntur etiam verè characteristicæ.

Characteres morum seu morales.

Specialiter Theophrasto Characteres morum sunt vitia, quæ naturis hominum veluti notæ impressæ sunt: natu alia sunt vitia, quę vitam ipsam talem reddunt, & veluti χαρακτηρίζουσι: vel dicit libellum suum Ethicum Characteres morales, quod sint descriptiones & χαρακτηρισμοὶ, quæ dicuntur in eo libello.

Generaliter Characteres morum sunt tam bonorum quàm malorum hominum. Quemadmodũ n. omnium animalium generibus certi quidam sunt mores naturalesque affectiones, atq; aliæ sunt iracunda, alia mitia, alia docilia, sagaciora alia: Ita universæ hominũ speciei sui sunt mores & affect⁹.

De Orationis charactere.

Character est λόγου seu orationis λέξις, similis ejus rei, cujus est nota: C.t. quidem, q addit Scal. substantiã, quantitate, qualitate. Exemplum in fama est apud Virgil. 4. Aneid. fama substantiã suâ monstrum est, quantitate Ingens, qualitate, Horrendum: Rei dictio similis, Nam in voce hac monstrum, asperitas est, in hac Ingens, magnitudo, in hac Horrendum, sanè horror) Appellatio characteris est metaphorica. Etenim quo modo ceræ luto, metallo, par similisque imprimitur facies, ejus rei cujus nota esse debet: id quod græci dicunt χαράσσειν: Sic oratio, est tanquam cera plumbumve: facies character: res pro eo habebitur, quem cuneum ad plumbum & annuli gemmam ad signandam ceram dicunt.

De characteribus τοῦ λέγειν cõmentari & explicare utilissimũ est. Aliâs hę Formæ, Ideæ, γένη λόγων, genera dicendi, expressæ figuræ dicendi.

Characteres seu γένη λόγων duo sunt, unum purum, seu solitarium, seu unismodi: alterum mixtum, varium, temperatum.

Alijs genera dicendi sunt grande, tenue & medium. Grande aliâs dicitur Grandiloquum, Altiloquum, summum, generosum, ἁδρόν.

Tenue aliter Gracile, exile, infimum, humile, ἰσχνόν.

Mediũ, aliâs Æquabile, mediocre, μέσον. Harum formarum affectiones sunt quædam omnium communes, quædam propriæ singularum.

Tam communes, quam propriæ sunt perpetuæ, vel non perpetuæ.

Communes omnium perpetuæ sunt, perspicuitas, cultus, proprietas, concinnitas, pulchritudo, numerositas.

Perspicuitas seu claritas Græcè σαφήνεια est facilitas orationis ad rẽ intelligendã: seu est aptitudo vocis ad animo celeriter repræsentandum eam rem, cui imposita est. Huic opponitur obscuritas.

Perspicuitas hic popularis intelligitur, & sæpius oritur à puritate, ac subiicitur ei Evidentia, ἐνάργεια.

Pura oratio est, aut in qua nihil est peregrinum, vel corruptũ, aut in qua nihil est immundum, sordidum seu lutulentum. Hæc apud Latinos latina, apud Græcos græca est &c. omnineq; gentis & populi propria. Itaque puritatis species, est latinitas, Atticismus &c.

Digitized by Google

Pura verba sunt quotidiana vel lecta. Peregrinum est aut in verbis, ut si latinè græcisses: eti palin sympotes, pro ad huc iterum compotor, seu combibo, aut in verborum contextione, ut si dicas calculum suum recantare, dico tibi convitium. Impuritatis exemplum est Animalticus pro eo qui φιλοσοφεῖ de anima.

Cultus est sordium abstersio, undè existit Nitor.

Quidam vocant orationem tersam, stylum tersum, seu lautum.

Proprietas est nativa vis significandi, ex usu doctorum. σοφὸς ἐυθυῤῥήμων ἔση, sapiens rectiloquus eris h. est propriè loqueris suo quamque rem nomine efferes Stoici.

Non excludo hac voce translationes. Sunt enim quædam translata, & immutata ita usurpata; ut pro propriis habeantur (Propria sunt nativa & res distinguentia, vel translata, æquè usurpata atq; propria: sunt verè propria, vel quasi, i.e. nativis seu proprijs simillima.

Proprietati opponitur ἀκυρολογία.

Pulchritudo seu decor est omnium, quibus oratio conficitur, convenientia quædam & modus, Græcè κάλλ☉, Ejus pars est orationis succus quidam, & tanquam color venustus;.

Venustas, χάρις est pulchritudinis perfectio. Sed licet venustum & pulchrum pro eodem accipere.

Venustati adversatur Turpitudo & obscœnitas (quam amant Cynici)

1. Obscœnæ turpesve res verecũdè efferendæ sunt, aut ad usum præfandus honos, id est; significandum nobis, non velle nos verbis turpibus lædi verecundiam, aut eorum qui assunt aures. 2. obscœnæ res minori periculo nesciuntur, quam expressè dicuntur.

Numerus est conveniens sententiæ sonus ex compositione & dispositione partium, seu est concinnitas orationis apta rei quæ significatur. Scaliger vocat canorem, quia numerus in oratione est concentus quidam.

Affectiones communes omnium formarum non perpetuæ, sed ut res tulit, seu vicissitudinariæ sunt, Mollitia, suavitas, Incitatio, simplicitas, Acutum, acre, plenum, floridum.

Molle est, quod tam cedit auribus, quàm quærit aures cedere sibi: Itaque facile hæret animus, & facile admittit.

Suavis oratio, est, quæ allicit auditorem ad legendum, vel invitum,

Suavitas est venustatis, quę compositionis decor est, species delicata. τὸ ἡδυ.

Contraria huic est asperitas τραχύτης.

Aspera oratio est, quæ auditũ exasperat hoc est, offendit seu aures vellicat, ut quæ vocalibus est hiulca, quæ cõjungit consonantes duriores, ac minus suaves, ut ipsa verborum consecutio sit quasi absque numero, & quasi absona.

Sed & alia suavitas est, & asperitas, quæ animis potius grata & ingrata est. & ad venustatem non refertur. Nam suavis oratio etiam dicitur sententia, quæ animos demulcet, & voluptate afficit, ut laudans & commendans, quæ adulationis vitio carere dicitur.

Aspera oratio est contra, sentẽtia, quæ animos quasi verberat, ut ἐλεγκτική, castigans, habens reprehensionẽ, ἐπιτιμητικὴ & ὀνειδιστικὴ id est habens exprobationem, vel pertinens ad alterius dedecus.

Hoc sententiarum genus habet sæpe aliquam lenitionem & emendationem (asperitatis) propter eos quos vel veremur, vel observamus, vel metuimus.

Leniendi duplex ratio est. Nam hæ sententiæ

tentiæ, vel quid cæteri homines velint, & expectent, aut metuant & formident, indicant, non quòd oratores ipsi ex sua loquantur sententia, vel ad hanc rationem adjungunt præsignificationem eventuum, proposita etiã ejus, ad quẽ oratio spectat, laude.

Γόργοτης seu incitatio, & præcipitatio fit rebus & sententiis aliis super alias adjunctis.

Dicitur Gorgotes, quia celeritas est interdum formidabilis auditori. Sæpe dissoluto seu asyndeto in ea utimur ut Virg: ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Veloci & concitatæ orationi opponitur vitium quod dicitur, oratio ignava, iners, remissa, & quasi supina languidavè.

Simplicitas est nuditas cum nihil admiscetur ornamenti. Alii vocant puritatem, sed alio significatu, quàm supra. Hujus causa est proprietas.

Ὀξύτης, Acumen, unde oratio acuta dicitur, movet, ut salse dicta.

Δριμύτης, acredo, unde oratio acris, non solum movet, sed etiam vellicat, ut orationes Sarcasticæ.

Plenum est dicendi genus, cui nihil deest, quod desideres, nihil redundat quo exultans fit ut Quæ nos reliquias Danaum terræq; marisque: omnibus exhaustos, jam casibus omnium egenos. Urbe domo socios. Tot hic tam paucis verbis complexus est poeta, ut nihil possit excuti, quin de rei magnitudine detrahatur.

Floridum est, quod pleno addit aliquid (amœnum, & faciens ad delectationem) quod sine jactura deduci queat. Redundans igitur alicubi est.

Propriæ affectiones magnifici seu grandis generis perpetuæ sunt dignitas & sonus. Dignitas orationis est in sententiarum gravitate, & verborum granditate ac splendore Hęc sine numeris esse non potest.

Non perpetuæ seu vicissitudinariæ, sunt gravitas & vehementia.

Gravitas præter sententias est in dictione, cum verba structuraque verborum gravis est. Gravia verba sunt, quę non vulgari excedunt consuetudine. Sic & structura verborum gravis dicitur.

Vehementia est in dictione, membris, numeris, figuris sententiæ.

Dictiones vehementes sunt, quæ ubi paululum tardarunt pronuntiationem quasi erumpunt.

Earum vis tota posita est in temporibus: ut conticuêre, continuo. Interdum vero citæ, & monosyllabæ sunt.

Vehementia sunt membra curta, & commatica, quasi pugiones, ut punctim, non cæsim ferire videantur.

Infimi generis propriæ perpetuo sunt, Tenuitas orationis, puritas ex communi loquendi consuetudine.

Vicissitudinaria est simplicitas, puritas non ornata.

Propriæ perpetuo æquabilis characteris sunt, Rotunditas & volubilitas.

Oratio rotunda dicitur quæ neque plana est, id est, subsidens, ut exilis, neq; tumida, quasi tuberosa & angulosa, qualis altiloqua. Scaliger frugalem dici posse existimat Acquirit ex dissimulato cultu virtutem, quę dicitur volubilitas à Scaligero.

Prima eaque perpetua orationis qualitas est καθαρότης puritas.

Pura oratio est propria gentis & populi, cui nihil admistum est, alieni seu peregrini, quę nulla barbarie, nullis solœcismis est inquinata. Similis est aquæ limpidæ.

Peregrinum græcè ἐξωτικὸν, aut est in verbis singulis, aut in syntaxi & phrasi ut si di-

si, ut si dicas calculum suum recantare, etsi magnus ille Erasmus Roterodamus hac loquendi formula alicubi usus sit: compassum pro solario. Compassare p comitari, Arrestare pro cōtinere seu detinere merces. Habere & ostendere pro monstra, id est, uti re aliqua ad speciem. Ita λέξει puræ opponitur ἀκάθαρ☉ (impura) similis turbulentæ aquæ. Modi loquendi impuri valde quam multi reperiuntur, apud Schol. D.

Cæterum puritas orationis etiam dicitur, cum nihil ornamenti admiscetur.

χαίρω, χάρις.

Ut gaudeo gavisus sum. Sic χαίρω ἐχάρην. Est autem χαίρειν gaudere vel salvere. Habet etiam significationem ἀθετῶντος i. e. repudiantis, aversantis, nuncium remittentis: Ita τῷ καλῷ πολλὰ χαίρειν dicens, est apud Ciceronem ad Atticum honestati nuncium remittens. Εἴδη χαιρέτω: valeant ideæ, inquit Aristoteles in Analytic:

Pro χαίρειν salutationis verbo maluit Plato εὖ πράττειν. Latini dicunt, salutem dicit, id est mandat & jubet salvere. Χάρις significat beneficium, gratiam gratuitum amorem, gratiarum actionem, elegantiam cultus vel externi (corporis) vel interni (ingenii) χάρις ὑμῖν est προσφώνησις seu compellatio Apostolica φιλική.

Interdum χάρις est obsequium mulieris πρὸς συνουσίαν id est quo morigera seu obsequens alii sui copiam facit, q est.

χάριν δοῦναι, dictum καθ' ὑπόνοιαν & ὑπηρεσίαν. Solvat aliquis τὰ χαριστήρια. id est, referat vel agat gratias. Poetis sunt dona Charitum.

χαρίεις est gratiosus, ἀστεῖος, festivus, urbanus, lepidus, politus humanitate, elegans. Ita accepit Aristot. in Eth.

χαριεντισμὸς est dictum facetum seu urbani viri. Vox oratoria & Ethica.

χαλεποὶ

Χαλεποὶ Arist: in Eth. lib. 4. cap. 11. sunt δεινοὶ sævi asperi, vindictæ cupidissimi, qui antè non placantur, quàm injuriam ulti sunt, vel eos quibus irati sunt castigârint. Hi minus accommodati sunt πρὸς τὸ συμβιοῦν, ad convictum vitæque consuetudinem (vulgo ad conversationem)

Usus est hac voce etiam Matth: cap. 8. de duobus dæmoniacis in prætereuntes sævis.

χαλεπὸν pro difficili notum est. De vocis hujus significatione duplici etiam vide, si placet, Protagoram Platonis,

χαρακτηριστικόν.

In Grammaticis χαρακτηριστικὸν litera est litera ante finalem index ordinis conjugationum (ut primæ, secundæ &c.) & temporum.

In Philosophia & Theolog. χαρακτηριστικὰ & ἀφοριστικὰ ἰδιώματα Damasceno sunt proprietates discernentes rem ab alia sive vicina sive prorsus diversa: vocantur nonnunquā γνωρίσματα, i. e. notiones. In Christo divinæ ὑπάρξεως χαρακτηριστικὸν καὶ ἀφοριστικὸν ἰδίωμα est, quo discernitur & differt à Patre & Sp. S. Al. conditio seu notio personalis. Carnis χαρακτηριστικά, sunt quibus differt ab aliis hominibus. Talia idiomata res φυλάττει ἀμετάβλητα, id est retinet intra se integra nec sinit in aliud quippiam transire.

χαρακτηρίζειν est nota aliqua insignire.

In Oratione χαρακτηρισμὸς est σχῆμα cum ex factis consiliisq; alicujus virtutes ejus seu vitia cujus deformamus, ut Cicero in Pisonem. Nihil scitote esse luxuriosius &c.

χαῦν☉

χαῦνος.

Aristoteli in Ethicis χαῦνος est homo inflatus, elatus, tumidus, superbus: qui præter meritum sese dignum judicat magnis, ideoq; ut stolidus seipsum videtur ignorare: laxus & impudens homo: Ostentator ineptus: stultè & ἀπτῶς liberalis vel magnificus aut magnanimus. Vide 4. de morib. vitium oppositum μεγαλοπρεπείᾳ in excessu dicitur χαυνότης. Non omnis qui majora expetit quàm pro merito χαῦνος est, potest enim esse φιλότιμος, i. e. ambitiosus, videlicet si circa parvos honores versetur. Theod. Zuing. in Tabul. Ethic.

χαυνῷ opponitur sui contemptor. De his est distichon:

Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse.
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Id est, uterq; & qui collaudat se ipse, & qui culpat seipse, est stult⁹, quē gloria vexat inanis, quia hic se contemnit & sua, ut gloriolam vel gloriam majorem captet.

Non enim probandum videtur hoc Jacobi Peletarii in disquisitionibus Geometricis: Non (inquit Peletarius) libelli illius, in quo est Distichon, Nec te collaudes &c. autor (quicunq; tandem is fuerit) eos, qui se ipsi culpāt, stultos dicit simul & gloria inani vexatos; quæ enim gloria est seipsum culpare? Sed sic repositum est. Hoc faciunt stulti: id quos gloria vexat inanis. Id hoc est illud.

Gualterus Donaldsonus in synopsi Ethic.

χαῦνος & stultus & injustus est stultus, quia cultum, ornatum, omninòque habitum & res magnanimi affectat, quibus impar est. Injustus: quia plura sibi attribuit, quàm ipsi meritò debetur.

χειρομαντεία.

Chiromantia 1. est ars στοχαστική, è lineamentis seu characteribus manus divinandi: dicitur & chiroscopia: proprium ejus subjectum est cava regio manus, κοῖλον χειρός, vola.

2. Accipitur pro ipsa divinatione (seu actu divinandi) è manibus vaticinia hujusmodi dicuntur οἰωνίσματα χειροσκοπικά.

Manuum inspectores χειροσκόπους dicimus. In manu chiromantica considerantur seu spectantur montes, lineæ, Triangulum & Quadrangulum.

Montes manus, seu poti⁹ monticuli, aut colliculi & tumuli dicuntur per metaphoram, quod partes sint manus tumidiores seu tubercula.

Suntque primus pollicis; Al. mons veneris & pectus pollicis, Secundus mons indicis: al: mons Jovis, Tertius mons medij, digiti, al: mons Saturni. Quartus mons annularis, al: mons Solis. Quintus mons auriculari subject⁹: alias mons Mercurij. Sextus, qui est supra manus juncturam, mons lineæ seu tuberculum manus ferientis.

Linearum prima est Restricta seu discriminalis, in compage manus & brachij. Dicitur & junctura manus, quia in ipsa junctura formatur manus, ab ipsa brachij rotunditate in planiciem descendens. Interdum una est interdum tres. Secunda est lineà καρδιακή id est, cordis seu vitæ quæ & triangulus dextræ nuncupatur, & ζωηφόρος (vitifera). Ab ea media, de qua paulo post, descendens montem pollicis ambit penè ad restrictam usque seu manus Juncturam. Ea verò, quæ à linea vitæ incipit, per palmam transiens, in percussionem manus & montem recedens, capitis seu cerebri, aut me-

media naturalis trianguliq́ue sinistra appellatur linea. Postea mensalis seu toralis linea dicitur illa, quę sub auricularis montem incipiens, per palmam manus procedit, tenditq; in inindicis seu Jovis montem. Aliquando hęc cōscendit ipsum montē, aliquando cum linea capitis conjungitur, aliquando intra indicem & medium cadit, aliquando deniq; duobus, aliquando tribus ramis extenditur. Linea hepatica dicitur, quæ sub radice indicis ab eodem cum cardiaca principio exordiens in mediam manum descendit. Ea etiam media naturalis dicitur. Alia deinde est linea, quæ à restricta seu junctura manus recedit, palmæ & digitis occurrens, quæ dicitur linea fortunæ seu prosperitatis seu Saturni. Ab hac aliquando ram⁹ oritur, qui penè per transversum manus extenditur & cum media naturali conjungitur, & hæc causa est, ut in manu triangulus formetur. Hæc linea aliquando ulterius non apparet, & basis trianguli dicitur: aliquando ad mediam usque protenditur, neque pro greditur longius: aliquando ad Saturni montem usq; procedit propè medij juncturam, & aliquando ad vitæ lineam conjungitur, in cujus medio aliquando cum duobus aliquando cum tribus ramis conspicitur, mediam naturalem versus tendentibus & aliquando in manus concavitate dispergitur. Ac cum hæ lineæ convenienti proportione concurrerint, relinquitur quoddam spatiam inter mediam & mensalem, quod appellatur Quadrangulum seu manus mensa. Et hujus spacij finis, quod in dorsum tendit, manus percussio dicitur, quando ad auricularē appropinquat similiter spacium hôc inferius, quod extra triangulum ad juncturam usque manus descendit, manus mons, de quo jam antè attigi, dicitur, vel mons lunæ vel manus pinguedo.

M. Andreas Corvus Mirandul: lunæ montem nominat, quia ex ejus opinione luna præest aquis: in hoc monte inveniuntur quædam rimulæ vel lineæ, navigationem & fortunæ varietatem in rebus aquaticis (sic enim loquitur) juxta ipsarum linearum bonitatem vel malitiam significātes. Tertium est spatium huic proximum à tribus lineis inclusum, media scilicet vitæ linea, & ea quæ basis trianguli dicitur Hoc media in manu positum censet Martis triangulum appellandum esse Corvus.

Idem auctor principes lineas in manu facit quatuor, Cordis, Epaticam, capitis seu capitalem, seu stomachicam, & mensalem. Appellationum ratio ostendenda est.

Primum cor sua virtute lineam in manu produxit vitæ seu cordis appellatam.

2. Epar suam dedit lineam quæ à manus descensu oritur seu incipit, & sæpe ex una parte cum vitæ linea suo in principio conjungitur, aliquando ibi definit, aliquando vero longius etiam protenditur.

3. Linea à capite descendit & cum vitæ linea incipit. Aliquando enim cum ea est valde conjuncta, aliquando autem separata, per medium manus ut plurimum transiens, ex qua efficitur Martis triangulus Et quia stomachus cum Epate communicat, & quandam connexionem seu consensionem habet, etiam hujusmodi linea à stomacho procedit, ideoq; stomachalis etiam appellatur linea à barbaris.

4. Linea à totius corporis virtute procedit Mensalis, cujus principium est inter percussionem & Mercurii seu auricu-

auricularis montem, quæ aliquando ut dictum est tribus, aliquando duobus ramis, aliquando sola nuda, aliquando in palmæ speciem progreditur sed ut plurimum indici sit proxima, aliquando inter medium, & indicem procumbit, aliquando verò cum capitis vitæq; linea conjungitur, frequentissimè autem inter hanc & capitis lineam spatium relinquitur quod mensa manus, vel quadrangulus vocatur. Sed tale spatium non semper invenitur, præcipue quando hæc, & capitis linea uniuntur, adeò ut ambæ una sola efficiantur. Hoc autem spatium à splene producitur.

Reliquæ τμαὶ seu γεγραμμαὶ, id est, lineæ sunt minus principales, sic dictæ, quod nec omnium manibus: insint nec ita conspicuæ existant, cum assunt, & significatis multum cedunt illis principalibus.

Principales igitur lineas dictas esse eas intelligis, quæ evidenter in omnium comparent manibus, & significata habent non obscura.

Suntq; vel integræ, & eminentes, vel abruptæ vel concisæ, decurtatæ, & exiles seu tenues. Lineæ in plures ductus confractæ, decurtatæ, incisæ, aliarum linearum interventu divulsæ, exiles velut in surculos & ramulos fissæ imbecillitatem & vitæ brevitatem præ se ferunt, omniaq; infirma & instabilia. Contrà incisuræ per totam manum pertingentes vitæ longitudinem. Caspar. Peucerus pag. 613. de chirom.

Aristoteles refert causam in corporis fabricam, quod abruptæ, concisæ, minutiores ac tenues lineæ, non solidum nec bene coagmentatum duratumq;, sed molle, enerve, languidum, incompactum, & εὐμετάβλητον (facilè mutabile) integræ contrà & eminentes, robustum vividum, compactum, & δυσμετάβλητον, hoc est, firmum corpus arguant.

Linea fortunæ non semper recta, sed aliquando etiam tortuosa invenitur, aliquando etiam decurtata, ut aliæ quoq;.



Cavitas κοίλην χειρὸς monticulis inclusum in manu media, & instar vallium, profundum: Seu κοτύλη, id est vola.

Monticuli seu tumuli qui { Subsunt digitis. / Recedunt à digitis.

Monticuli manus sunt quasi tori seu pulvini, in quos assurgunt atq; attolluntur extremi internæ manus limites, ob instratos ossibus musculos, & carni tendiniq; intextas carneas fibras. Genus in hac descriptione Metaphoricum seu improprium est: Proprium mihi placet Eminentiæ in quas &c.



a Mons Jovis.
e Mons Saturni.
i Solis.
o Mercurij.

Digitized by Google

Χεὶρ.

Χεὶρ accipitur
- propriè pro extrema manu.
- Impropriè pro
  - Toto brachii mẽbro ab humeris ad digitos usq; extremos.
  - Quasi manu leonis, simiæ &c.
  - Instrumento quo injecto velut harpagone naves detinentur.
  - Potestate, copiis, vi, chirographo.

Propriè] ut sit ὄργανον ἀντιληπτικὸν id est, instrumentum, quo quippiam possumus apprehendere.

Toto] sic accipit Hippocrates.

Instrum.] Σιδηραῖ χεῖρες ferreæ manus. Lucanus

Ferrea dum puppis rapidos manus inserit (uncos.

Χειρόδικαι die das Faustrecht haber.

Χειρόδικας dicunt Actæi *vis* quib⁹ est *jus*, Jus quibus in manibus, quos ætas ferrea *sevit*.

Verùm Juste tibi Jus est in corpore Iuris,
Oraclisq́, Deæ, qua non consultior æquis
Ulla est, quæ Justæ libellæ examine causas (pessat
Pensat, nec sinit ut vis effera frena ca-

Χεὶρ p Metonym. subjecti Evan. Matt. c. 5 (Si tua man⁹ facit ut offendas, exscinde eã): est pravus animi affectus in manu sese exerens per contactum alienæ mulieris. Joh. Piscat. Sicut ὀφθαλμὸς est ἐπιθυμία, id est, concupiscentia prava, quæ per oculum accenditur & in oculo sese exerit per aspectũ mulieris. Meton. subjecti est hyperbolica.

Χειρουργία.

Hæc vox habet tres significationes. Prima generalis, reliquæ speciales.

Primum n. significat quamlibet operationẽ manuariã. Secundo manuum gesticulationem. Tertiò, partem artis Medendi quæ fit manibus vel ipsam operam Cherurgi Medici.

Χειρονομία.

Χειρονομία est vox Oratoria, histrionica & Arithmetica: 1. enim significat legem gestus, ut loquitur Quintilianus, de qua in Doctrina de Actione Rhetorum, vel manuum gesticulationẽ seu motũ histrionicũ. Vel Cheronomia est corporis exercitatio à manuum gestu dicta, qua pædotribæ ingenuos pueros motus gestusque corporis docebant, ne status corporis indecorus aut manus, brachiaq; & pedes ineptè proferrentur, & ne caput & oculi ab aliis partibus corporis dissiderent. Aliàs Palæstra. vid. Quintil. lib. 9. c. 12. Hæc est Oratoria & hist. Deinde significat perveterẽ computandi rationem, quæ digitorum vario flexu exprimitur, dicta à Beda Anglo Saxone Loquela digitorum, quàm homines primùm perfectione numeri, quæ in digitis est, & flectendo in sese, & ad alios commoditate admonitos excogitasse, dubium non est, ait Johannes Noviomagus lib. 1. artis computatoriæ cap. 13. ut quod exprimere oratione nollent, id jucunda & arguta digitorũ gesticulatione significarent. Quare & Arith. numeros simplices seu monadicos, digitos, alios Comp. vel articulos nominãt. Unde est in Artaxer. histor. Orontem generum Regis cum à socero indignatione quadam rejectus esset, dixisse, Principum animos persimiles videri Arithmeticorum digitis, quòd sicut cõputando nunc myriada nunc monada digitorum gestu conficiunt: Sic quoq; qui à regibus toti pendent modò æstimentur valeantque plurimùm, modò ab honoris gradu de-

voluti aliis sint ostentui & despicatui. Ex his intelligitur quoq; illud Juvenalis, Dextra jam computat annos. Atq; hæc est Chironomia Arithmetica.

Est & alia species Cheironomiæ, læta nimirum saltatio, quam Hispanorum mulieres sua in Chorea, dum digitorum ad pollicé allisione obstrepunt, referre videntur, ait Joh. Lang. epist. Medic. lib. 1. epist. 52. Talis saltator dicitur Chironomus, à varia & versatili manuum gesticulatione.

4. Cheironom: est ferè idem quod Sciamachia (umbratilis pugna) quam tactici, h. e. lanistæ armorum magistri docent. Ita accepit in Oratione quadam Basilius.

Χιασμός.

X Platoni in Timæo est decussis. Hanc omnem conjunctionem duplicem in longitudinem σχίσας (diffidit) Deus mediæq; accommodans mediam in in specié literæ X efformavit, id est, in decussim aptavit & in orbem reflexit (κατέκαμψεν εἰς κύκλον.)

Χιασμὸς dicitur à litera X, & est decussatio decussata divisio seu sectio figurarum crucis (crux S. Andreæ vulgò hæc dicitur) in modum intersecantibus se ipsas duabus obliquis lineis. Vox Arithmeticis Geometris & Physicis usitata. Platoni est εἰς τὸ X seu εἰς κύκλον κατάκαμψις: figura, cum propositis quatuor tertium secundo respondet & convenit, quartum primo.

Decussata multiplicatio est multiplicatio alternata seu alternis facta: κατὰ χιασμὸν multiplicare est decussatim multiplicare.

Decussatæ multiplicationis hoc exemplum est:

8 ╲╱ 9
6 ╱╲ 4

In Oratora χιασμὸς est, cum in περιόδῳ, id est, quadrimembri periodo utriusque propositionibus ambæ apodoses seu redditiones respondent & contrà. Hermog. lib. 5. de Invent.

Χιασμὸς in Mathesi in circulum reflexio & potentiâ circulus est. Sectio motuum orbiũ cœlestiũ mutua κατὰ χιασμὸν est veterib⁹ Astronomis & Plat. cũ primum mobile omnes inferiores secum rapit circum terram spatio 24. horarum, singulis interim suo peculiari recessu contrà nitentib⁹ obliquè, ita ut horum illiusque motus in modum seu speciem literæ X mutuò secentur. Plato in Timæo etiam motui animi decussim tribuit. Sic Johannes Serranus. Plato motum animi imagine X. literæ repræsentat, id est, decussis, ut significet superiores & inferiores animi partes & circularem illius motum; Nam illa figura X si medio quodam fixo circum agatur, orbem quendam efficiet & circulum describet. Ille animi circularis motus id circo ei tribuitur, ut motus illius simplex significetur. Quippe qui in se ipsum redeat. Decussata autem illa divisio significat animi motum rectum ad sensum & vegetandi facultatem, ex qua duplicem esse animi vim, Plato intelligit, quinetiam in corpore duos esse motus ab animo provenientes. Intersecantur quoq; duæ illæ lineæ in medio, ut animi unitas & dualitas significetur. Cum enim animi vires sint diversæ inter se naturæ motuq; recto sponte ferantur, tamen in uno animo conjunctæ convertuntur, motumq; similem & uniformem intelligentia conficit, atque inde fit ut lineæ eædem in orbem motæ seipsas mutuò contingant, dum aliæ aliis succedunt in motu illo circulari, proindeque nihil relinquant vacui

vacui. Ex quo virium animi connexionem, licet varia obeant ministeria, cognoscimus. Nam etsi videamus, audiamus, gustemus, intelligamus, unus est animi motus uniformis & sibi similis, quem omnes illæ vires, quas Plato motus vocat, efficiunt conjunctæ. Hoc etiam de universo animo dextrè exponi potest, ut quidem sit illius ἀπλανῦς seu primi mobilis uniformis motus suo impetu ceteras sphæras deferens ab ortu in occasum, quæ tamen & ipsæ suos habeant peculiares motus. Hactenus Serranus.

Χολᾷν.

Χολᾷν irasci absolutum neutrum est. Ἐμοὶ χολᾶτε irascimini mihi Joh. 7. Iracundiæ n. cõmotio χολᾶς i.e. bilis attribuitur. Hor. Heu quàm difficili bile tumet jecur! Hanc tamen alibi tanquam particulam leonis stomacho esse appositam canit. Hinc est μελαγχολᾷν, de eo in quo atra bilis redundat: Sed χολᾷν activum est, ad iram commoveo.

Χορδή.

χορδή est intestinum quoddam, ἔντερον τῦ πϱοβάτυ, seu ovis. In Musica CHORDÆ sunt fides sic dictę quia ex intestinis fiunt Hinc Decachordum. Est & χορδή nervus arcus. Hinc Decachordum. In doctrina Anatomica sunt τένοντες, Tendines, vel Tendones, membra composita ex nervis & ligamentis (Flachsadern) venientibus ad musculos in quorum extremitatibus natæ trahuntur inde ad juncturas, ut eas moveant, quando volumus. Nam musculus est mediatum instrumentum voluntarij motus juncturarum, Chordæ immediatum, quæ quidem trahuntur à Musculo. Musculus vibratus spiritu, quem nervi afferunt, movetur suæ carnis natura, & suis quibusdam fibris, & se dilatat ac contrahit, ut hac dilatatione vel contractione chorda trahatur. Homerus Iliad. 10. inquit, sectum esse Doloni speculatori collum, & duas chordas præcisas, quia in cervice ascendunt duæ admodum crassæ, & conspicuæ chordæ quæ alligant caput trunco ὃ δ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε φασγάνῳ ἀΐξας, ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε: id est, ille (Diomedes) dissecuit medium collum (Dolonis qui emissus erat ab Hectore ad Græcos explorandos) irruens seu invadens ense, & abscidit, seu præcidit ambas seu duas chordas. Obiter observetur hîc ordo causarum in motu voluntario. Cerebrum gignit spiritus animales, spiritus per nervos immittuntur musculo, seu lacerto. Musculus movetur à spiritu, à nervis, & sua natura, id est, suis fibris movendo sese contrahit, seu attrahit chordam, chorda trahit membrum quod debet moveri. Musculus tamen propriè debet trahere, quia est membrum Organicum seu compositum, quali actio convenit.

In Doctrina sphærica & Geom. chorda est linea recta subtendens arcum aut angulum, & dividens circulum in duo inæqualia. Aliàs subtēsa & ὑποτείνυσα. Hæc linea recta & circuli circumferentia continet circuli segmentum. Hujus cordæ seu subtensæ semissis, hoc est, dimidium dicitur sinus.

Χρηματισμός.

Χρηματισμὸς est divinum responsum, demonstrata sententia divina significatio divina, θεῖον σημεῖον, oraculum. Utitur hac voce Paulus ad Roman. c. 11. v. 4.

Χρηματίζειν 1. in genere significat actiones & negotia tractare & gerere, sive sint publicæ sive privatæ: Sic accipit Polybius lib. 5. πρὸς δὲ τοῖς φίλοις ἔλαβον ἐξουσίαν, οἷς βούλοιντο κατ' ἰδίαν χρηματίζειν: facta fuit eis potestas, privatim, cum quibus amicis vellent rem negotiumq; agere. 2. significat in specie publicum negotiũ agere, aliquid publicè referre vel decernere. Demosth: οὐκ ἐξὸν δὲ ὧν ἂν ἅπαξ γνῷ τὸ δικαστήριον πάλιν χρηματίζειν: nec sinit de iis, quæ semel sententia judicij definita sunt, iterum decernere, id est actum agere. Polyb. ἐτόλμησε χρηματίζειν βασιλεὺς regis titulũ ausᵘ fuit admittere seu publica significatione usurpare. Magi χρηματισθέντες divinitᵘˢ, id est divino alloquio seu oraculo admoniti, ne reverterentur, dicuntur Matth. 2.

Litera. Ψ.

Ψευδογράφημα.

1. Pseudographema est principium, quod vitiosa interpretatione vel applicatione corrumpitur seu depravatur adhibitum ad monstrandum aliquid, & ita parit paralogismum κατὰ πρᾶγμα, ut, Quicquid fit, fit ex Ente; Pseudographema fit si nõ rectè adhibetur. Itaq; si applicetur prædicatum Ens ad Ens actu existens, paralogismus est κατὰ πρᾶγμα: Quicquid fit, ex ente fit. Res naturales fiunt. E. ex ente fiunt. Sin adhibeatur ad Ens δυνάμει existens, syllogismus est. Exemplũ primi jam ante habuimus. Exemplum secundi fit, Quicquid concretum est ex contrariis, est ἀειπαθὲς, id est semper contra naturam afficitur. Corpus animalis est concretum ex contrariis. Ergo ἀειπαθὲς est. Propositio fallit. Concretum ex contrariis per se & quia ipsum non est causa ἀειπαθείας contra naturam, sed quia habitu contra naturam præditum est. Falsa igitur hæc, Omne concretum ex contrariis est ἀειπαθὲς, corrigenda est subjecti limitatione. Omne concretum ex contrariis particeps habitus contra naturam est ἀειπαθὲς. Sicut contra omne concretum è contrariis & præditum secundùm naturam habitu est δυσπαθὲς vel ἀπαθὲς.

Omne quo exercentur animæ actiones, anima est. Crasi seu temperamento exercentur animæ actiones. Ergo crasis est anima.

Propositionis subjectum determinandum erat: Omne quo primò exercentur &c. At crasi non exercentur primò. Ergo crasis non est anima. Exemplum 3. Simplicissimum constituens quippiam principium est. Atomos est simplicissimum. E. Major vera est de simplicissimo specie, seu quoad τῷ εἴδει. De eo minor est falsa, quia atomos est simplicissimum τῷ μεγέθει, id est magnitudine.

2. Pseudographema est syllogismus seu Paralogismus, quo ad propositum falsum demonstrandum perperam, seu vitiose applicantur, seu accommodantur ea, quæ alioquin vera sunt. Translata vox est à Geometria cujus propria est.

Talibus omnes professiones refertæ sunt, cum Professores errores suos conantur defendere veris disciplinæ rationibus. Oppositum est Pseudographema Apodeixi.

Triplex est 1. cum prædicatum est ἀπλὸν nec ea, qua debet significatione accipitur seu usurpatur. Itaq; in causa est, ut falsum concludatur.

2. Cum subjectum non ritè determinatum & sic causa est falsi conclusi.

Cum

3. Cum medium est διττὸν, id est duplici usurpatur significatione. Hoc non tantum Apodeixi sed & syllogismo oppositum est.

Ψόγος.

Ψόγος vituperatio, reprehensio est. Generaliter accepta hæc vox opponitur & ἐπαίνῳ & ἐγκωμίῳ: ἔπαινος est dictorum comprobatio, testimonium, vel bonæ rei, vel bene cujuspiam facti dictiq;: ἐγκώμιον laudatio, vel pusilla quædam πανήγυρις, quippe ἐν ταῖς κώμαις (invicis & pagis) tribulibus audientibus cum laudes alicujus ita recensebantur ut longiusculè procederet oratio, ἐγκώμιον appellarunt ait Scaliger 3. lib. Poetices. Eidem placet ψόγον τῷ ἐπαίνῳ, τὴν κατηγορίαν τῷ ἐγκωμίῳ ἐναντιοῦσθαι (opponi.)

Vox est à ψέγειν, quod Aristoteles etiam dicit κακολογεῖν: sicut ἐπαινεῖν etiam εὐλογεῖν, quod est prædicare.

ποιήματα ψεκτικὰ sunt carmina mordacia, quibus fit convitium cum vituperatione, qualia solent esse jambica.

Huc pertinent Silli Timonis: Ψεκτὰ verò sunt quæ cadunt sub vituperationem &c.

Ψύλλοι.

Psylli populi armis contra Austrum regioni suæ infestum profecti arenis obruti fuerunt Herod. lib. 4. Hinc accipiuntur Psylli pro ἀλογίστοις inconsideratis & stultis hominibus, qui sensu duntaxat vivunt, ferarum similes τῇ αἰσθήσει ζῶντες, θηριώδεις, ut loquitur Aristoteles lib. 7. Ethic. cap. 6, barbari.

Ψυχή.

Ψυχὴ 1 propriè est corporis organici ἐντελέχεια (actus seu perfectio) 2. deinde accipitur pro spiritu animali vel vitali, quæ tenuissima flamma est, genita ex sanguine, virtute cordis volitans per totam corporis machinam & corpori largiens vivificum calorem & vim ciendi motus & actiones; vel pro cœlesti calido. Hippocr. Anima semper gignitur, id est spiritus in sanguine. Hic cum non servat justam dispositionem extinguuntur animantia, ait Melanchthon.

3. Pro vita, crasi seu temperamento vel vi sentiendi seu δυνάμει propagata ex natura corporea, videlicet ex natura seminum. Sic Andronicus.

4. Pro sanguine, quia hic est animæ vehiculum. Aliis φύσις est natura animali Scal. ex. 307. s. 29. Aliis & animali & stirpi.

Tribuitur etiam ψυχὴ translatè cœlo ab Aboali & mundo à Platone Cardano & Scaligero ex. 6. s. 2.

Platonici & Pythagorici animā dicunt ipsum hominem. Pythagoras enim existimabat non informari corpus ab anima, sed corpore tantum uti ut instrumento.

Ψυχὴ Universi Platoni in Timæo est εὐταξία & ἀναλογία seu συμμετρία, qua res per se contrariæ in universi illa mole concordi quadam discordia copulantur: δεσμὸς nimirum ille contrariarum illarum rerum ξυναγωγός.

I. LITERA. Ω.

Ωόν. 1. ovum est, ut ὠὸν ῥοφητὸν ovum sorbile.

Ωὰ ὑπηνέμια sunt ova subventanea Wind eyer, quæ quidem citra coitum æditur, sed cum Veneris imaginatione.

Ωὸν δίδυμον Arist. est, quod habet geminum vitellum seu luteum.

Ὠὰ τάριχα sunt ova piscium salita & inveterata, ut Cyprinorum, sturionum, mugilum, capitonum.

2. Ὠὸν etiam est corpus ovale, σχῆμα ὠοειδὲς id est figura oviformis, quæ superiori parte est paulò acutior, inferiori paulò obtusior. Significatio hæc Geometrica.

3. Est & carmen ovi figuram præ se ferens. Scaliger in Poëtica.

Vocatur ovum Simonis Rhodij, ab autore ejus. Estque parvum vel magnum. Sic Scaliger. Nos duo dedimus ova, alterum minusculum, quasi philomelæ alterū grādi᷒ ut sit Cycni.

OVUM *pusillum.*

σι-
μίας
ῥόδιος
μ' ἐποίη-
σεν οὕ-
τως

OVUM *grandius.*

οὐρανοῦ
παντοδάμων
πλησιόμορφος
ἀργυρόεν ὕδωρ
ἔσχατ' ἔχων μεσότοπος
γοπάτωρ ἀρχόμενος
ἰδέ τε ἄρχων· διφυὴς
ὁ τὸ πάλαι σημαίνω
νησαγμένῳ χῦδος
δοίκε. τόδ' αὖ πύργων
σκαλοφόρα
πυνθέρεσι.

OVUM SIMMIÆ GRÆC:

1 Κωτίλας 3
2 ματέρος ἢ τόδ' 5
3 ᾠὸν νέον. πρόφρων 6
4 θυμῷ δέξο δὴ ἁγνᾶ 7
5 τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας 8
6 Ἑρμᾶς ἀκίκυζε κάρυξ, ἄνω δ' ὄρ- 11
7 σεν ἐκ μέτρου μονοβάμονος μέγαν 12
8 πάροιθεν ἄεξε, θοῶς δ' ὕπερθεν ὠ- 12
9 κὺ λέχρειον φέρων νεῦμα ποδῶν, πίασκε 13
10 θοιαῖσιν αἰόλαις κῶλ'. ἀλλὰ σὺν ὀρσιπέδων 14
11 ἐλάφων τεκέεσσι, παλαιῶν κραιπνοῖσιν ὕπερ ἀ- 15
12 κρων ἱεμένα ποσὶ λόφων κατὰ ῥύθμιον ἴχνος 16
13 τιθήνας, καὶ τῶν ὁμόθυμον ἀμφίπαλτον αἶψ' ὕδ' ἂν 16
14 θὴρ ἐν κόλποις δ' ἐξαμένα πυκνότατα. τὰ δ' ὠκυβοᾶ 17
15 κοᾶν (μεθέπων ἀφαρ) ὅγ' ἐκ λασίων ὀφιοβόλος ἀ- 18
16 ν' ὀρέων ἔσσυτ' ἀναΐξαις. τῷ δὴ δαίμων κλυταῖσι, θοοῖσι 18
17 ποσὶ δινέων, πολύπλοκα μέτρα μολπαῖς, ῥίμφα 18
18 πεζεικόμενος ἐκλιπὼν ὄρυς εὐναν, ματρὸς πλαγκτὰς ὁμεύμας 19
19 βαλιᾶς ῥιπεῦ τέκος. λαχὰ δ' οἰῶν, πολυβότων ἀν' ὀρέων 20
20 νομὸν ἔβα τανυσφύρων τ' ἄντρα νυμφῶν. τοὶ δ' ἀμβρότῳ 16
21 ματρὸς φίλας πόθῳ ῥόων αἶψα μεθ' ἱμερόεντα 16
22 μαζὸν, ἴχνει θένων τὰν παναίολον Πιερίδων 15
23 μονόδουπον αὐδὰν, ἀριθμὸν εἰς ἄκρον δέκα 14
24 ἰχνίων κόσμιον νέμει ῥυθμὸν, φῦλος 12
25 λεπυρωτὸν ὑπὸ φίλας ἑλὼν πτέ- 11
26 ρυξι ματρός. Λίγεια μὲν 8
27 νιν ἀμφιμάτριος ὠδὶς 7
28 ἁγνᾶς ἀηδόνος, ἀ- 7
29 ρυων δ' ἄγειος 5

SIM-

SIMMIÆ RHODII OVUM, latin:

Canoræ
matris quoddam hoc
ovum novum: lubens
animo suscipe igitur ô casta.
Huic quidem ex Diis clamosus
Mercurius caduceator notam-inussit cumq; asino impetu
descisens *à metro singularis-incessus, ob* ipsum ovum
contiguè prosilijt, citòque de super cele-
rem obliquum ferens gressum pedum premebat
jugis pernicibus mēbra. Sed cū tuorū *solū quassantū*
cervorum sobole, jampridem pernicibus super sum-
mos incedens pedib. colles juxta concinnum vestigium
matris. & sociarum undique-peltis-denso, facile ne
posueris ingremio, admisso comitatu. Hæc verò à facūdo
accepturus (tractans cōtinuò) ex hirsutis serpētis-percussor
mōtibus erūpebat fataliter. His ergo dæmon pelaris (pnicas
pedes exercēs) multiplicia psequebatur metra cātib. subitò
ornatū cū-liquisset mōtis lectū, matre errabundū flagrante
equus recipere filiū Sorte. v. q̄ obtigerāt oves fertiliū mōtiū
pascua obibāt, velociūq; antra nympharū. Tunc nō mortali
matris caræ desiderio se promovens statim ad amabilem
mammam, vestigio edebat variam Pieridum
unius sonitus vocem numerū. v. ad usq; summū decem
vestigiorum venustum distribuit rhythmum, carus
testaceā testudinē *sub charæ cum cepisset sa-*
xis matris. Canorus quidem
vel in- utero partus ca-
stæ luscinæ, sed O-
ryum ferus.

Hîc à sinistra numerum habes versuum, à dextra verò numerum syllabarum, ex quibus constat quisq; versus. Numerus syllabarum unius cujusq; versus docet te rationem figuræ ovalis, quæ est, ut pars ovi superior paulò acutior sit, pars verò inferior paulò obtusior. Hæc enim est figura ovorum pulcherrima. Itaq; non est omninò rotunda. Si igitur aliquando animadvertis, unum aut alterum versum, tresve interdum, fit quod præsertim in medio ovo, in eodem numero syllabarum consistere, scias id exigere figuram ovi in illo loco, nimirum ne versus excurrant. Claudius Alberius Triuncurianus de hoc carmine.

Ovum, canoræ Matris soboles, factum est de primis diis Poëticæ seu Musicæ. Obterere ovum canoræ avis, est afficere Musicam ipsam insi-

verè subjectum recipiens formam Zabar. 2. ad Cor. cap. 5. ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν χριστῷ nempe quia Deus erat in Christo. Hic ὡς διαφορητικὸν est pro οἷον. Declarat enim quæ sit illa καταλλαγὴ seu reconciliatio de qua loquitur, nimirum Deum fuisse in Christo reconciliantem sibi mundum.

Ὡς ἐπίπαν.

Ὡς ἐπίπαν & ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ à nonnullis imperitè confunduntur. Rectè autem usurpantur ἐν ἀντιθέσει. Nam illud est Tanquam in universum, hoc verò plerunq;, ut *Materiales causæ, i. e quæ & inhærent materiæ, & in eam vim suam expromunt*, si accommodatam sibi & æquatem non habeant præstò, non eodem modo & ὡς ἐπίπαν (h. e. tanquam in universum) id quod agunt expediunt, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (i. e. ut plurimùm) Hoc (ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ) rationem signorum τεκμηρίων ingreditur.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν forma loquendi proverbialis, ut uno verbo, i. e. breviter dicam: phrasis est Euripidis quam Apostolus imitat⁹ est in Epist. ad Hebr:

Ὡς καθόλου.

Ὡς καθόλου est Aristoteli determinatio universi, id est, qua in universum de ipso quippiam enunciatur, hoc est signum universale, ut Omnis. τὸ καθόλου autem est universum, hoc est quod potest de multis prædicari.

Ὢν.

Ὢν est qui est, existēs. Scholastici etiā dixerunt ens. ὁ ὢν Jehova est (nomen Dei κυριώτερον & essentiale) Quiperfectissime & simpliciter est ex se & per se ab æterno subsistens: οὐσία καθ' αὑτὴν οὖσα Jamblico. Scaliger voce autem sc. excogitata vocat αὐταυτὴν exer. 361. s. 2. Mellitus Philosophus Plato τὸ ὄν.

Ὡρισμένον.

Ὡρισμένον determinatum, definitum, circumscriptum est, ut quod causis naturalibus determinatum est: cui opponitur ἀόριστον, id est, non limitatum, ut quod non est causa naturali determinatū, quod est fortuitum, & ἄτακτον Talia sunt media scientiarum Ἀόριστοι causæ sunt alienæ à scientiis ὡρισμένον ζήτημα est quæstio definita circumstantiis (περιστατικὴ), ut species certa facti.

Ὡρισμένως intelligere Aristotel. est scire, non opinari. Opponitur illi νοεῖν ἀορίστως.

Ὠκεανός.

Ὠκεανὸς est magnum mare, quod ambit totam terram. Itaq; est Orientalis, Occiduus, Austrinus, Hyperboreus. Metaphora, pro eo quod longissimè patet & diffusum est, nota est. Ita & πέλαγος accipitur. Ut Oceanus, Pelagus Juris. Versari in Juris Oceano. Apud Platonem in Timæo Oceanus est Cœli & Terræ filius. Erasmo Rot: in Colloquiis est ventorum pater. Poetæ (ut Homerus) Oceanum patrem omnium rerum vocant, quòd de sententia Thaletis omnia ex aqua constent (unde multi dictam putant aquam, quasi A qua) Sic in Æthna Virgil: Quacunq; immensus terræ se porrigit orbis, Extremique maris curvis agitatur ab undis. Crediderunt enim veterum multi, terram in medio σαλεύεσθαι, id est moveri, ac circumjecto humore portari, velut grande & grave aliquod navigium. Joseph. Scal. & Geographi.

Digitized by Google



ADJICIENDA LEXICO LATINO.

SYLLOGE

VOCUM ET PHRASIUM QUARUNDAM, OBSOLETARUM, MINUS USU RECEPTARUM, NUPER natarum, ineptarum, lutulentarum, subrusticarum, barmibarbararum, soloecismorum & ὑποσολοίκων:

CUM EORUM CORRECTIONE VEL LUCULENTA alicubi.

STUDIOSIS DIVINÆ SAPIENTIÆ, JURISPRUDENTIÆ, PHILOSOphiæ & Philologis in Academia Marpurgensi, convictoribus suis suavissimis Adamo à Bootsma Frisio, N. Johanni Stuvio, Johanni Almers, Erico Hoyers, Francisco Pirenio Bremanis, Johanni Santeno, & Bernhardo Haasio Vesaliensibus, Johanni Wilhelmo Rövenstrunck, Lubberto Iconio Frisio, Wilhelmo Verrutio Groningano, Timotheo Rolando Delpho Batavo, Georgio Erhardo Bergner Spirensi, Friderico Krapff Wormacensi, Gelderico Crummingæ Embdeno, Paulo Pruyssio Amsterdamensi, Hermanno Hildebrando Bremensi,

R. Gocl. Sen. S. P. D.



Icut Poëtis versus aliqui sunt rejectitij, qui Græcis sunt ἀθετούμενοι & ὀβελιζόμενοι: *Ita ego cum politis philosophis multas voces & phrases Scholasticorum Philosophorum & aliorum rejicio: Quo de genere ferè sunt, quæ sequuntur: Ferè, inquam, vel magnam saltem partem: quia philosophis & Theologis etiam sua quædam vocabula, ut architectis, opificibus, venatoribus, pictoribus, concedi æquum est. Sed interim reliquus sermo constare debet puris, usitatis, notis, perspicuis, significantibus, & rectè junctis verbis, (quæ Græcis* φράσεις *sunt, ut intelligamur.*

Facto meo cùm exigua laus proposita sit, veniam eidem dari peto aliquam: Quid attinet, (bona vestra, mei συντεχνῖται, *venia ac pace hoc dixerim)*

tali:

tali genere uti sermonis in disserendo de rebus obscuris intricatisq́, quod nō solùm populus, sed ne ipsi quidem initiati, ut ita dicam, inter sese intelligunt, quo tenebræ animis offunduntur? Adde, quod de naturis & moribus ex genere orationis judicari solet. Indicium enim esse videtur monstrosæ mentis monstrosa oratio.

Fugietis igitur studiosi juvenes genus sermonis insolens, inquinatum, sordidum, incultum, verborum portenta, ipso etiam penè timenda sono, quæ disputatrix olim Philosophia & Theologia adinvenit & frequentavit, quod videre est in Antonio Andreæ, Javello, Lilio, Philonio, Tartareto, Lancelotto, Nevisano, Barberio, Petro Ferrerio, Bricolt, Holcot, Mephret, Gritsch, Mamotrechto, Scoto, Thoma, Nicol. de Orbel. Biel: Et quis omnes numerando percenseat? Exercebitis etiam vos in sententiâ bonâ, amiculo barbaro sordidoq́ contectâ, latinè reddendâ pureq́. Nam, quod dicitur, cum possis habere calcem, stultum est uti in constructione luto: & in bona calcis copia ridiculum parietes luto compingere. Eccur inventis, ut est in proverbio, frugibus glande vesci malis? Has meas ὑπομνήσεις comiter & humaniter (quod facitis) accipite, & bene agite. Cursimè Museo Idibus Augusti. Ann. Ch. 1614.



AB AQVINO, A DAVENTRIA.

GRæciſmus hic eſt antecedente articulo ὁ vel participio ὢν: pro quo latini Aquinâs, Daventrienſis Sic Græci ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας Apud Evang. eſt Joſephus ἀπὸ Ἀριμαθαίας ſcilicet ὢν pro Joſephus Arimathæenſis. Cicero hunc Idiotiſmum imitatus eſt loquens de ſecta: In Tuſcul. quæſtion: Qui ſunt ab ea diſciplina: Græc. οἱ ἀπὸ τῆς στόας, qui ſunt à Stoa, id eſt Stoici: οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, qui ſunt à p ripato, id eſt Peripatetici, qui ſunt à diſciplina ſeu hæreſi Ariſtotelea.

Abcdarium. Cælius.

1. Libellus eſt elementarius id eſt continens literas elementarias.
2. Series ipſa literarum.
3. Conſtans ſeu informatū literis a b c, ut exempla Ariſtotelis abecedaria.
4. Digeſtum ſerie alphabetica, ut farrago ſeu congeries vocum barbararum alphabetica.

Abecedarius Abcdarius.

Novatum, ut græcum ἀλφαβητικὸς, pro puero elemētario a b c ſchůler/ literariæ rei tyrunculo, vel eo qui adhuc hæret in cognoſcendis literis. Budæus in pandectis. Fulgētius Abecedarias appellat eos qui græcis ſunt ἀναλφάβητοι, qui ne elementarias quidem literas noverunt. At enim inquis, cō-tradictio eſſe videtur ἀλφαβητικὸν ſeu Abcdarium eſſe ἀναλφάβητον, ut φιλοσοφικὸν eſſe ἀφιλοσόφον ſeu ἀφιλοσόφητον R: ἀντίφασις ita tollitur. Abcdarius qui diſcit A B C & ita talis eſt ratione viæ & imperfectioni eſt analphabetus ratione termini & perfectionis. Ceterum Abcdarius etiam eſt præceptor qui docet pueros Alpha & Beta. Hieronym:

Abrenuncio.

Scholaſticorū D: eſt, licet eo etiam uſus ſit εὐχαρεῖς imò elegantiſſimus vir Johannes Serran in Plat. Phædro Abrenunciare corporis ſenſibus & cupiditatibus, Nullus unquam claſſis primæ autor ita, quod ego ſciam, locutus eſt. Ego dico, Repudiare cupiditates, renunciare, nunciū remittere, bellū indicere cupiditatib⁹; averſū fieri & alienū à cupiditatib⁹. Sic nō dico alicui hoſpitium abrenunciare, ſed renunciare cum Cicer.

Abortior (deponens) Abortio.

Sunt qui rejiciant & pro iis velint dicere Aborior id eſt abortum facio, ante tempus pario. Meo judicio Aborior duo ſignificat 1. naſcor intempeſtivè id eſt ante partus maturitatem 2. immaturum fœtum edo ſeu ejicio, quod Plinius quoq; dixit lib. 8. Abortio & Varro 2. de Ruſticare cap 4 Aborto: Idem Varro: Vinum hoc ſi prægnans biberit fit ut aboriatur, id eſt fœtum imperfectum adhuc ante tempus ejiciat mater. Agell. lib. 12. cap. 1. ut fœtus aboriantur, id eſt ante maturum partum ejiciantur. Ciceroniani pro abortiri venenis dicunt, partum medicamentis ejicere. Mulier ſibi ipſa

ipsa partum medicamentis abegit, ait Cicero pro Cluentio. Actus ille græcis est ἐκτρωσμὸς. Id autem quod ejicitur dicitur ἔκτρωμα. vnzeitige geburt

ABSCIO.

ἀλγῆσαι, pro de memoria exeo.

ABSCONSE. D.Car:

L. Abscondité Sic reconditum, absconditum male pro absconsum. Græcè ἀποκεκρυμένον.

ACANONICUM, ἀκανονικὸν, indoctorum vox.

G.Ακανόνιστον: Lat: noncanonicum, quod est extra canonem & regulam. Sic non dicitur δικαίως ἢ ἀδικάως, sed δικαίως κα' δίκως (quo jure, quaq; injuria, per fas & nefas. Non ἀπολιτικὸν, sed ἀπολίτευτον: non ἀγραμματικὸν, sed ἀγράμματον non ἀσωματικὸν sed ἀσώματον. At utrumq; dicitur ἀφιλόσοφον & ἀφιλοσόφητον, philosophiæ expers, alienum à philosophia. Non dicitur ἀΰλικον, etsi dicatur ὑλικόν, sed ἄϋλον, id est, materiæ expers.

ACCEPTABILITAS.

Scholastici Theologi dicunt Obedientiæ & passionis Christi acceptabilitas, pro merito & gratia.

ACCESSUS PRO INCREMENTO.

Accessio, adjectio, additamentum. Ei opponitur abscessio decessio. Cic.

ACCIDIA: ACIDIA.

Acedia, ἀκηδία, ἀμέλεια, incuria, pigritia, negligentia.

ACHRONICUS.

Stellæ ortus vespertinus non rectè dicitur neq; Chronicus, neq; Achronycus neq; achronicus, sed ἀκρόνυκτος & vulgo Acronychus, ascensio seu apparitio stellæ supra finitorem, quæ sub occasum vel paulò post occasum solis supra orientis cardinem attollitur & emicat.

ACTIVITAS: PASSIVITAS: Receptivitas.

Vis agendi, patiendi potentia, vis recipiendi. Sed ego ista tolero in disputationibus philosophicis, cùm sua sit λέξις philosophi.

ACTUATUM.

Ad perfectionem deductum: quod facultatem simul habet, & exercet. ὂν τῇ ἐνεργείᾳ Aristoteli. At ACTUARIUS pro Cancellario latinum est.

ACUITAS.

Acumen: ut acumen styli, ingenij.

AD HOC VIDENTUR SONARE verba: &c. Biel.

Lat. Hoc velle videntur verba: Hoc videntur præ se ferre: Hanc apparet esse vim verborum.

ADIMO a.

Generationem ademerunt à rebus. Hermol. Barb. in vers. paraphras. Them. in 1. phys. Non ausim imitari: sed generationem ademerunt rebus, sustulerunt, submoverunt à rebus.

ADJUVASSE: ACCUBAVIT: incubavit.

Archaismi sunt seu exoleta, pro adjuvisse, & accubuit. Olim enim dixerunt CUBAVI & JUVAVI; unde & cubâsse apud Quintilianum, lib. 8. c. 2. & JUVATURUS apud Sallust. in Jugurth. Et CUBAVIT in versione Bibliorum Junij & Tremellij.

AD

Ad longum de hac re egi.

Nach der lenge: Satis copioſe, fusè, diffusè, cumulate, longo ſermone. In longum ducto ſermone, ait Poëta.

Administrum.

Adminiſter & adminiſtra à veteribus latinis non niſi, quod ego ſciam, ſubſtantivè uſurpantur, nec dicitur ab iis, adminiſtrum genere neutro. (ſicut Servum, quod etiam apud Ciceronem eſt) Itaq; cogita, an ſit imitandum hoc recentioris autoris: Lenocinium eſt Crimen coitus illiciti adminiſtrum: pro: coitui illicito inſerviens: coitus illiciti adminiculum; coitum illicitum procurans. Simplicitatis forte ſit, univerſa accipere: à quorundam uſu abſtinere, prudentiæ. Tolerabile tamen illud videatur.

Admonere Ad.

D.B. in exegeſ. in Joh. Admoneamus Eccleſiam ad gratiarum actionem pro Baptiſmo. Sic Dion. Carthuſ. in lib. ſapient. enarrat. Admonet hic autor ad ſapientiæ deſiderium & amorem. Minus probata locutio: Latini enim non dicunt, aliquem ad aliquid admonere: ſed cohortari, hortari, incitare: Illud, illius, de illo aliquem admonere.

Ad Semper.

Sic Scholaſtici, Dionyſ. & alii: Præcepta affirmativa obligant ſemper, ſed non ad ſemper: Tu dices: ſed ita, ut loco & tempore opportunis facias, quod eſt faciendum.

Advertentia.

T. Hic ponit tibi aliquot advertentias pro, obſervationes, cautiones, notas, animadverſiones. Parum advertenter habere, pro parũ minuſve animadvertere, advertere, attendere obſervare.

Affectionatus.

Affectionatus & paſſionatus. Armandi & aliorum eodem loco habeo. Cave hæc ad uſum tuum ſevoces. Utere mecum voce Affectus, vel paſſionibus ſubjectus, affectibus turbatus, indulgens, obnoxius. Sic pro materia habituata dic materia affecta, præparata qualitatibus ſeu affectionibus convenientibus.

Affectiva Verba.

Verba affectuum ſignificantia: ῥήματα διαθετικά.

Agibilis Vir.

Vir navus, induſtrius, acer, ſtrenuus, hurtig.

Aginor.

Vilia ago, ſeu negotior.

Aliquid Salutaris.

Docere aliquid boni dicitur: Docere aliquid ſalutaris non dicitur, ſed ſalutare: διδάσκειν τὸ χρήσιμον. Joh. Poſſelius hoc non obſervavit.

Aliqualiter. Taliter qualiter. Aliquo modo, aliqua ratione

Aliquot centum homines: Aliquot Mille Angeli: Tot Centena, tot millena.

Barbara hæc ſunt: Dicendum: Aliquoties centeni ſeu centum homines, aliquot millia angelorum: Toties centena, toties centum, toties mille, toties terna. Sic quidam ſcripſit: Neq; enim recens ſunt nata vocabula, ſed ante aliquot centum annos excogitata, crebriſq; ſermonibus uſurpata. Dicendum erat: Ante aliquoties centenos annos. Sic J. Lipſ. Ut Phrygiones è varii coloris filo unum aulæum formant: Sic nos è mille aliquot particulis uniforme, id eſt, cohærens cor-

corpus. Lipsi tolle aliquot; vel dic, ex aliquot millibus particularum: vel: ex aliquoties mille particulis.

ALITER QUALIFICATUM.

Alterius modi alius modi: alio modo affectum, alia qualitate affectum, aliter comparatum seu constitutum. Cic.

A LONGÈ.

Non est dicendum: A longè stare, pro procul: Etsi Græci dicant ἀπὸ μακρόθεν: Sicut Latini non dicunt, à cœlitùs, sed cœlitùs; vel è cœlo, etsi Græci dicant ἀπ' οὐρανόθεν. Valet à pari: Si ex eo, quod Græci dicunt, ἀπὸ μακρόθεν, dicere liceret A longè; dicetur etiam ex Græcorum ἀπ' οὐρανόθεν, à cœlitùs. At non hoc. E: nec illud.

ALTIMETER è LATIN: ET GRÆC:

Instrumentum quo mensurantur alta, vel Mensor altorum.

AMASCO.

Obsol: pro amare cupio.

AMBITUDO.

Sic Hermolaus: Deferri est universum locum deserere: Circumferri est in eodem situ per eandem ambitudinem recurrere, id est, per eundem ambitum.

AMICARE.

Amicare (unde amicabilis, Jurisc.) est amicum facere: Usus est eo in parabolis Alanus Monachus:

Dum sibi blanditiis oris amicat eos.

AMBEGI.

Apud idoneos seu classicos non legi: dico igitur pro eo dubitavi. Invenio Ambigo etiam pro circum ago seu circundo: ut muris ambigere. In hac significatione fortè ambegi dici potuit pro circumegit Ambacti ab am & agor pro servis so man hin und wieder jagt/ apud Jul. Cæsar. lib. 6. belli Gallici.

AMBULATORIA VOLUNTAS.

Ambulatorius autem etsi latinū est: pro voluntate tamen ambulatoria malo voluntatem mutabilem, inconstantem, desultoriam.

AMBO PRO UTERQUE, ut

Nos ambo & Socratici & Platonici esse volumus.

L. Nos utriq; & Socratici & Platonici esse volumus: Nam ambo dicitur de duobus, quæ antecesserūt, ut; Plato & Aristoteles ambo Philosophi; Quorum amborum una ratio est; Horum amborum generum exempla subjiciemus: Sumus enim ambo curiosi: De ipsius Scipionis & Lælij ingenio ea jam est laus, ut plurimum tribuatur ambobus; Hos igitur ambos tibi commendo: Ambos intellige qui antè fuerunt nominati.

AMBO ALTERUM VERBERARUNT. B.

L. Uterque alterum verberavit. Nota hic in transcursu differentiam: Ambo sibi domum construxerunt, hic intelligitur una domus duorum: Uterq; sibi domum construxit: Hic intelligitur domus hujus una, illius altera.

Amaricari apud Scholast. quosdam. Deus amaricatur per obstinatam malitiam impiorum Dionys. Car.

Amarum fieri, πικραίνεσθαι. Amarescere tolerabilius. Deus exacerbatur, ad iram commovetur obstinatâ &c.

Ἀμεθοδικὸν esse.

Sic loquitur Theod. Zuing. in Theatr.

Digitized by Google

volum 2. lib. 2. de Rhetorica pag. 116. Sed quia Græci ita non loquuntur, tu dices *ἀμέθοδον*, à ratione docendi vel discendi seu methodo abhorrens. Vide suprà Acanonicum.

ARRESTARE J.C.

Detinere prætoria manu, injicere manum alicui vel bonis cum interdicto, ne moveantur loco, nisi re composita cum eo, qui prætoris officium opemque requisivit.

AMICABILITER.

Vito Amerbachio Candoris Latinitatis studiosissimo quondam Barbarum hoc visum, pro quo dicendum, placidè, benignèque, & sine controversia & contentione & altercatione. Verùm ego non rejicio: Invenitur apud Plautum & JCtos. Veteres etiam dicunt, Amicabilis compositio, conventio, transactio, affectio. Amicabiliter componere est idem, quod sine controversia componere, rem conficere sine controversia, ut loquitur Cic. 13. epist. famil. ep. 26. In der güte vnd freundlich vergleichen.

AMICALIS TIMOR. Biel.
AMOROSA NOTITIA.
AMOROSUS FILIUS.

Ortus ex amore Timor: Notitia plena amoris & approbativa, ut loquuntur Theologi: dilectus filius.

AMODO.

Amodo non videbitis me: pro post hac, *ἀπ' ἄρτι*, deinceps.

AMOENARE OCULOS.

Oculos recreare, oblectare, pascere.

AMUSSITATUM OPUS.

Antiquatum est pro ad amussim facto, exactissimo, accurate facto seu elaborato.

ANGARIARE.

Theologicum è Græco *ἀγγαρεύειν*, cum accusativo, cogere, adigere: Angari apud Persas seu Persici erant nuncij regũ, qui cogebant subditorũ quemvis ad suppeditandum ea, quibus ad negotium celeriter expediendum opus erat, ut equos, naves, vel etiam, ut ipsi una currerent & onera ferrent, qui Jurisc. Bastigarij.

ANGUSTIARE DIONYS. C.

Angustare, premere.

ANIMASTICUS. Zabarell.

Anima mea aversatur Zabarellæ Animasticum. Non enim, ut à Schola Scholasticus, sic ab anima animasticus dicitur. Tu igitur pro Animastico barb. dices *ψυχικὸν* seu Animale. Opponit autem Zabarella Animasticũ physico: ac strictim morũ animasticũ vocat, qui ab animâ proficiscitur: physicum, qui à natura. In phys. lib. 8. super text. 32. p. 183.

ANNATIM.

Cic. Anniversariò, annuatim, vertente anno.

ADNIHILATIO: ANNIHILATIO. Annihilari.

Interitus in nihilum: occasus in nihilum: Venire in nihilum: interire in nihilum: ad nihilum recidere: evanescere: è rerum naturâ sublatum esse, è rerum naturâ deleri seu auferri; nullum rei vestigium relinqui: nullum sui vestigium relinquere. Ciceroniana hæc omnia.

ANTIQUARE PRO IN MOREM antiquum, reducere.

φιλαρ-

Φιλαρχαίων seu antiquariorum est pro in morem pristinum reducere, cùm nobis antiquare sit abrogare & abolere.

APOSTATARE A DEO, à vera doctrina.

Deficere, avertere sc. à Deo. Verbo hoc usus est Cyprianus Theolog.

APOSTEMARI.

Apostemate corripi, apostemate turgere. Apostema (ἀπόστημα) hic est ulcus seu suppuratio. Celso Abscessus corporis.

APPARENTER BONUM.
BONUM SECUNDUM APPARENTIAM.

Quod boni speciem præ se fert: Non reapse bonum, non bonum ὀρθῷ λόγῳ, sed boni speciem præ se ferens: Pro præ se ferens Poëtæ, Lucretius & Camillus dixerunt præportans.

APPELLARE AD ALIQUEM.

Appellare ad Cæsarem in multorum aures infusum à pragmaticis frequentatum: nonnullis videtur esse barbarum, ut dicendum sit, appellare Cæsarem, ad Cæsarem provocare. Ita dicimus, appellare Deum, non autem appellare ad Deum. Est autem ut hoc addam in transcursu, Deum appellare, idem quod Deum testificari, testari, obtestari, contestari, implorare: ἐκ παραλλήλου hæc dicuntur.

APPRONARE.

Ad aliquid pronum esse, ad aliquam rem proclivem esse. Genua ad aliquem flectere Apulejus dixit in genua se appronare.

APPENSATÈ.

Exactè, justo examine, ἀκριβῶς.

APPUNCTIO.

Paracentesis: punctio ad latus, quæ fit acu trajecta: Vide Medic.

AQUATUM VINUM, VEL baptizatum.

Vinum aqua mixtum seu dilutum temperatumve malo (κεκεραμένον). Apud Hieronym. est vinum aquatius pro dilutius. Barbaris non adscribo, sed rarius usurpatis. Baptissatum, ἀποτίθεμαι & ad Barbariam amando.

ARCHITRICLINARIUS.

Architriclinus à triclinio, i.e. loco constrato tribus lectis ad accumbendum.

ARCHIVA.

Grammatophilacia, chartophilacia, χαρτοφυλάκια, ἀρχεῖα, Tabularia, Tablina publica: Ulpianus tamen voce ARCHIVA usus est de pœnis l. moris. ἀρχειοφύλαξ custos archeorum, l. ult. §. Is quoq; ff. de numero & honor. Ἀρχεῖον in singulari est domus principis. Qui publicis præest archeis seu tabularis, dicitur ἀρχειότης.

ARCTAVITA. Sch:

Dionysius Carthus. in enarrat. Eccles. Legitur in vitis Patrum de Thaide, meretrice pulcherrimâ, quòd desiderio præveniendi ad eam juvenes sæpe sanguine suo asperserint limen cameræ ejus, quam sanctus vir Paphnutius gloriosè convertit, & ad vitam perduxit arctissimam, id est, maximè continentem, temperantem. Sic arctæ viæ lata opponitur. Duarenus sanè statuit. Ulpianum l. 18. ff. de petit. hæred. dixisse latius vivere, pro laxius & lautius.

ASINARE PER URBEM.

Asinâ vehi. Illa vox barbariem redolet.

ASSIDUATUM: ASSIDUATIO: Assiduatio Solicitudinis.

Augustini est, pro assiduò usurpatum seu adhibitum. Hoc (prælationis) antidotum ita omnibus morbis occurrit, ut assiduatum omnes morbos depellat, & omnia corrupta integritate restituat; præstante Domino nostro Jesu Christo. in serm. ad Neophytos, in quo exponit orationem Dominicam. ASSIDUATIO est frequentatio, assidua usurpatio.

ATRABILARIUS.

Melancholicus, temperamento frigidus & siccus, abundans atra bile.

ATTIGUUM Hermol. Barb.

Attiguum etsi pro barbaro non habeo, ut brachio attiguum; tamen contiguum est usitatius. Talia sunt in quibus non est coalitus. Attigua dicuntur quorum extrema junguntur & simul habentur.

ATTRIBUTALE G.D.V.

Secundum rationem attributalem.

Pro eo malo secundum rationē attributi, quo de genere est sapientia in Deo. Attributales Dei perfectiones Scotus dicit. pro eo dicimus attributa Dei interna.

AUDITILE. Hermol. Barb:

Quidam rejicit. Ego in philosophia has voces, Audibile res audibilis, exauditile, tactile, gustatile, gustabile, ædificabile, quo etiam Herm. utitur, non aspernor, sicut nemo respuit visile, sensile.

AVERSIO pro AVERSATUM.

Aversio quidem Latinum est, sed pro noxiorum & alienorum in doctrina dissensu aversio dicendum, alienorum fuga, rejectio, repulsio, rejectatio, abominatio, aversatio. Rectè interim dico: Aversio quædam est sensuum ab alienis & noxiis.

AUCTUARIUM.

Auctarium, ab auctu, græce ἐπίμετρον. Sic electarium ab electu, non electuarium.

AUCTIFICUM.

Pro hoc Hermol. Barb. malo. Quod facit accessionem amplitudinis, quod facit augmentum. Auctificum enim est vox poetica, qua usus est Lucretius.

AUGIFICARE.

Georgij Simleri Augificare syllabā; pro, producere, seu longam facere, vel literā augere; ventriculus latinus concoquere non potest.

AVISARE, AVISAMENTUM B: ex sermon. Italic.

L. præmonere antè monere, præmonitio & præmonitus (ut apud Cic. agricultio & agricultus & agricultura) pro eodem.

AUSTRATUS.

Antiquatum est pro austro humectatus, νοτιζόμενος. Sic humigatus pro humore perfusus, irrigat⁹, apud Apulejum.

AUTORITATIVÈ.

Politorum est, per modum autoritatis, ex autoritate, absoluta potestate, ἐξουσιαστικῶς. Ita Deus remittit peccata: ministri verò ἐπαγγελτικῶς, seu annunciativè, id est remissionem annunciant, denunciant.

AUTORATUM PRO AUTORITATE comprobatum.

Authoratus vel autoratus pro sacramento &

to & stipendio astrictus, authoramento obligatus, mercede conductus (Sic exauthoratus pro authoramento solutus) latina quidem & satis proba vox est, sed non accipitur pro eo quod est multorum authoritate approbatum receptumq; (glaubwürdig) seu αὐθεντικὸν.

Auspico.

Exoletum hoc: pro quo auspicor (auspicium facio, auspicium capio.) Utrumq; autem dicitur Auguror & Auguro; sed posterius poëticum ferè. Virg: Si quid veri mens augurat.

Unus aut alter. ein oder zwe.

Sic Cic: Unum jam & alterum diem desideratur Idem.

Tuis unis & alteris literis Sic Terent: postquam amans accessit unus & item alter pretium pollicens.

Animalium quædam sunt ἀνώδικα.

Ita loquuntur Græcè minus docti. ὠδικὸν quidem dicitur; sed ei opponitur ἄνωδον. Aristoteles animalium historiæ lib. 1. Animalium quædam sunt κώτιλα (ut aves illæ dicuntur Cotilæ quæ sunt πολύγλωσσοι) quædam σίγηλα, quædam λαλά: rursus quædam ὠδικά, quædam ἄνωδα. Sic Asinus non dicitur ἄμουσικος, sed ἄμουσος & ἀμαθέστατ@. Sic non dicitur ἀνοργανικὸν sed ἀνόργανον, quod est sine instrumento, quod non utitur organo per quod agat, quod non habet partes instrumentarias, non organicum: pro quo vulgus inorganicum.

Ἀγνωσις.

Novum vocabulum Platonis tempore, & quidem à Platone factum. Etsi autem Philosopho est libertas τοῦ ὀνοματοποιεῖσθαι, cum ita opus est, tamen ἀγνωσίαν cum Thucydide & Luciano usurpare malo, quæ vox latinis significat imperitiam, ignorantiam, ignorationem, cui opp: γνῶσις.

Ad melius fit hoc tibi: Non fit hoc ad melius.

Germanismus & Græcismus, οὐκ εἰς κρεῖττον sed εἰς τὸ ἧττον. Tu pro illis latinè dices, Non cum emolumento sed cum detrimento. Sic Græci: tibi ad bonum, σοὶ εἰς ἀγαθὸν, Germ: dir zu gute/ pro Tuo bono. Tuo commodo, Ita vel hoc ipso tuæ saluti consulitur.

Absentare se ab aliquo, Absentatum Latin: patrum.

Subtrahere se corporali præsentia, Abire discedere ab aliquo. Subtractum aspectui alicujus.

Atomalia Corpora.

Atomi, individua corpuscula. Ciceron. αἱ ἄτομοι, quas quidam fecerunt rerum naturalium principia prima.

Æternalis Sapientia. Dion. C.

Æterna sapientia.

Aura pulchra, bona, mala.

Gratum vel ingratum cœlum. Cornelius Crocus, grata cœli affectio.

Allegare pro citare.

Allegare inquit Hadrianus Cardinalis à multis impropriè dicitur. Non enim verbi proprietatem attendunt sed vulgarem errorem persequũtur: nam cum autorem aliquem in rem suam adducere aut citare volunt, se allegare illum dicunt, cùm allegare sit quasi in egationem aliquem rogatũ pro par-

vis privatisq; causis mittere, legare pro publicis magnisq; rebus. Hæc Cardinalis. Sed ego enim significatione adducendi vocē in allegare non improbo, cùm apud Statium inveniam, Allegantq; suos utroq; à sanguine divos, & apud Plinium, Multa allegant, quæ ad rem propositam minimè pertinere videbantur & apud Budæum Jura sua allegare.

Litera B.

BACULARE.

Baculo percutere: Sic patibulare pro patibulo affigere: patibulatum Plauti exolevit.

BADIZARE.

Obsoletum Plauti, pro ire, βαδίζειν.

BASTAGARII.

Bajuli, geruli. Vox tamen illa non est Scholasticorum, sed JCtorum, qui eam deduxerunt à fonte græco l. 4. de Muril: βαστάζω enim porto est, βαστάζοντες bajuli, lecticarij, βάσταγμα est gestamen. Munus ferendi necessaria ad exercitum vocant J.C.Bastagam.

BIDUANA FEBRIS, TRIDUANA febris.

Τριήμερος πυρετός.

BIGAMUS: μιχλὸς.

Digamus, qui in secundo matrimonio est, qui habet duas uxores. Digamia, secundæ nuptiæ.

BINOMIUS.

Pro hoc, etsi barbarum non est, placet Binominis, διώνυμος, qui habet geminum nomen, ut, Numa Pompilius, Tullius Hostilius. Est autem nomen Binomius apud Verr. Flacc. Sed alij legunt Binominis.

BIGENEA.

Bigenera, διγενῆ, ex duobus generibus nata, duûm generum, ut, bigenera animalia, ut, Leopardus ex Leæna & Pardo.

BILOGIA.

Dicendum Dilogia, διλογία (à δὶς & λόγος) ambiguum, cùm aliquid res duas significat: sermonis ambiguitas.

BINI & BINI GERmanis idotismus.

Bini dicimus in oratione distributiva je zween und zween / Apud Marcum cap. 6. pro eo est Δύο, δύο ad verbum, duo, duo. Sic συμπόσια συμπόσια, per convivia: significatio hæc distributionis est Elleipsis hîc est propositionis κατὰ. Discubuerunt πρασιαὶ πρασιαὶ ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, id est, per areolas distributi in centenos & quinquagenos.

BOVINARI: BOVINATOR: BOVINATIO: M. Verr. Flacc.

Desita hæc, teste A Gellio, pro convitiari, convitiator, convitium, λοιδορεῖσθαι λοίδορος, λοιδορία. Vox est à Bove, ut Bovinor sit quasi in aliquem mugio seu boo, quæ vox est à βοάω, id est, clamo. Joseph tamen Scaliger, doctissimus Criticus, nusquam ait repertum verbum Bovinari, pro convitiari, sed pro tergiversari: Bovinator igitur erit tergiversator, vel morabundus. Bovinatio, tergiversatio. Vide Gell lib. 11. c. 7. Idem Scal. Bovinari à bubus deducit, qui in medio actu strigare solent: Strigare autem (ut vocabulo castrensi utar) dicuntur equi πρώτως, quoties interquiescunt: à striga, id est, spacio seu intervallo turmarum, in quo equi stringuntur: διστῆρας verò

verò alia etiam jumenta ſtrigare dicuntur, (h. e. interquieſcere.) Gloſs. Iſidor. Bovinatores ſunt incōſtantes. Gloſſar. θορυβοποιοί, turbatores, πῖνπεπεργχον ἡ παργχὴν, cientes tumultum.

Bassus Italico Idiomate.
Latin: humilis, depreſſus, vel gravis.

Beneficiatus apud Dionys. Carthuſianum.
Beneficio affectus, donatus, ornatus.

Barbitonsor.
Tonſor. Eraſmus illud repudiat.

Litera C.

Canonizare.
Canoniſamus & regulamus actiones voluptate & dolore: Barb

At latini Dirigim*, κανονίζομεν (ut loquitur Ariſt. in Eth.) omnes noſtras actiones voluptate & dolore, h. e. propter voluptatem & dolorem agimus naturâ duce omnia.

Calumniari, cum dativo apud Auguſtin. in 38. tract. in Job.
Calumniari Deo. Calumniari eſt falſum crimen intendere vel malitioſè & callide interpretari.

Cantifices.
Melici, Melopoei, Sangmeiſter/ Lieder dichter/ magiſtri cantionum: de horum genere Bardi, id eſt, illi qui apud Gallos fortium virorum laudes canebānt. Bardi non erant bardi, id eſt, ſtulti, ſtolidi.

Capax nis.
Antiquè ita Philippus Decius in R. J. Sic Villa uſibus capax: uſitatius: uſuum capax, capax horum.

Capitispurgium.
Capitis purgatio.

Capitancus Gothica vox.
Copiarum dux, Dux militaris.

Caputium.
Capitis tegumen, capitium: ut Capitium morionis.

Capitosus pro cerebroso ſeu moroſo.
Probum non eſt. Eſt enim idem quod magnum habens caput ſeu capito.

Carentia.
Scotus: Carentia debiti ordinis eſt formale peccati, privatio ſeu defectus juſtæ actiones, juſti ordinis, Græcè ἀταξία in actione: Pro carentia ægritudinis Cic. dicit Vacuitas ægritudinis, & vacuitas ab angoribus.

Caritativus: Caritativè ſalutare:
Correptio caritativa Dionyſ. Car.
Sapientes inter ſe caritativè & ſapientaliter diſputant. Dionyſ. Carthuſ.
Pro humaniter & ſapiéter, ex caritate ex ardenti animi affectione ſalutare caſtigatio profecta ex caritate.

Casus (pro certa facti ſpecie ſeu hypotheſi) **exceptuatus à Regula.** Philip. Decius.
Cauſa; ſpecies facti excepta à regulâ.

Causæ Sine qua non.
Hic ſolœciſmus ſermone ac literis uſurpatus eſt à Gabr. Biel. dicendum: cauſæ ſine quibus non

Cau-

Causor, Causificor: pro efficio

Ex iis, qui & doctè & castè loqui videri volunt, nou desunt hodie, qui causor usurpant pro efficio. Sic enim loquuntur forma deponentis: Deus per Evangelium causatur salutem hominis. Sed nou ita Cicero, non ita reliqui veteres, non ita recentiores Latini, non denique ita barbariusculi philosophi. qui dicunt; causat salutem, pro, efficit, gignit, importat, causam dat: Et: causatur salus, hoc est, efficitur.

Celer.

Apud eos, quibus magis curæ est de rebus, quàm de verbis, adjectivo Celer femininum substant: præpositum reperio. Eos cave imiteris: ut cùm dicunt: Mansueta respiratio nominatur, quæ neq; crebra est, neq; celer. Pro celeris vel velox) Fama celer nostras pervenit ad aures: sic vitiosè quidam è novitiis Poëtis. Dicendum celeris. Motio est Celer, celeris, celere.

Certitudinaliter. Dion. Carth.

Certâ firmâq; ratione scire vel nescire. Evidenter aliud est: potest enim propositio aliqua esse certa, licet non sit evidens (ut Theologica) Fides quæ certa est potest esse non evidens.

Chorizare.

Saltare, exercere choros.

Cicurorum Animalium Cicurum Animal: Versor. Platon. Serr.

Cicurum animalium, cicur animal. Non dicitur cicurus, a. um. sed cicuratus.

Circa pro circum non est barbar.

Cœlum circa axem movetur seu versatur, dicunt Astronomi. Tu dices etiam cum Cic. Cœlum admirabili celeritate circum axem versatur, id est. volvitur: Circa Marpurgum, id est, circum.

Citatus in lingua Dionys. Carth.

Qui incitati⁹ fertur ad loquendum, præceps & inconsideratus in sermone, præcipitis linguæ vir.

Circumscripto pro Secluso.

Sic dicunt Scholastici, non omninò barbarè: Circumscripto omni libero arbitrio omnia evenirent de necessitates nihil esset in Entibus in potentiâ ad contradictoria. Planiùs & Latiniùs. Tolle liberum arbitrium (vel: absq; libero sit arbitrio) & omnia evenient necessariò, nihil contingenter, nec erit in rebus δύναμις ἀντιφάσεως.

Juratio debitè circumstantionata Dionys. Carthus.

Jusjurandum justis circumstantiis moderatum ac definitum.

Clarificare exemplariter.

Inter Barbara deputo: L. Exemplis declarare, vel planum facere.

Coago. B.

Pro coagere dicendū adjumento esse alicui, agere cū alio, & συνεργεῖν quod αὐτολεξεὶ, id est, ipsa dictione seu adverbum, est cooperari. Nec hoc verbum in philosophicis disputationibus ac scholis repudio.

Coexigere.

Scoti est, pro, unà exigere.

Coexistere.

Unà seu simul existere.

Cognobilis. P. R.

Cognobilis dicere non audeo, quia cognotum non dicitur. Apud Hermol. in 1. de an. paraph. c. 1.

Cognoscitivus.

Cognitivus à cognitu: vim habens cognoscendi.

Hæc COIBILI *natura sunt. Herm. Barb.*

Malo: In his potest esse coalitus, hæc possunt coalescere & continuari.

Coincidunt.

In unum cadunt, concurrunt.

Coincidit in idem.

Subjectum coincidit in idem numero cùm efficiente cujus actio est ad intra.

L. Idem numero est cum agente interno, seu per emanationem.

Colaphizo.

Colaphum infringo, incutio, infligo, impingo.

Collabellare.

Utitur hac voce φιλάρχαιος (antiquarius) Ad antiquata igitur hoc verbum referendum, sicut & columbari, pro quo dicendum, labra labris columbatim inferere. Poeta dicit: Insertare oribus ora. Angelus Politianus in Rustico: Murmur apricantes nivea dant turre columbæ.

Expandunt alas & amicam blanda rogantes,
Oscula circumeunt, insertantq; oribus ora.

Compatriota meus.

Popularis meus, conterraneus, Plinio: συμπατριώτης (qui ex eadem est patria) licet, ut barbaram, hanc vocem quidam carpat.

Sine comitatu.

Incomitatus, ἀκολούθως, sine comitibus.

Commanipulatio.

Non hoc ad palatum & stomachum meum, de laudibus celebratissimi Gymnasij literatorij apud Erphordianos Eobani Hessi Francobergij, ejusdem literariæ commanipulationis alumnuli, juvenis Ephœbi (annorum 19.) carmen ann. Chr. 1507.

Dicendum erat literarij cœtus, vel commilitij, vel congregationis seu societatis, vel contubernij.

Commensalis.

Convictor, socius, mensæ, συνδείπνος, convictor alicui.

Commassatum.

Sic Beda, Spiritus Sanctus verbi glutino commassata animando formavit, & forma distinxit.

Tu dices, in unam massam unita. Eodem loco censuque mihi est, complasmatum; quod priore parte Latinum est, posteriore Græcum, ortu saltem, (terminatio enim Latina est,)

Ut comparatum est cum rebus &c.
proletarius.

Ita comparatæ sunt res humanæ, ut pro variis circumstantiis variæ & diversæ videantur.

Compassum; Compassus, litera

Horologium, magistratus literæ subsidiariæ, publicæ fidei, commeatus. Ulpian.

Ex ejus commissione loquor.

Ex ejus mandato.

Companatitium.

Quod pani adjungitur vescendum.

Compossibilitas.

Non repugnantia, compossibilia. Græcè συνδύνατα. Lat. quæ simul esse possunt, quæ secum ipsa consentiunt

Computus exactus.

Exacta ratio, Ad numum usque inita & subducta ratio exactissimè, ἐκλογισμός.

Conceptibiliter. Javell.

Per modum conceptionis animi: Ens conceptibiliter pro Ens imaginarium, Ens conceptione animi, τῇ ἐνεργείᾳ (actu) non existens.

Concilium Philosophorum.

Pro concilio Philosophorum dic conciliatio philosophorum. Poetæ tamen, ut Lucretius concilium pro conciliatione & copulatione dicunt.

Concomitativè.

Per modum sequelæ.

Complacentiam habere & jucundari in aliquo vers. Vetus Ecclesiastic.

Delectari aliquo, oblectare se aliquo, oblectari aliquo, in aliquo suaviter acquiescere.

Condependentia.

Mutua dependentia, mutua connexio, mutua affectio relativé.

Condescensio Theologorum.

Barbarum Condescensio, pro quo Latini demissio, sui attemperatio, Græci συγκατάβασις, à verbo συγκαταβαίνω, id est, unà descendo. Quod Deus Homo factus est, & se videndum in Christi persona exhibuit συγκατάβασις est. Deus condescendit fragilitati seu infirmitati nostræ, inquiunt Scholastici ex Cyrillo, etsi est qui legat, condolescit. Tu dices: Attemperat se nostræ infirmitati.

Condolere: Commisereri.

Commisereri & condolere alicui, pro eo, quod Græcis est συνάχθεσθαι τινὶ (quod barbari dicunt, compassionem cum aliquo habere) Latina esse non putantur. Sed commoveri alicujus rebus adversis, commoveri vel frangi misericordia alicujus, societatem doloris alicujus præ se ferre, affici sensu alicujus miseriæ, impertiri alicui misericordiam, adhibere misericordiam. Elegans est & hoc: Dulcedine societatis laborum & dolorum Christi affici. Gern vnnd mit frewden Christo das Creutz helffen tragen/ Et grata Voluntas (seu Pietas) societate ejus doloris ostenditur. Societate doloris luctus aliquem delinire, vel delenire, id est, mitigare. Sed ego phrasin, quæ sapit Græcismum, in Philosopho non improbo, condolere afflictis, συνάχθεσθαι ἀτυχοῦσι: Et amici condolent, id est, unà dolent.

Requiritur de congruo.

Requiritur, ut congruens, ut decens, non ut necessarium.

Confortare.

Confirmare, corroborare.

Consiliare.

Consultare, consilia conferre, deliberare.

Consilians causa.

Malo, causa consulens, etsi consilians (à consilior) barbarum non sit.

Consuetudinariò.

Ex consuetudine.

Consistere simul virtutes non possunt in nodum. Scotus.

Virtutes non sunt connexæ, complicatæ, conjunctæ inter se: non sunt colligatæ, ligatæ quasi in nodum, non conveniunt in nodo.

Consuescit liberos suos Pater. Poët.

Consuesco neutrum seu absolutum est. Non igitur, in prosa dico, parentes liberos suos sic consuescunt, sed assuefaciunt, usu docent. Lucret. lib. 6. Brachia consuescunt firmantq; lacertos, id est, consuefaciunt.

**Contingibilia.*

Utitur hac voce Hermol. Barb. Ego malo contiguat, quæ sub contactum cadunt.

Contumeliare.

Contumelia aliquem insequi, in aliquem invadere, contumeliam in aliquem jacere, verborum contumeliis, incesto ore aliquem lacerare. Cic. contumeliam imponere.

Contrapassum. Thom. Aquinas.

Pro Græco ἀντιπεπονθὸς, reciprocata perpessio, æqualis injuriæ vel damni compensatio.

Contrà alicui facere.

Ἀντιποιεῖν, par pari referre, id quod passus es, referre, Estque ἀντιποιεῖν vel εὖ, id est, bene, vel κακῶς id est, malè: ἀντιποιεῖν εὖ unâ voce est ἀντευποιεῖν, id est, gratiam referre, gutes mit gutem vergelten/ sicut ἀντιποιεῖν κακῶς, id est, ἀντικακουργεῖν, (vicissim malè facere) böses mit bösem vergelten/ ἀντιμίσθωσις est remunera-tio, quæ barbaris recompensatio & recompensa. Vide Lambinum.

Contra facere.

Exprimere, assimilare, conformare.

Conversabilis.

Comis, natus ad consuetudinem, consociationem, conversationem: pleriq; solent vocare affabilem. Conversari enim pro versari unà cum aliquo seu semel vivere, multum esse cum aliquo: colere inter se alicubi, ut pulcrè loquitur Cicero, & conversatio consuetudinis vigore & usu latina sunt, etsi apud Cic. non inveniantur in hac significatione.

Lucianus. συνῆς αὐτῷ, eras unâ cum ipso, conversabaris cum ipso, σύνεστι τοῖς θεοῖς, cum diis conversatur, τοῖς βελτίστοις νεκρῶν σύνειμι, cum mortuorum optimis conversor, ut vertit Erasmus.

Coquibile.

Coctu facile, εὔπεπτον.

Corellarium.

Pro Corellarium dic Corollarium à corolla: Scholasticus dicit corollariè ex his elicio: pro hoc tu dicito: Ex his deduco Corollarium seu consectarium.

Crampa.

Spasmus flatuosus, σπασμὸς φυσώδης: aliud est spasmus Cynicus, nempe oris distortio. Celsus.

Credentiarius.

Prægustator: Principis cibos prægustans.

Caciderunt.

Cæciderunt contra Orthographiam augmenti est. Tu scribes ceciderunt

 (id

(id est verberarunt) ut prima sit brevis, antepenultima longa. Christus homo cecidit, quem pravus Apella cecidit.

Cucurbitare Dominum.

Cucurbitare Dominum: Barbarum seu Longobardicum est. Tu dices: cum uxore Domini concumbere, cum uxore Domini turpiter ludere. Sic pro cucurbitatione dices stupri illationem, turpem lusum, id est, pudicitiæ attentationem, alienarum nuptiarum solicitationem, manus in sinum, ad pectus, ingremium immissionem, impudici denique & luxuriosi osculi (quod libidinis incentivum seu suscitabulum) infixionem. Longobard. Corbitam dicunt pro stupro seu infamia.

Cum seipso dissidet.
De dissentiente Anima cum seipsa.
Lux se ipsa & cum se omnia demonstrat ipsa. Joh. Picus lib. 3. c. 12.

Sic quidam magni etiam viri locuti sunt: sed nos consuevimus ita loqui: Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse. De dissensu animæ secum ipsius, seu, ipsius secum. Dissidet à se ipsa anima, oratio secum ipsa consentiens, secum ipsa omnia demonstrat Lux.

Compilare pecunias.

Hæc observavit Erasm. Roterod: Compilat, qui clam spoliat. Compilant servi dominos. Compilant scrinia mea. Neq; enim rectè dixeris, Compilant libros aut pecunias. Ærarium exhaurire, rempublicam compilare ait Cicero. Expilat populum qui exactionibus spoliat. Pro compilare librum, quod frequens est Scholasticis, Crocus dicit, undiq; colligere, ac in unum condere, seu componere.

Sententia vel verba digna quæ celte sculpantur in rupe.

Digna, quæ stylo ferreo atq; plumbo in perpetuum in rupe inciderentur Job. cap. 19. Cedro digna notari; sententia digna quæ notetur cedro, ut locutus est Buteo, quam phrasin Jacobus Peletarius linguæ alioquin elegantis & tersæ inconsideranter & iniquè reprehendit in disquisitionibus Geometricis hoc argumento quod Cedrus non sit quoddam cretæ genus, sed arbor. Nullum hoc argumentum est. Nam non solum creta verba dictaq; scribi, sed etiam cedro lini dicuntur. Horatius in arte Poëtica: Speramus carmina fingi posse linenda cedro. i. ejusmodi quæ digna sunt ut succo cedri illinnantur h. e. posteritati consecrentur. Modus hic loquendi sumptus est à natura Cedri cujus nimirum succo res illitæ non sentiunt cariem. Hàc enim arte Numæ libri chartacei ad annos perdurarunt 535. Plinius lib. 13. cap. 13. cui & cedratum est quod Cedri succo illinitur, vel illitum est. A. Buteone etiam est illud Persij: Digna loqui cedro, h. e. immortalitate. Celte latinum non est.

Clancularie convenire.

Clàm seu clanculum convenire. Etsi enim clancularius sit apud Martialem lib. 10. tamen adverbium vide nō reperitur. Dicitur & eleganter, Clandestinos cœtus agitare ex 12. tabul. qui & clandestinæ conventiones dicuntur quas Lex vetat.

Conscio pro cognosco.

Sic quidam legunt in Gellio; Ante meridiem causam conscito, Sed A. Turnebus cōscire causam, pro cognoscere, la-

re latinè dici non posse retur, vitiososq; codices Gellij arbitratur; Itaq; legit conjicito.

Contoralis.

Conjux, tori socia. Poëta dicit Tori consors & perpetuo sociata fœdere lecti.

Characterizari, Catholicissimus.

D. *Scholastici, imò & Patres veteres sæpè Græca efferunt formâ latinâ*, ut pro σκανδαλίζειν dicunt Scandalizare h. e. scandalum dare. Sic pro καθολικώτατος August. dicit Catholicissimus. De verbis Apostoli, Sermone de Baptismo Parvulorum. Fides *Catholicissima* est, Omnis generatus, damnatus, nemo liberatus, nisi regeneratus. Sic Scholastici dicunt *Characterizatum* pro signato, seu singulariter definito. Hieron. Zanchius lib. 2. de Incarnatione Filij Dei pag. 42. inquit: Humanam naturam à verbo assumptam in unitatem personæ sæpè vocavit hominem nequis naturam κοινῶς. i. in communi & in abstracto, quatenus prædicatur ut species de singulis individuis, à se intelligi imaginetur. Sed quisq; sciat Patres & totam Ecclesiam de perfecta humana natura in Christo jam (ut Scholæ loquuntur) Characterizare, h. e. de certa anima, certoq; corpore in unitatē Personæ à Christo assumptis loqui, seu de toto composito ex anima & corpore, quod in sola sustentatur Filij persona. Græci vocant naturam ἐν ἀτόμῳ id est in uno individuo existentem cum proprietatib. individualibus illud ab omnib. aliis discernentib. Cui opponitur, ut antè innui, κοινῶς id est secundum communem & omnib. individuis ejusdem speciei convenientem rationem. Utitur his vocibus Damascenus.

Consodalis.

Sodalis. Sic pro coæqualis dices æqualis.

Contentari barbarum.

Contentum esse (cum ablativo vel infinitivo) non recusare, acquiescere. Ineruditi cōtentantur superficie literæ, Johannes Piscatorius Lithopolitanus in August. pro contenti sunt. Sic Augustinus. Pigritia carnalis vel inerudita, vel inexercitata tarditas mentis contenta literarum superficie nihil putat interitus (id est nullum spiritualem intellectum) requirendum. lib. 20. cap. 21. de Civit. Dei. Dicitur & pro cont: boni consulere.

Conficere.

Unà vel simul agere seu facere. Barbari etiam dicunt Concausare pro esse συναίτιον. Conficere Ciceroni esse efficere, alibi annotavimus.

Complexio pro qualitate.

Vocabulum complexio barbarum non est: sed barbarum esse videtur dicere complexionem pro συστάσει φυσικῇ id est naturali concretione, conformatione & constitutione corporis vel elementorum & qualitatum temperatione & crasei.

Coessentiatum animæ.

Essentiæ animæ inditum, vel insitum.

Coessentiatio.

Essentiarum conjunctio, συνουσίωσις, συνυπαρξις οὐσιῶν.

Commater Compater.

Promater, propater ein Petter / ἀνάδοχος, ἀνάδοχοι, Susceptor infantis qui baptissatur. Vulgo Matrima & Patrimus ut Hyginus voluit unum tantùm patrimum unam vé matrimam bapti-

ſmo intereſſe. Nam aliud ſignificant. Eſt enim patrimus, qui cum pater ſit, ipſe patrem adhuc habet. Idem de matrima dicendum. Propater eſſe volo, ſed nolo compater eſſe (vel: ſed compater eſſe recuſo) Nicod. Friſchl. ad D. Doct. Johannem Antrechtum Ill. Haſs. princ. Guilielmi l. m. conſiliarium jocabundus.

Conſiſtere poſt montem, hinter dem berge halten.

Stare vel eſſe poſt principia, id eſt, poſt robuſtiores & principales milites: poſt hos eſt in acie locus tutiſſimus.

Cervicatus in Eccleſiaſtic. verſ.

Rebellis, cervicoſus, homo tumidis cervicibus, duræ cervicis harrneckig.

Contortuplicari Contortuplicatum. Plautinum.

Sunt qui repudient pro contortè plicare. Ego non repudio Funes ſunt filis contortuplicati eſt autem verbum à contortum & duplico. D. Piſc.

Catholiciſſimus apud quosd. Scholaſt.

Catholicam fidem profitentibus ſeu Catholicis valde addictus.

Cryptoporticus.

Plinij Jumoris hos nomen eſt μικτὸν, id eſt compoſitum ex græco & latino, pro quo dico ſubterranea porticus ein gang unter der Erden.

Coibili hac natura ſunt. Hermolaus Barbarus pro ſuo jure.

Malim ego: in his poteſt eſſe coalitus. Horum poteſt eſſe coalitus, coitio, Hæc poſſunt coalere, ſeu coaleſcere & continuari. Horum corporum exitus coaleſcere & uniri poſſunt.

Certitudinariè Bartholus. Verba certitudinariè & deliberatè prolata.

Cum certitudine, conſulto ac cogitato: Cic.

Complex, complices à complico.

Socius ſeu particeps ſceleris conjunctus alij in eodem crimine, inter ſe colligati & impliciti facto aliquo.

Cœlitas Piccolom:

Forma ſeu eſſentia cœli. Vide 1. de cœlo Ariſtotelis context. 92.

Certiorari.

Certiorem fieri, certum reddi.

Litera D.

DAMNIFICO G. Bielis.

Damnificare aliquem Bielis eſt pro alicui eſſe malo, damnum dare vel inferre vel afferre alicui, incommodare alicui, detrimento aliquem afficere. Cave hîc dicas facere damnum. Facere enim damnum & jacturam eſt pati Cicero. Damni facis nihil Cornel. Croc. in Farragine Sordidorum verborum.

Dapinor.

Dapinari eſt Jacobi Spiegelij pro quo dices Dapibus frui, epulari.

De Facto eſſe.

Pro hoc dices de eo quod facti eſt, vel factum eſt. Græci dicunt περὶ τοῦ γενέσθαι cui interdum opponitur περὶ τοῦ δικαίου (de jure.)

Defalcare.

Negotiatorũ verbũ, hoc eſt pro eo uteris deducere vel decidere, ut deducta eſt tertia pars, deductus eſt quadrans. Lucrum ex illius eſt, quàm ut poſſit inde aliquid decidi Eraſ. Rot.

Defloratio.

Wernerus Abbas usus est pro deceptione seu excerptione florum ex patribus Latin. una voce Florilegium Ac Defloratio pro floris ademptione probum est. Deflorare enim pro florem adimere legitur apud Livium & Defloratio virginis usitat: pro imminutione pudoris virginei Græci dicunt διαπαρθενεύειν, quod sonat devirginare.

Degener pro notho.

Degener latinũ quidem, sed nõ rectè dicitur pro notho. Degener enim est qui sui generis moribus non respondet.

Degradari. Degradare.

Sordidum: dices pro eo: de dignitatis seu honoris gradu dejici: tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, est alicubi apud Ciceronem. De gradu deturbare.

Ecclesiasticum est: Deposuit potentes de sede, de gradu, pro dejecit. deturbavit deturbit de solio.

Diffamari pro fama passim celebrari.

Diffamari à latinis ponitur in vitio pro infamari, ut diffamare pro infamare, infamiam alicui conciliare seu inurere violare alicujus famã & existimationem. At laudis est Augustino tractatu 49. in Joh. Diffamatur ubique Christus, id est ejus Evangelium spargitur seu disseminatur ejus fit præconium, nomen & verbum ejus celebratur longè lateq;.

Difficulto. Difficultare. se

Difficultatem affero. Difficilem se præbere, contrà facilem Cic.

Diminutus in naturalitate Schol.

Non satis sanus.

Disciplinaria scientia.

Mathesis, Mathematica.

Disconveniens.

Alienum, non congruens, incommodũ.

Dispenso. Lex moralis à nemine dispensari potest. Dispensare nuptias lege Dei prohibitas.

Dispenso (quo & Zanch. utitur cap. 1. de Sponsa lib.) usitatius, quàm latinius pro Canonis gratiam facio, solvo canonibus, legis gratiam facio, legibus solvo. Sic dispensatio pro relaxatione Juris communis vel utilitatis vel necessitatis causa alicui facta tributáve. Est hæc ἐπιείκεια quædam. Latinis veteribus dispensare (à dispendo) est disponere, distribuere, procurare. Dispensatio est curatio, procuratio, administratio œconomia, Cic: Rabirius curationem & quasi dispensationem regiam suscepit.

Dispensator est negotij curator. Plauto etiam est peni procurator. Olim dispensatores dicebantur, qui æs pensantes seu pensiculantes expendebant, non annumerabant.

Dabile. Quia subjectum non est dabile, nec proprietates sunt. Javell.

Negato subjecto negatur ejus proprietates: Cum subjectum dari seu esse non potest, nec ejus proprietates esse seu dari poterunt. Sic dicunt Reponibile in prædicamento, pro, quod collocari potest in Categoria aliqua. Sed propositio exponibilis pro exponente & propositio convertibilis Logici Scholasticorum ὅροι (termini) sunt, quos non repudio seu moveo.

Degulare patrimonium Exoletum Plaut.

De-

Devotare-abligurire patrimonium durch den halß jagen.

Duplare antiq.

Duplicare, διπλῶν ποιεῖν. Sic triplicare pro triplare.

De se cæca mens Scholast.

Per se cæca mens tenebricosa, cui offusa nox, caligo.

Demeritoriè.

Demeritum, Dionys.Carth. Qui abjicit à se disciplinam infelix est jam miserijs culpæ & demeritis pœnæ æternæ. Idem. corripientur secundum cogitationem suarum demerita.

Difficile hæc verba Scholasticorum concoquere possum, Demeritoriè pro non merendo vel modo nihil merendi. Demeritum pro non meritum. Nam Demereri latinis est merito aliquo alios sibi obligare. Vall. in Randens. Improbaverit igitur hoc Scoti lib. 2. distinct. 37. Peccatum non potest destruere gratiã effectivè sed demeritòrie tantum: etsi sententia sit bona. Hæc ad propinquos etiam licet demeritos, pertinent, dicit Scholastic. D. Cicero dixisset licet non benè meritos. Sic Aldus Pauli filius in de Epistola.

Disciplinario puerorum apud Scholast.

Disciplina puerilis, Disciplina pueritiæ Cic: pro L. Manilia Kinderzucht.

Depositus, depontanus senex

Sexagenarius de ponte dejectus, deturbatus, detrusus. Jurisc.

Deputare pro delegare

Sunt, qui rejiciant deputare pro destinare vel delegare, quòd de puto idem sit, quod reputo, puto, censeo: deputatus ad ignem æternum pro destinatus. ἐγχειρίζω tamen μέρη partes officiariis instrumentis deputatas vertit interpres non barbarus.

Dignificare Sch.

Dignum facere.

Dare opem

Dare opem non dicitur, etiamsi dicatur. Dare alicui operam, einem helffen sed fero opem, fero auxilium.

Dispositionem facere Vulg.

Legare, statuere, decernere & ut vulgus loquitur disponere sive de legatis, & donationibus in testamenti sive de hæreditate Jul. Pacius. Pro disponere literas ad amicum dices curare literas mittendas ad amicum.

Hoc nunquam est de facto.

Quod de facto nunquam est de potentia ordinaria non potest esse G. d. V.

Hoc nunquam fit. Quod nunquam reipsa est, secundum potentiam Dei ordinariam (ut nimirum sunt res à Deo ordinatæ) non potest esse.

Propositio minor est de fide G. de Val.

Est certa ex doctrina fidei, est certa ex fide.

Deponere de officio, de tribu.

Malo movere magistratu, senatu tribu, ordine. Suetonius tamen dixit: Imperio turpiter depositus.

Defaltare verbum negotiatorum,

Decidere, deducere, detrahere, de summa demere, ut deducere tertiam partem. Lucrum exilius est, quàm ut inde possit aliquid decidi.

Divi-

Divisio debet esse διχότομος.

Divisio debet esse διχοτόμος, id est bimembris. At Luna est διχότομος aliquando, id est, in duo divisa, semiplena. D Διχοτόμος activè: διχότομος passivè.

Digestio ciborum pro concoctione.

Digestio in physicis est cibi concocti distractio à nativo calore in totum corpus, ciborum per membra distributio Graece ἀνάδοσις σιτίων. Alexand. Aphrodisæus. Aliud est πέψις, aliud διαφόρησις ἢ διάταξις. Digestio est distributio cibi ordinata, qua unicuiq; particulæ impertitur, quantum ei nutriendæ satis sit. Hanc concoctio antecedit. Itaque Digero propriè loquendo aliud est quàm concoquo, est nimirum ordine, distribuo, divido. Dico disertim propriè loq: Quia Cicero interdum degerere accipere videtur pro concoquere. Ad Atticum Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Et Macrobius. In Ventre fit prima digestio, id est, concoctio. Sumunt autem digerere pro concoquere, quia cibi cōcoctio fit digerendo, id est, mitificando & dividendo cibum ingestum. (Consequens pro Antecedente.)

Dignoro antiquat:

Signum inuro, signum impono, ut fit in pecoribus, denoto, dignosco, Græcè διαγινώσκω.

Dimitto fabulam.

Cornelius Crocus in Augiæ stabulo repurgato putat dimitto fabulam inerudité dici pro missam facio seu omitto. Ceterum apud Ciceronem est: Sed dimittamus fabulas, & non dimittam istam curam. Itaq; non facilè hîc Croco assentior.

Disquiparantia vel æquiparantia relata.

Relata inæqualia vel æqualia: illorum alterum altero est dignius & superius: ut Dominus servus: hæc verò omni ex parte sunt æqualia, ut duo similes. Illa diverso nomine appellantur (præceptor, discipulus) Hæc idem nomen obtinent (duo amici, duo socij.)

Sic pro relatis superpositionis vel suppositionis Scholasticorum dico relata inæqualia.

De viro ad virum, & domo ad domum.

Tu dices viritim, domesticatim, per singulas domos. Sic gregatim, per groges, turmatim, agminatim. Sic prodictare alicui de syllaba ad syllabam; dices per singulas syllabas vel syllibatim. Sic provinciatim.

J. de Daventria.

Johannes de Daventria. Henricus de Hassia, pro Daventriensis, Hassus. Thomas de Aquino pro Aquinàs. Sic Henricus de Gandavo. De Palude, pro Paludanus. Est de illa factione pro ejus factionis seu sectæ verbi gratia, probat κυνισμὸν, id est, Cynicorum rationem & vitam, displicet: similiter hæc. Hoc de formali dicit privationem. Materia non habet de se esse formale, id est, per se. De necessitate verum vel conclusum; pro necessariò seu ἐξ ἀνάγκης. De facili; pro facile. Cocles Cheromantes ait; De facili ad omnia convertibilis seu persuabilis; pro hoc dices, Cui quidvis persuaderi potest, den man überreden kan/daß ein Kuhe Barthel heisse/ qui facile ad quidvis deduci potest. De

quà natione est, pro cujas est. Marcellus à Roma Græcisinus est, ἀπὸ ῥώμης.

Sic Hellenismi sunt Vinum Chio, pro vinum chium, οἶνος χιόθεν. Vinum Lesbo, οἶνος λεσβόθεν, pro vinum Lesbium. Hospes Zacyntho apud Plautum ξένος ζακυνθόθεν pro Zacynthius vel Zazynthiacus.

Defectibilitas.

Potentia deficiendi, ut hominis integri erat defectibilitas, id est, potentia deficiendi à Deo, & amittendi dona. Bonitas hominis ante lapsum erat mutabilis.

Displicentia.

Offensio, molestia, dolor, animi adversatio.

Disfortunium.

Dion. Carthus. Infortunium, δυστύχημα.

Diverbium pro Proverbio.

Diverbium non est proverbium seu adagium, sed memorabilis sententia obiter in fabulari actione adspersa ab histrione, cum proverbium versetur in omnium ferè ore.

Diversifico.

Vario, diversum facio.
Diversificantur inter se opinionibus;
Dissident inter se; inter se discordant. Dion. Carth.

Divitare.

Divitare antiquatum est. Itaq; non verè barbarum. Pro eo dicemus, Divitem facere, ditare, πλουτίζειν, rem alicujus augere, pecuniosum seu nummatum facere; substantiam alicujus amplificare.

Docilis pro διδακτικὸς.

Cocles ita locutus est. Sed docilis est discentis διδακτικὸς est docentis. Ille discendi; hic docendi facultate præditus est.

Dociliter disputat.

Intelligenter disputat. Cicero.

Doctrinalis pro ad discendum aptus.

Cocles dixit, Doctrinali pro eo quis esse aptus ad discendum seu doctrinam percipiendum. Tu dices pro illo. Docilis, εὐμαθὴς, doctrinæ capax, Μαθηματικὸς, cujus abstractum Docilitas.

Docibile Ecclesiasticum.

Pro Docibile dic quod facile discitur, vel quod doctrina comprehendi percipive potest.

Deificari.

In Theologorum Schol. hoc non repudio. Ciceron. pro eo dicerent, Deum fieri, divinissimum fieri, in Deos referri, consecrari, dedicari, Græci dicunt ἀποθεοῦσθαι.

Dementire.

Pro dementio dicimus deliro, destitutus sum mente; mentem amitto: mentem amisi, de sanitate & mente deturbatus sum. Cicero.

Dementare Scholast.

Infatuare, fatuum facere, stultum reddere.

Devotus pro religionem colente, religioso, religionibus dedito.

Devotus, devotè, devotio pro religiosus, pius, sanctus; Religiosè, religio improbantur, ut parum latina. Devotus enim cum dativo est deditus consecratus, dedicatus. Devotio, dedicatio, consecratio. Devoveo est dedico ac usurpatur interdum cum Dativo, interdum sine eo.

Devotare pro ἀναθεῖναι seu voto ab usu nostro separare (nempe cum res vota seu promissa ac reddita ponitur sursum in templo) vel divino cultui addicere; non repudio.

Dicterium pro quovis dicto seu quavis sententia.

Oracula divina non dicuntur dicteria: Dicteria enim sunt scommata, salsè dicta. Aristoteles lib. 2. Rhet. Scomma dicit esse maledictum speciosum seu elegans seu honestum ut vertit Lambinus verba Philosophi εὐσχήμων λοιδορία; sicut & Zuingerus. Josepho Scalig. dicterium propriè verbum Scenicum est. Vide in latino Lexico vocem DICTERIUM, (Mimi scilicet & mimarij scurræ funditabant dicteria) ex authoritate Varronis. Si dicteria erant ante fabulam; dicebantur εἰσόδια: Si in media fabula interponerentur, ἐμβόλα: Si in fine, ἐξόδια. Scribit Scaliger δεικτήριον quod non improbo. Nam sicut à μύστης est μυστήριον à κριτής κριτήριον: sic à δεικτής δεικτήριον. Δεικτής autem est demonstrator à δεικνύω: Et huc facit quantitas vocis. Dicterium enim habet e long:

Dependentia ad aliquid, ad creatorem.

Malo dependentia ab alio. Tanta est dependentia creaturæ à creatore ut illa sine hujus voluntate ne momentum quidem queat subsistere aut durare. Dionys. Carth. in enar. lib. sapientiæ. Dicitur autem rectè σχέσις & ordo ad aliud.

Deordino.

Peccatum deordinat voluntatem, à sanitate magis elongat, dicit Bonaventura. Tu dices: De ordine & norma legis divinæ deducit; facit longius abesse, à sanitate longius dimovet.

Deterioro, Deterioror.

In deterius muto: deterius facio, deterius fio.

Deviare.

Deviare Augustin. & Scolast. est deflectere. Deflectere & declinare de via. Ab eadem sententia non deflectere, non discedere, non abire, non esse diversum.

Demonicus pro Dæmoniacus.

Qui à Dæmone vexatur; à Dæmonio correptus; à malo spiritu vexatus, δαιμονοφόρητος, δαιμονισθείς, qui à Dæmone agitur, Energumenus ab ἐνεργοῦμαι, agitor.

Donec ad reditum tuum.

Ventum ad supremum est, nec jam meliora sequentur.

Donec ad adventum Christe benigne tuum. Barbarum.

L. Donec advenias, usq; dum advenias.

Dominor passivè antiquatum.

O domus Anci quàm dispari domino domnaris.

Versus est Ennij Hexameter litera sindispari liquescente.

Litera E.

ECLIPSABILITAS LUNÆ.

Aptitudo lunæ ad patiendum seu recipiendum obscuratione seu eclipsin. Al: Ecleipsis potentiâ (potentialis) non actu (actualis) ipsa defectio græcis est ἔκλειψις.

Edibile.

Ad vescendum aptum. Cic: poetæ vocant vescum.

Eligibile.

Lambino displicet: placet autem pro eo optabile: Græc. Est αἱρετόν: optare enim est eligere interdum: sed impropriè: dicimus enim eligendi optio, propriè autem optabile Græcis est εὐκτόν

εὔχεσθαι & optare εὐχετὸν periphrasticè eligibile est, quod in electionem cadit, vel sumendum præ aliis.

Elinguatio antiquat:

Elinguatio in desuetudinem venit. Nos dicimus linguæ extractio, privatio, amissio γλωσσοτομία.

Emissititius.

Emissitius ab emissu, ut emptus ab emptu, mulctatitius à mulctatu. Plautus edititius ab editu, fœneratitius, id est fœnore sumtus à fœneratu, circumspectatrix cum emissitiis oculis.

Enihilare.

Pro nihilo habere, contemnere, extenuare, eludere, ut quæstionem aliquam eludere, nō solvere. ἐξουδενόω ἐξουθενίω nihili puto seu facio μηδενὸς λογίζομαι, ἐξουθενίζω, obtero Lucret: & Joh. Campan. Enihilatio argumenti est ἐξουδενισμὸς seu extenuatio alicujus. Julius Firmicus.

Enthymematizo Græcismus.

L, Enthymema facio, enthymemate concludo. Vox est non ab ἐνθυμέω, quæ barbara, sed ἐνθυμέομαι, quæ græca.

Epiniciale carmen Barb.

Epinicium vox latinis elementis donata, in latinitatis familiam recepta. Subst: ἐπινίκιον, carmen ἐπινίκιον: Adjectiv:

Entificari.

Ens fieri, essentiam accipere.

Epicaizare & Epijkizare.

Ἐπιεικεῖν seu æquitatem adhibere.

Epilogare materiam tractatam.

Tu dices. Argumentum tractatum ἐπιλογίζειν contrahere & concludere.

Epitomare Epitomator.

Brevius facere, breve facere, in arctum colligere. Epitomicus: ut Epitomicus Oecumenij (vel etiam abbreviator) est Theophylactus. Utitur tamen illo Hotomannus in præfatione de re nummaria, Furmann. præter illos etiam alij epitomatores docti & laboriosi. Ἐπιτομὴ est breviarium (qua voce usus est Tranquillus) compendium.

Etsi pro quamvis. proletarij cujusdam scriptoris.

Si ad me venisses, etsi magno comitatu, te liberaliter accepissem. Dic. quāvis: sic Cicero. lib. 7. Epist. Eph. 3. Qui sime audivissent, quamvis iniqua pace honestè tàm viverent. Feram licet insolentem, quamvis toleratu difficilem, δύσκολον.

Eunuchare Antiquatum.

Castrare εὐνουχίζειν, eunuchum facere.

Eunuchatus.

Eviratus, cui sunt amputata virilia: sed eviratus etiam significat mollem & effæminatum hominem.

Exacuitio.

Exacutio: supinum enim verbi acuo non est acuitum.

Exceptuare. Ph. Decius J.C.

Quædā exceptuantur: pro, Quædā exceptionibus caventur, quarū formulæ sunt, Extrà quàm si, excepto si &c. Exceptitium, pro eo quod est, Quod excipitur, latinum est.

Extarit pro extiterit.

Versor vaticinii Sibyllæ, At postquam toto signū hoc extarit in orbe. Geminum hujus præstasti pro præstitisti.

Exem-

Exemplatum.

Alexander: Rectitudo civitatis exemplata est à cœlesti: tu dices, cœlestis civitas est, exemplar rectitudinis civitatis mundanæ.

Exemplare.

Augustinus ita locutus est, pro παραδειγματίσαι Matth. cap. 5. id est, curare, ut exemplum esset omnibus luendo supplicium (sic Terentius in Adelph. Act. 1. scen. 1. si meus esses (syre serve) exemplum curarem ut esses, i. e. est curarem te afficiendum supplicio omnibus in exemplum) vel infamiæ ignominiæq; exponere.

Exemplari.

Exemplum fieri, παραδειγματίζεσθαι, infamem fieri, infamiæ exponi.

Exhonorare, inhonorare.

In ecclesi. versione legitur. Tu dices ignominia afficere, honore privare seu exuere, dehonestare, honorem non habere, non tribuere alicui.

Expergiscendas esse animas mortuorum quæ nunc dormiant in novissimo die quidam opinatur.

Barbara locutio: Tu dices. Sunt qui dormitabundi somnient mortuorum animas sine intelligentia dormire ad ultimum judicij diem usq;, eo verò à somno suo illas expergefactum iri.

Experimentatum.

Absoni voce ita loquuntur, experimentata hæc sunt, pro experientia probata, spectataq; seu cognita, tentata.

Ex tunc.

Dicunt Barbari ex tunc: pro quo dices ex eo, vel illo tempore, vel ab eo tempore: Etsi Græci dicant ἀπὸ τότε: qui pro eodem etiam dicunt ἀπ' ἐκείνου (ex illo) sic græci dicunt ἀπὸ τοῦ νῦν, quod Barbari verterunt ex nunc, pro quo dices: ex hoc tempore, sicut pro ἀπ' οὐρανόθεν dicitur cœlitus, de cœlo, ex cœlo, superne & è supernis.

Exsuperabundanti.

Ἐκ τοῦ πλεονάζοντος ab vel ex eo, quod sæpius fit seu ut plurimùm. Cùm plerunq; honestè sentirent, dicerent, agerent, ἐκ τοῦ πλεονάζοντος viri sapientes & boni habiti ac appellati fuerunt, quamvis alicubi errarent, atq; ab officio nonnihil deflecterent. Hieron. Wol. 1. off. Cic.

Extractum breve.

Summarium Seneca. Epitome, Kurtzer außzug etlicher dinge.

Novit Dominus eos qui sunt ejus, novit qui sint ejus. Dionys.

Novit Dominus qui sint sui Sebast. Castellio. Novit Dominus eos qui sunt sui ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ 2. ad Timotheum 2.

Eminus est, pro in loco remoto est.

Eminus significat è loco remoto, ut eminus jacula mittere von wettem/ Eminus videt.

E contra.

Et contrà, è contrario, contrà.

Ercisci antiquatum a quo arbitrium erciscundæ familiæ apud J. C.

Partiri, dividere. Vox illa est ab erctū & citū. Erctum à coercendo: Citum id est, vocatum à ciendo. Erctum citumque fit inter consortes, M. Verr. Flacc. At tolle inquit Joseph. Scalig. copulam Que. Nam Erctum citum est hæreditas divisa. Erctum dici potest, quia cum hæreditas divisa est alterius ab

ab alterius parte arcetur. Vide Cic. in 1. de orat:

Erctum, ciendum, antiquatum.

Hæreditas dividunda. Joseph. Scalig. in sext. Pompeij fest. lib. de verb. sign.

Elucus antiquat:

Hesterno vino languens vel semisomnis allucinator seu hallucinator, vel ἐωλοκρασία id est, temulentia pridiana & ex ea gravedo. (Sic accepit Tertullianus in libro de corona cum ait. Ab eluco defensare.) Vel tarditas animi & stupor qui hallucinantibus plerunq; usu venit. Gell lib. 16. cap. 12.

Elementatio Theorica Procli.

Rudimenta Theorica. Prima institutio, στοιχείωσις

EXORBITANS LINGUÂ.

Ciceronianũ: Præceps & devius linguâ. Theologorum vox est exorbitare pro exorbita discedere, de recta via deflectere. Metaphora sumpta à vestigio currentis rotæ.

Tu VALES emendare. Ego non potui emendare.

Tibi in manu est ne fiat, Terent. Mihi in manu non fuit ne fieret.

Evulsi præteritum.

Adriani Cardinalis judicium hoc est: Evello in præterito apud bonos authores evelli facit, non evulsi, ut aliqui recentiores voluerunt.

Ea.

Apud Piccol. & Pererium invenias Ea redundare. Ne hoc imiteris. Pererius lib. 11. de loco cap. ultimo; Atq; hoc probamus cum aliis argumentis tum ea ratione ducente ad impossibile, quia si fieret &c: dicendum erat, Tum ratione ducẽte &c: Piccol. grad. septim. Philos. Moral. cap. 7. Ex cognitione quæ sensuum est oritur amicitia in sensuum appetente facultate collocata, qualis est ea ferarum & jumentorum in quibus amicitiæ umbræ obscuræ apparent. Ea redundat. Piccol. de prima materia, lib. 3. cap. 17. Ut se habet unitas generis & speciei ad suum principium: ita unitas numeri ad suum; at unitas generis & speciei formam sequitur: quare & ea numeri. Idem. Materia prima ab ea mortalium distinguitur, pro ab ea, quæ caducorum est. Vel hîc tolle Ea. Ejusdem farinæ est hoc ejusdem. Actio interna non externa, qualis est ea artium: pro qualis est artium: seu qualis est ea quæ artium est.

Gratiari ab aliquo.

Haymo Episcopus in explicatione cap. 4. ad Romanos: Non operantib. si damus aliquod beneficium non est merces sed gratia, ideoq; gratiamur ab illis. Pro hoc dicito: Ideoq; illi gratias nobis agunt; habetur vel refertur nobis ab illis gratia.

Gratiosus princeps ἐνεργητικῶς acceptum. Multi dicunt: Gratiosissimus meus Dominus, pro Clementissimus. Propriè autem gratiosus est, qui valet gratia apud aliquem, qui alicui valdè gratus & acceptus est. Ave gratiosa.

Litera F.

FACERE BARBAM.

Facere barbam Galli dicunt pro tondere aut radere barbam.

Facere pœnitentiam.

Facere pœnitentiam est phrasis quorundam Scholasticorum & Ecclesiasticorum

rum scriptorum. In hoc seculo pœnitentiam facientibus Dei misericordia subvenit: In futuro auté pœnitentia non proficit (id est non prodest) In hac vita tantum pœnitentiæ patet libertas; post mortem nulla correctionis est licentia. August. sermone 66. Classici authores (ut loquitur Gellius), seu primæ notæ scriptores sic loquuntur Corrigentib. peccata seu lapsus pœnitendo, Cicero Pœnitentib. peccati: Resipiscentib. seu corrigentibus se: Castellio. Pœnitentiam agentibus: alij multi.

Facialiter notus.

Facialiter est opicum: Tu dices, De facie notus.

Falsifico.

Malim, etsi non sit Barbarum, adultero. Jurisconsultus dicit, Falso.

Felicitare.

Felicitatem dare Cicero: Prosperare Livij & Taciti est.

Festivare, Festare.

Festum seu feriatum diem agere, feriari, ferias habere.

Fidatus nuntius.

Fidus nuncius seu fidelis, certus homo.

Fiducialiter dico.

Dico asseverantius, audacter, confidenter, fidenter confirmo; omni asseveratione affirmo. Cic.

Firmus pro invulnerabili.

Tela excipiens sed vulnera non excipiens, der Veste ist. Cui tergus est impenetrabile: in quem penetrare non potest telum, qui ferro impenetrabilis est, ut loquitur Livius.

Flebilis de potentia.

Barbarum est, Flebilis pro apto nato ad flendum, ad fletum, Flebilis enim (sic & lacrymabilis) est qui dignus est ut defleatur, qui lacrymas commovet.

Fontaliter erat vita in Filio.

In Filio Dei erat vita tanquam in fonte: Filius Dei erat vita, fons vitæ, tribuens omnib. credentib. vitam. Adverbio g. illo Modus essendi significatur.

Fortesco.

Fortesco pro fortis fio, antiquatum est ut & activum fortifico.

Frustraneitas.

Tu dices ματαιότης, vanitas.

Futuritio effectus seu eventus.

Necessarium vel necessitas rerum futurarum ex suppositione futuritionis, barbarum. Greg. de Val.

Lat: Futura productio, futurus ortus, futura præstatio eventus seu effecti, futura rei in actum deductio. Hypothesis futuri eventus propositionis de futuro.

Fraternizo.

Illiberale hoc, pro fratrem imitor. Sic fraternizat quæstio hæc cum illa; pro Hujus quæstionis cum illa est germanitas, fraternitas ἀδελφότης: quæstio hæc est illi germana, cognata, gemina.

Fœtunticeta. Hermol. Barbari in 2. de Anima.

Narib. fœtunticeta quib. insuevêre non olent.

Lat. Loca fœtida.

Foraminulentum.

Factitium Hermolai in 2. posteriorum Paraph. c. 14. Quamobrem de laterna egre-

egreditur lumen quia necesse est, ut quod foraminulentū est, quale cornu laternæ esse videtur, perviū lumini sit, pro quod ampliusculos habet meatus: his enim verbis interpretatur seipsum.

Secundum famositatem hic terminus accipitur.

Pro eo quod est secundum famosiorem significationem, usitatius, vulgatiori significatu, pervulgata significatione, celebratiore magis, frequentataq; significatione.

Feudum.

Jurisconsultis tritum, quod abrogari non potest. Budæo pro eo placet prædium beneficiarium.

Frangibilius Dionys. Carthus.

Fragilius.

Festivitas pro festo seu feriato die.

E recentiorib. quidam ut Johannes Serranus in versione Platonis pro feriato die accipit. Ludicrorum spectaculorum festivitates pro feriis. Sic hodiè dicunt multi, festivitas Philosophica, nuptialis: sed veterib. est lepor & jucunditas vel concinnitudo in oratione & aliis.

Facierum acceptio. facies accipere Græcismus.

Prosopolepsia, personarum discrimen Valerio Maximo. Habere respectum ad personas Cicer: habere respectum personarum, idem.

Filare.

Monachus Circulator.

Si mulier filas si fortè cadat tibi fusus.
Quando te flectis fac sit cul⁹ tibi clausus

L. lanificia in fila tenuare, fila ducere vel deducere interveniente fuso, qui fila quasi fundit.

Fameo, famesco, famelicus.

Hæc sunt antiquata, pro quib. dices e surio, frequenter fame laborans.

Famigero, Famigeratus, Famigeratio.

Antiquata sunt & quidem Plautina pro Fama celebro, divulgo. Famâ celebratus, seu nobilitatus, clarus, nobilis, famâ celeber, de quo fama sparsa est, de quo celebris fama est; qui in ore multorum viget: qui est in magno nomine. Divulgatio, prædicatio. Sic famigerabile pro divulgandum. Pro famigeratissimū dic sermonem omnium celebratissimum. Pro Famosus in bonam partem accepto malo, de quo celebris fama est: Famosus enim est infamis.

Foriolus.

Antiquatum pro eo quod ventrem habet solutum. Foria enim dixerunt stercora liquidiora quod facile ferantur. Perottus: unde & fecerunt conforire pro stercore liquido fœdare seu inquinare.

Fulminatus.

De cœlo ictus, percussus, tactus, ictus è cœlo. Tactus de cœlo: sic pro fulminare Hadrianus Cardinal: De cœlo tangere.

Facere alicui locum.

Date mihi locum ubi accumbam. Sic Plaut. Date mihi viam, quâ fugere liceat.

Facere reverentiam.

Habere honorem, honore afficere, aperire caput.

Litera G.

GRATANTER.

GRatanter patientèr & amorosè correptionem recipere, Dion. Carth. Grato, æquo, placido animo ferre.

Gra-

Gratians.

Gratia gratians. Dion. Carthusianus pro gratia increata gratiæ creatæ efficiens.

Gratia boni.

M. Ficin. in Divin. nominibus: Gratiâ boni, Tu dices boni gratia. Gratia visitandi eos. Causa discendi venire, Haymo. Sic Haymo Episc. Abstinere ad tẽpus à coitu causa religionis, pro religionis causa, causâ nostrâ. Sic Cicero: Laborare amici causâ. In versione Castellionis cap. 16. ad Rom. Quæ multum causâ nostrâ laboravit. Tu dices nostrâ causâ, vel in causa nostra: vel de causa nostra. Hermolaus Barb. in 1. de Anima cap. 16. Paraphrasi: Gratia claritatis repetere. Et in 2. phys. parap. Gratia alterius, pro alterius gratia. Et in 2. poster: Natura gratia finis molitur. Et Scheckius sæpè gratia cujus pro cujus gratia.

Attamen hoc probum est. Nunc de septis quæ tutandi causa fundi aut partis fiant dicam. Hic τὸ causa interjicitur inter gerundium & substantivum. Sic rectè dicitur: Magnam partem amputavi evitandi causa fastidij. Primum exemplum est apud M. Varronem lib. 1. Rei rusticæ cap. 14. Doctores Ecclesiastici & Scholastici hìc sunt liberiores.

Gratificabile.

Scoti est, pro eo quod est gratiæ susceptibile.

Grosso modo definiri.

Pro crasso modo, populariter, crassè, & ad sensum vulgi accommodatè definiri. Oppositum, subtilius & enucleatius. Grossus significat ficum immaturum.

Gyrovagatio.

Usus est Dionys. Carthus. in enarrat. Ecclesiast. Hybrida est pro: pro circumcirca vagatio: Circumvagatio. Oberratio. Gyrovaga pro vagabunda.

Gratis hoc dicit.

Dicit hoc sine ratione sine causa temerè. Ad id quod vult nullam ratiocinationem, nullum argumentum adjungit. Non constat ei suæ sententiæ ratio.

Litera H.

HABITUATUS. HABITUATUM: Vitia habituata.

B. In bonis magis habituatus: L. bonis perfectioribus præditus seu ornatus. Quod altissimas in animis radices fixit, quod penitus insidet.

Vitia quæ fixas in animis radices egerunt, altissimas radices in animis fixerunt. Solent & dici radicata.

Hæcceitas. Scoti.

Differentia, qua differt individuum ab individuo seu singulare à singulari. Differentia individualis vocatur à Zabarella, & singularitatis principium.

Sua propria hæccitate individuari. Barb.

L. Fieri Hoc seipso.

Horripilatio.

Motus, quo inhorrescunt pili.

Horæ, Horarum codex.

Preces horariæ, Codex precum horariarum. Vulg. Breviarium.

Hæreditare Virtutem patris.

L. Virtutem patris hæreditate possidere.

Heremitorium.

Usus est Jacob. Wimpfelingus Sletstatinus in Raban. de S. Cruce pro mona-

 he-

sterio. At nec heremus dicitur, sed ἐρημ☉, nec eremitorium.

Hypostatizatum, Hypostatissatum, suppositatum.

Scholast: De carne assumpta à verbo divino quæ propriam nunquam habuit aut habitura est subsistentiam personalem, dicunt; suppositata, hypostatissata, pro eo quod est; Personata, personaliter sustentata, h.e. sustentificata. Suppositare hìc iisdem est familiare pro eo, quod est personalitatem tribuere ei, quod propria personalitate seu subsistentia destitutum est. Sic loquuntur ἀξιωματικῶς: Suppositare alienam naturam est proprium Infiniti: pro eo nos dicemus: Ut aliquid non habeat, vel ut amittat suum naturalem & proprium modum τοῦ εἶναι, & alienum pro eo accipiat & quasi induat, non nisi auctor naturæ Deus facere potest.

Hoc pro huic, illud pro illi, non sum hoc solvendo.

Inter solœcismos hoc deputo: Nam gerundium in Do non est dativi: sed ablativi casus. Itaq; sic loquendum est.

Non sum huic solvendo: Non sum idoneus ad hoc solvendum. At enim inquis: Erasm. Rotrodamus in Paraph. in Elegantias Laurentij Vallæ inquit Gerundia habere omnes casus ac genera. Respondeo eum intelligere per gerundia gerundiva seu participialia nomina.

Hospitare.

Hospitio accipere, hospitè accipere. At hospitari, verbum ἀποθετικὸν, probum, est, pro divertere ad hospitem.

Homelia.

Multi Theologi sic pro Homilia ὁμιλία, sicut multi hodiè Philosophi scribunt stratagema pro strategema. Homiliam autem Theologi solent vocare sermonem, id est, concionem.

Helmvaripha.

Helmvaripha barbara vox est nempe Arabica pro quadrangulo maximè ἀνωμάλῳ. i. irregulari seu inæquali, quod vel duos obtusos obtinet angulos & duos acutos & rectos duos, unum obtusum & unum acutum.

Impossibile est Helmvaripham aut tres rectos aut tres obtusos angulos habere.

Litera I.

ICIENS.

Ciens ictus est, Junius in Adag. Græcè βέβληται βαλὼν, pro, percutiens percussus est. Icire non memini me legere: Icienda fœdera legitur apud Scal. ex. 129. pro ferienda vel icenda.

Ictu oculi; in einem augenblick.

Momento temporis, jactu oculi, ῥιπῇ à verbo ῥίπτειν, id est, projicere: Utitur hac voce Apostolus in 1. Cor. 15. v. 52. dicitur & nictu oculi, à prisco niveo.

Ideales rationes.

Exemplares rationes. Idæa non dicitur. Idealis à Græco ἰδέα habet terminationem latinam. Scholasticis tritum.

Identica sunt.

Idem significant, seu idem sunt. Cic. Hæc duo verba inter se discrepant, re idem sonant.

Identificari alii.

Identificari alii est cum alio idem esse, seu unum fieri, quod nondum erat. Scal. Ratio Identificationis (cogor enim sic inter nos balbos.)

Idololatrix. Prudentius.

Idolorum cultrix.

Idololatrare. apud Servetum.

Gr: εἰδωλολάτρην εἶναι: Lat. idola seu simulacra colere.

Idoneissimus: naturalissimus ad rem.

Naturâ aptissimus ad omnes virtutes, εὐφυέστατος πρὸς ἁπάσας ἀρετάς.

Incomponibilia, incompatibilia componere.

Ἀσύστατα unà componere, Sententiam in commodo seu absurdo involvere, monstrum inducere, ἀδύνατα componere, contraria unà commiscere. Vide incompossibilia.

Idoneitas.

ἡ μιμητικόν. dices: ἀνεπιτηδειότης.

Imaginaria facultas.

Τὸ φανταστικὸν, facultas effectrix visorum, imaginandi vis, quæ imagines recipit, asservat, superioribus facultatibus repræsentat. Imaginarium enim passivè significat. Pro imaginari pass. dices imaginatione concipi.

Imaginata sine materia.

Sequestrata & præcisa à materia cogitatione. Herm. Barb.

Immultiplicabile numeraliter, seu numericè.

Quod multiplicari nequit per individua, quod non potest habere multa singularia, atq; ita est incommunicabile. Sic multiplicari numeraliter est habere multa individua.

Immemorialis res gesta.

Res gesta, ab nostræ ætatis memoriâ remota. Cic. in Rhet.

Impertile: impers. Herm. Barb.

Non habens partes, individuum, ἀμέριστον, insectile, insecabile; Tempus non est impers: Herm. id est, sine partibus.

Spacium impercursile.

Quod percurri nequit, quod finis expers est.

Importantia.

Hæc quæstio est magnæ importantiæ. Francisc. de Mayron. in Prisciano vapulante Nicodemi Fischlini, id est, non est de nihilo, est magni momenti, non est de lana caprina.

Improhibitè.

Nemine prohibente, impediente, ἀκωλύτως, unverhindert.

Impurare. (Sic impurari.)

Antiquatum est (apud Terent. legitur impuratus) nunc dicimus, impurum reddere, inquinare.

Inadvertentia: advertentia.

Inadvertentia Barbarum esse puto, quo tamen utitur Zabarella: pro eo dic Inconsiderantia cum Cicerone. Tritius illo est Incogitantia, quod non displicet, etsi apud Ciceronem non inveniatur. Cicero enim non est unus Canon Latinitatis. Pro advertentia dices cautio vel observatio.

Inauxiliatus. Dionys. Carthus.

Auxilio destitutus.

Incidentalis quæstio.

Controversia hæc non est principalis seu princeps, sed ἐπιγινομένη seu accessoria.

Incidenter: transeunter.

Obiter, in transcursu, quasi præter institutum seu propositum, præter rem seu causam, aliud agendo.

Digitized by Google

Ingloriatio.

Verecundia est timor ingloriationis. Dionys. Carthus.

L. Verecundia est timor seu met⁹ incurrendi in aliquid turpe vel indecens.

Inclinata est naturâ eò, ut se salvet.

Locutio hæc est Barbarorum: Tu dices cum Cic. 4. de fin. Omnis natura esse vult conservatrix sui, ut & salva sit, & in genere conservetur suo. Etsi animus inclinatus, pro; propensus, & inclinatior ad pacem, pro, magis propensus seu proclivior, Ciceronianum sit.

Incompossibilia.

L. Inconciliatè pugnantia: quæ simul esse non possunt ἀσυνάπτα.

Inconvenit.

Non est conveniens: non est congruens.

Inconfusibilis.

NON-IMPUDORATUS & INCONFUSIBILIS barbara sunt, pro: qui non pudefit, qui non erubescit, impudens 2. ad Tim. 2. ἀνεπαίσχυντος, à verb. ἀνεπαισχύνομαι.

Indeterminatus.

Sic loquitur doctissimus quidam Philosophus: Indeterminatus est hîc Aristoteles, pro eo, quod est, Aristoteles hoc reliquit in medio, nihil explicavit, fuit Academicus, non tradidit hîc certum dogma: disputavit non δογματικῶς sed πειραστικῶς.

Indisciplinabile.

Quod non potest accipere leges disciplinæ, quod non est capax disciplinæ.

Indisciplinatus: Os indisciplinatum.

Incastigatus, ἀκόλαστος, ferox, contumax, incompositus. Scurrilis turpisque sermo; Effrene os: quibus hoc est, iidem ἀθυρόστομοι, & ἀθυρόγλωττοι.

Indisciplinatì est omnium quærere causam. Biel.

L. ἀπαιδεύτου, rudis doctrinæ, dicendum erat.

Infinitare rem.

Rem in infinitum extrahere, infinitam facere.

Infrunitus Seneca lib. 3. de benefic. & vetus versio bibl. sacrorum Animo irreverenti & infrunito ne tradas me Domine cap. 23. sapientia.

Ἀπειρόκαλος honesti expers, qui est animo impudenti. Dionysius Carthusianus interpretatur hominem improbum & insipientem, qui nec seni nec sacerdoti, nec majori honorem habet. Seneca sumsit pro homine nullius fructus seu usus. Vox est a fruniscor, quod est a fruor.

Influenda species.

Sic loquitur Cajetanus barbarè: Lat. quæ influere debet, seu illabi.

Influere vim vitæ.

Sic Scholastici: pro infundere. Cyrilli verba sic versa sunt: Influit Deus oblatis vim vitæ, convertens ea in veritatem propriæ carnis, ut corpus vitæ quasi semen inveniatur in nobis. Ita Bellarminus legitt. Alij legunt impluit. Dialog. 1. Leonis Johan. Carol. Mars furentem effrenatam & indomitam libidinem influere existimatur, id est, immittere.

Influxum; Species influxa à Deo.

Species quæ influxerunt à Deo, seu, quæ illapsæ sunt divinitus.

Infrigido.

Refrigero.

Ingrossare, ingrossantia.

Facere, ut omnes partes penitùs cohæreant;

condensare, facere continuum seu crassum.

Inhabilito.

Inhabilem facio, inhabilem seu minus habilem reddo.

Inintelligibile. Hermol.

Qued ne in captum quidem mentis cadit.

Injuriari ab aliquo.

Injuria affici ab aliquo, κακῶς πάσχειν ἀπὸ τινος.

Injuriatio mutua.

Ultro citroque probrorum objectio. Plauto Velitatio, ab exemplo seu similitudine velitaris pugnæ. Nescio, quid velitati estis inter vos.

Innaturale esse videtur.

Non videtur mihi per naturam fieri posse: Abhorrens est naturà, vel natura ab eo abhorret.

Inora.

ἄστομα, ore carentia.

Ens in fieri.

ἐν δυνάμει: Ens imperfectum. Al: ens in via, res quæ est in motu.

Inconveniens.

Sunt qui rejiciant pro incommodo, absurdo, inconvenienti.

Inanimatum.

G. Fabricius. Inanimum (ἄψυχον) probat. Ego inanimatum non tollo.

Inhonorativum.

Dionys. Carthus. *Peccata sunt Dei inhohonorativa & offensiva, & proximi scandalizativa.*

Lat. Dei majestatem offendunt., quasi ignominià afficiunt, exemplo nocent; offensioni sunt aliis, ut Cicero loquitur.

Indisciplinatus.

Sic Barbari philosophi & Logici ἀπαιδεύτω vocant, id est, eum qui non novit τρόπον παιδείας.

Ignis calefacit, cur? Quia habet calorem. Cur autem calor calefacit. Alia ratio non est, quam quod calor est calor (id est talis ejus natura est) Indisciplinati autem est quærere causam ubi non est causa. Gabriel Biel. lib. 1. dist. 41. Ut quærere causam voluntatis divinæ, quæ est sui ipsius regula. Ejus causa si quæritur non invenitur. Ait August. de civitate Dei.

2. Barbari Ethici ità vocant hominem excutientem disciplinam ungezogen.

Indisciplinatè edere unfletig essen/ Dionys. à Richel. in enarr. in Evangelist. Lucæ pro indecorè, præter decorum.

Itinerare, itinerari, itineratio, parva. Dionys. Carth.

Iter facere, iter aliquo habere, in viam se dare ingredi iter.

Illucet Sol malos juxtà ac bonos Aργχὥσμὸς.

Sol irradiat etiam malos, radios lucis suæ spargit etiam in malos, illucet etiam in malos.

In infinitum Græcismus.

Lat: infinitè, εἰς ἄπειρον, sed græcismus à Philosophis receptus est.

Intermediare.

Intercedere, interesse, interponi. Verba passiva regunt ablativũ mediante præpositione pro intercedente, interveniente.

Inordinatio.

Tu dices ordinis perturbatio vel turbatio, seu perversitas aut inversio, ordinis desertio, confusio, ut loquitur Cicero: Indiscreta confusio. INORDINATÈ tamen Latinum est, Ciceronis & Quintiliani: ἀτάκτως græcè. Aliâs etiam Passim.

Intellectus noster quodam modo spiritualizat. Mercatus.

Intellectus est operatio spiritualis: intellectus est spiritualis natura, quia abstrahit à loco, à tempore, à corruptibilitate, deniq; ab omnibus accidentibus sensibilibus, & nudam rei naturam καθόλου contemplatur, Ut Dei potentia est infinita, non coarctata ad certum aliquod hoc vel illud effectum: Sic intellectus noster quodammodò illimitatus est, non coarctatus ad corpus.

Intendo disputare.

Disputabo, disputare constitui, id est, animo vel in animo destinavi.

Intensio animi ad aliquid, ad literam.

Intentio animi ad aliquid: Intentus animus ad aliquid. Cic. Plerumq; dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. Dictum egregium Gregorij est in sermone quodam: Attamen si lectio vera est, mens in imagines intensa est (id est, intenta est) apud Cic. de natur. Deorum, Intensio, pro intentio animi repudiari non potest, dicivé barbariusculum. Sed hoc in medio relinquo, etsi mihi magis placet Intentio, ut usitatissimum.

Interitus passivè, antiquatum.

Interfectus, eversus.

Interpunctuatum.

Distinctum punctis: interpunctum.

Liber intitulatus sphæra civ:

Liber inscriptus Sphæra Civitatis.

Intrinsecus sensus.

Internus sensus: Hermolaus vocat Familiarem, qui interno motu tanquam e domo promptus absolvitur: qualis, cum simulacris, quæ intra nos habentur, movemur.

Opponitur ei externus, quem vocat peregrinum, quòd extrinsecùs invehatur.

Invinius.

Invinius, pro Abstemio, Asini Apulejani est: Sic enim inquit: Neq; ullum animal, neq; invinius essem. (id est, sine vino.) Vox nova asino maximè congruens Apuleij, ut, rudere interdum maluerit, quam loqui pro natura sua. Hunc asinum cave imitere.

Vestræ ipsius saluti consulite.

Solœcism: pro, Vestræ ipsorum saluti studete, consulite.

Irrationabile animal.

L. Rationis expers, mente ac ratione vacuum.

Imbecillimus.

Quidam è recentioribus usu est pro imbecillissimus vel maximè imbecillis. Sic Lau:

Valla pro Docilissimus accipit docilimus: sed non occurrit mihi quisquam è veterib. qui gradu hoc usus sit. In re dubia g. malo, valdè seu maximè docilis: aptissimus ad disciplinam: cum primis docilis ad disciplinam hanc, ut Cicero loquitur.

Inspectrices libri.

Barbarè sic loquutus est Piccolomineus in libro de prima Materia. Nos dicimus, Libri Theorici: Contemplativi. Non dicitur Liber inspectrix: Non dicitur aliquis inspectrix, sed inspector. Inspectrix Philosophia Piccolomineo est ph:. contemplans seu contemplatrix.

Inconvenit: Non inconvenit.

Non convenit: non est conveniens. Non est incongruum.

Insolescere, pro efferri animo.

Vet: Insolenté fieri, ὑπερφρονεῖν, Insolēter se

se efferre. Utuntur tamen Possclius & Serranus insolesco. Qui Aristoteleorum nomine insolescentes Platonem putidis calumniis traducunt.

Ignoscıturum.

Ignoturum: Nam participium in Rus est à supino non à secunda præsentis thematis.

Insistere pro inesse apud Bielem & Scotum. Virtus insistens (cui opp assistens.)

Barbarum est insistere pro inesse, inhærere, esse in, ἐνυπάρχειν.

Incubare ova. Bovillus.

Dicendum incubare ovis. Sicut dicitur Avarus congerendis nummis inhiat.

Infinitiloquentia.

Infinitas sermonis. ἀπεραντολογία, cum sermo non potest reperire exitum: cum non est desinendi modus. Wenn einer das ende nicht finden kan. Opponitur ei τὸ μέτριον λόγου.

Imbrachiare.

Amplexari, Complecti brachiis, Inbrachia suscipere, in ulnas recipere, seu sumere, in ulnis ponere, In arm nemē.

Marci 9. ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ id est, eum amplexatus, intellige puerulum.

Inaltare. vers. Ecclesiastica.

In altum tollere, efferre, extollere.

Inegressibiliter.

Vers. Ecclesiastic. Sapientia è patre inegressibiliter nascens. Tolerabile hoc quidem: sed elegantius Græci ἀμεταβάτως Scholast. per modum immanentiæ, non transitionis.

Improperium.

Convitiatio. Contumelia.

Improbrare obsolotum: Sic & improperare.

Ut Plaut' dixit improbrare pro eo quod nunc dicitur probro afficere. Sic & improperare quo usus est Haymo Episcopus Halberstad. & alij scriptores Ecclesiastici (Haymo in argumēto Epistolæ ad Romanos: Gentiles seu Ethnici præferebant se Judæis improperantes eis mortem filij Dei) pro eo quod est. Aliquid objicio, ut crimen, ich verweyse. Sed hæc ab usu remota nunc sunt. Exoleta dicimus.

Infrangibile argumentum:

Quod infringi nequit, infractu ἀδύνατον. Infractio a Cicerone accipitur affirmatè. Infractus animus, id est, fractus, valde fractus: Vires infractæ, id est, valde fractæ. Georgio Fabritio 12. Æneidos poeta videtur accepisse infractus negatè. Pro non fractus: Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt.

In esse gratiæ permanere. Dionys. Carthus.

In statu gratiæ, in gratia.

Inimicari.

Inimicari pro inimicum esse, abalienare se ab alio nō est barbarum. Cicero enim eo usus est semel. Sed hodie ferè in usu non est.

Impassionatum.

Ἀπαθὴς. quod est expers passionis, Sic dicit Physicus, Anima etsi per se ponatur ἀπαθὴς; non tamen exercere suas actiones organicas in corpore potest, organis (ut spiritu, celebro, temperamento) affectis seu malè habentibus.

Individuare, individuatio.

Individuum constituere, Singularis constitutio.

Inve-

Invehere in aliquem
pro
Maledictis aliquem aggredi.

Scripsit quidem è recentiorib. Philosophis quidam non loquens inquinatè & sordidè in epistola quam præmisit cuidam suæ epitomæ, *In reliquos libros Aristotelis invehere,* (pro invehi, seu insolentius volitare); sed hujus locutionis exemplum ex vetere aliquo autore probato desidero. Object. At Amb. Calepin. hæc habet, Invehor deponens verbum est velut asperis acerbisvé dictis in aliquem feror, Ich fahre an einen mit scheltung vnd rauhen worten. In eadem significatione interdum legimus inveho, ut apud Ciceronem 3. Philip. Quum ille in me absentem invehens &c. id est, absenti maledicens. ℞. Hæc autem ratio nulla est: Nam & Deponentia verba habent participium in Ns, ut sequor sequens, insector insectans. Rectè igitur M. Nizolius verbo *Invehor* hoc *Ciceronis* exemplum adscripsit, Cæsar apertè in te invehens.

In plus.

Principiū in plus est quàm causa. Græcismus. Græci ἐπὶ πλεῖον ἐστὶ, ad plura se extendit, latius patet, Plus est.

Inveniale.

Peccatum omni spe veniæ destitutum. Vulgò irremissibile.

Litera L.

LIBENTER TRIBUTUM EXPERTIbus animi pro ferè, fermè, ut plurimùm, facilè.

Voluptatem magnā libenter sequitur fastidium, Nach lust folgt gerne vnlust. Libenter famem sequitur pestis, Nach thewrung stirbts gern/ dicunt indocti. Ceterùm Latini: post famem plerunque pestis. Famem solet comitari pestis; Facilè sequitur pestilentia. Voluptatem magnam sequi solet fastidium. Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est 3. de oratore Germanis: Libenter plueret, dicunt, Es wolte gern regnen pro quo dices, cœlum parturit pluviam. Libenter enim debet tribui iis, quibus est animus & voluntas, libenter hoc est libenti animo. Cicero.

Liber memorialis.

Pro hoc dicendum, Commentarium, vel periphrasticè, liber ad subsidium memoriæ comparatus, in quo rerum capita notantur: Liber fidus memoriæ administer.

Lassesio, Elassesio, prorsus illiberalia.

Lassesco, delassor, lassitudine deficio.

Homo linguatus.

In Ecclesiast. vers. legitur. Tu dices, Homo verbosus. Hebræi dicunt Vir linguæ, quem Conradus Pellicanus, in paraphrasi vocat Linguosum: Sic vir rixarum pro rixoso. Gellius lib. 1. c. 15. vocat Linguacem.

Longicolum, Macrocollum.

Longicolum est vox hybrida, ex Latino & Græco. In macrocollum redundat alterum L. Tu igitur dices Mácrocolum, German. Regal Pappier. Sic habet Lexicon Græcum: τὰ μακρόκολα sunt majores & longiores chartæ, quas Catullus regias vocat; Eodem sensu dicta πρωτόκολα.

Licentiare.

Licentiare pro licentiam dare vel missum

ſum facere prorſus ineptum eſt. Uſus eſt eo Dionyſius Carthuſianus in enarrat. in Eccleſiaſtic. pag. 159. Latina ſunt, Afferre licentiam peccandi, pro quo & Cicero autoritatem peccandi. Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Cicero. Eſt autem Licentia ferè libertas immodica ſeu nimia.

Lizonizo.

Paſtino, fodio.

Lignamen.

Materia, ὕλη.

Locum tenens.

Repudiant pro Vicarius, præfectus, legatus alicujus, Diœceſes principis.

Lymphatum vinum.

Vinum aqua temperatum, dilutum, Nam lymphati latinis veteribus ſunt in furorem impulſi. Sic Livius.

Luror poëticum magis.

Utitur Lucretius pro colore lurido vel pallore, vel ſqualore Todtenfarbe/ Bleyfarbe. Luridum eſt à lori percuſſione, cujus coloris ſunt vetuſtæ vibices, concretæ ſanguine.

Loquelaris præpoſitio. Priſcum.

Non eſt phraſis barbara. Olim autem loquelaris propoſitio dicebatur, quæ per ſe non ſubſiſtit, ſed cum loquelis. Ita Sergius, Probus, Diomedes, ait Joſeph. Scalig. Ejusmodi præpoſitiones ſunt Dis, Con, Am, Re, ſe. Nam cũ loquelis aliquid ſunt, per ſe (id eſt, ſeorſum & ſeparatim) nihil. Nunc dicuntur præpoſitiones Inſeparabiles.

Litera M.

MALAXARI.

Dionyſ. in Eccleſiaſt. pro molliri. Storax manib. poteſt malaxari μαλάττεσθαι, unde τὸ μάλαγμα ein Weichpflaſter.

Maleficiatus.

Pro maleficio læſus, à malefica læſus.

Negatio eſt malignantis naturæ.

Negatio eſt naturæ pravæ, deſtruentis: naturæ diſtrahentis; intellige in negativa propoſitione terminos diſtrahi quæ in affirmativa quaſi amicè junguntur.

Manutenentia.

Scotus. Subtrahere manutenentiam. Lat. Manum, motum, auxilium, præſidium.

Matricula.

Matricula pro albo militari, Scaligero eſt barbarum: ſed Jurisconſulti ſæpè utuntur hâc voce.

Maniſeſtare pro memoria ſervanda. Barb.

L. In apertũ proferre: ad poſteritatis memoriam, ad hominum memoriam ſempiternam producere: memoriæ prodere: Cicero.

Mediare Scholaſticorum. D.

Intervenire, Intercedere medium, eſſe intermedium.

Mentatus.

Mentatus, unde derivant dementatus, barbarum prorſus eſt quorundam Sententiariorum. L. eruditus (σώφρων Demoſtheni) cordatus, mentis acie præditus.

Metitur paſſivè.

Auguſtinus lib. Soli loquiorum animæ ad Deum παθητικῶς accipit. Ab anima quantitas excluditur dum nec altitudine, nec latitudine nec longitudine metitur &c: id eſt, menſuratur, definitur, circumſcribitur.

Moleſtare.

Jurisconſulti hoc eſt, pro gravem alicui

 eſſe,

esse, molestiam alicui exhibere. Cic. Pro molestari dicendum, molestiam capere, molestiam ex aliquo trahere: esse in molestiis: habere molestiam in aliqua re. Cicero.

Morganatica est Germ.

Munus sponsalitium, ein Morgengab. Dotalitium: τὰ βιωτικὰ mulieris mortuo viro.

Magis pro majus, vel imò verò.

Probitatem in iis, quos nunquam vidimus, & quod magis est, in hoste etiam diligimus. Sic Cicero: Probitatis tanta vis est, ut eam in iis, quos nunquam vidimus, vel quod majus est, in hoste etiam diligam⁹: De Amicitia dialogo.

Massari origine Græcum; terminatione Latin.

In massam coire, in massam cogi, ἐκμαγμα fieri. ἐκμαγμα autem est massa coacta.

Membrari. Antiquat.

Per membra formari.

Motus ostendo falsitatem
Per hæc motiva. Greg. de Val.

L. Per has rationes, his argumentis moventibus, cogentibus, urgentibus.

Malum aërem non possum perferre.

Cic: Vix sustineo gravitatem cœli hujus: Non possum perferre cœli gravitatē.

Mammetrectus.

Corruptè dictū pro μαμμόθρεπτος, Mammothreptus id est, aviæ alumnus, à nutrice educatus, ein Mutterſöhnchen.

Sumta vox hæc est olim pro codice seu libro planè delitioso, id est, in quo nihil invenitur præter meras delitias, quòd mammæ, id est, aviæ solent indulgenti⁹ habere nepotes quàm matres suos liberos. In hoc opus cum quidam incidisset, non nimium abfuit, quin risu dissilierit. E. R.

Mox in continenti ad animum revocavi: in Prisciano, vapulante Frischlino.

E vestigio expendi, mentis judicio ponderavi: momento suo ponderavi; judicio accurato vel certo ponderavi vel perpendi. Modò de præterito, modò de futuro dicitur: ait Cornelius Crocus in farragine sord. verborum.

Menstruata mulier.

ἡ τὰ ἔμμηνα ἔχουσα, patiens menstrua: Impura ex menstruis: Plinius vocat menstrualem.

Magnalia opera Dei.

Magna, magnifica, præclara Dei opera.

Minurizare. Sidon.

E græco est μινυρίζειν, id est, submissâ voce suaviter canere.

Minorari, minorare.

Minus fieri, deprimi, dejici de gradu dignitatis, diminui, imminuere.

Moralisatio.

Dionysij hoc est Carthusiani in enarr. Johannis pro τροπολογίᾳ seu explicatione evangelij ethica sive morali.

Morosè, id est, cum mora seu cunctantius consiliari, & benè consiliata velociter exequi.

Diu, seu satis diu deliberare & bene deliberata exequi.

Figere in aliquem visum morosè.

Conjicere in aliquem oculos ferventer. Figere obtutum in aliquem cum mora: Fortib. oculis aspicere. Cic.

Mul-

Multivaria, multivariè.

L. Multifaria, multifariam.

Ne *Mu quidem audet.* Idiotismus germanicus.

Ne γρῦ quidem audet dicere. Græcè γρύζειν. L. murire factum à μυ.

Hujus sententiæ primaria motiva sunt. Schol.

Lat. Ad hanc sententiam sequendam me maximè movent.

Materia prima est mendax. Piccol.

Lat. Materia prima est inconstans, variè personata.

Mox (pro penè) mihi incidisset in caput.

L. Ferè mihi in caput decidit. Parum abfuit quin in caput meum cecidisset. *Erasmus Roterodamus.*

Magis, quàm plus: mehr dann zu viel/ *Germanism.*

Nimio plus, plus nimio: ut nimio plus diligo. Cicero.

Litera N.

Narcoticitas Lilii.

Vis afficiendi torpore faciens torpescere vis frigiditatem, νάρκωσιν, id est, torporem seu stuporem afferens, unde φάρμακα dicuntur ναρκωτικὰ stupefacientia, torpefacientia, ut sunt Mandagora, opium. Ejusdem farinæ est stypticitas pro δυνάμει seu vi adstringendi ἀ στυπτικῆς, astrictorius, linguam astringens.

Neutralis est.

Neutri parti addictus est. Neutrô movetur, id est, in neutram partem. Sic Livius, Neutrò inclinata spes est. Græci dicunt, ἀδέσποτος.

Nihil mihi sum conscius.

Nihil tantum nominandi & accusandi casu dicitur: Itaq; dicendum: Nullius rei, nullius culpæ mihi sum conscius.

Non verò.

Pro non verò tu dices non item: non autem in sententiæ medio, & quidem in antithesi vel antapodosi. Vini forma ἐν φθορᾷ perit, non verò materia. Barb. Tu dices. Materia verò non, materia verò minimè, nequaquam, neutiquàm. Artem ludicram saltatores, gesticulatores, mimi & alij id genus, non item Athletæ designatoresq; facere intelliguntur, ait J. C.

Itaq; istud scriptū in margin. lib. probl. de method. pag. 945. nolo. Nostra ἐννοίᾳ non verò realiter differunt. Et verò asseverantis est. Et verò ita existimat Cic.

In initio sententiæ rectè: Nec verò hoc arroganter dictum velim, Aber ohn ruhm zu melden.

Nugarum portitor. Portitor literarum. Novigerulus, Noviger.

Barb. Tu dices, Nugigerulus, Tabellarius, Grammatophorus. Hieronymus quidem ep. ad Eustoch. 42. Rudes, inquit, illi Italiæ homines, quos Cacos Ennius, appellat, Epistolarum portitores tabellarios vocavere. Sed hic autor interdum βαρβαρίζει, nec semper purus est. Portitor latinum est, non à porto, as, are, sed à portu. Estque vector è portu ad portum, Plautus. Ego hunc portitorem privabo portorio. Virgil. Portitor ille Charon. Propert. Vota movent superos, ubi portitor æra recepit. Obserat umbrosos lurida porta rogos. Novigerulus utitur B. Cocles pro novas res circumferens, novis rebus stu-

Noscibile.

Quod cognosci seu comprehendi sensu vel intelligentia potest, γνωςὸν. In Mathematicis Ramus utitur voce cognobile. Non probatur: quia cognotum non dicitur.

Nuncium mitti virtuti,
Virtuti nuncium mittere.

Nuncium remitti virtuti, Nuntium remittere virtuti, repudiare eam. Sic nuntium remittere uxori.

Nutritrix.

Nutrix, nutriens vis. Hermolaus etiam vocat vim alumnam & potentiam altricem & rationem nutrientem 3. paraphr. dicitur anima. c. 48.

Nam vel enim pro quia.

Etiam doctos interdū confudisse video. Nam & Quia seu Quòd. Pererius de loco. Partes cœli per se in aliquo loco esse hinc planum est, nam pars cæli remota à toto nullo genere motus localis moveri posset. Dicendum: hinc seu ex eo planum est, quòd pars &c: (vel quia pars) G. de Val: Cujus assertionis ratio est, nam effectus rei creatæ quidditatem rei adæquant. Dicendum: ratio est, quia

Lex, Non committas furtum, Non feceris

Lex, Ne committas furtum, Ne feceris. Non hîc vitiosum, teste Quintiliano, Erasmo Roterod. & Linacro.

Necessitor litigaré.

Necessitas mihi affertur litigandi.

Nimietudo somni B.

L. Immoderatio somni, somnolentia. Nimietas est apud Columellam.

Nauseare vinum, caseum.

Nauseare ad vinum, fastidire vinum.

Naturare. Deus est natura naturans.

Naturam facere. Deus naturam procurat.

Nihil eminentis pro nihil eminens.

De natura Deorum Cic: Species Deorum quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. Ego censeo legendum, Nihil eminens. Ita alibi Cic: Figura nihil habens incisum angulis, nihil eminens, nihil lacunosum. Ut enim non dicimus. Nihil præstantis, nihil excellentis, nihil apparentis, sed nihil præstans, nihil excellens: Ita etiam non dicimus, hoc nihil habet eminentis, sed nihil eminens, vel nihil eminentiæ. Rursum utrumq; dicitur, Nihil lacunosi, & nihil lacunosum. Nihil vani dicitur, Nihil futilis vel inanis nō dicitur, sed nihil futile: quod non veluti ὁδῦ πάρεργον alibi studiosis latinitatis proponere me memini.

Nepotissimè. Julius Scal. lib. 1. poetices cap. 19.

Novum hoc est, pro luxuriosissimè. Ideo utitur Scaliger præmollitione sic: Iōnes intelligo posteriores, qui mollissimè atq; ut jocemur, ne potissime vixerunt. A nepos Cic: pro eo, qui perditè & profusè vivit.

Litera O.

OBLIGATUR TRIBUERE. DEUS justo judicio aliquando gratiam retrahit, nec eam tribuere obligatur. Dion. Carth.

AD eam tribuendam non obligatus, non obstrictus est.

Obortum pro Corollario.

Insolens est, quod Donatus Acciaolus Flo-

Florentinus in comment: doctiss. in Arist. Eth. sæpè utitur pro corollario seu consectario, ut cùm dicit: Ex supradictis infert unum obortum &c. Affert aliud obortum ex supradictis ad idem propositum. In enarr. 5. Eth. p. 349.

Observantissimus.

Observantissimus multi dicunt, qui nolunt uti barbaro observandissimus. Sic stulti dùm vitant vitia in contraria curvunt. Observantissimum enim Latini dicunt, non eum qui maximè est observandus, (pass.) sed qui valde observans est alius, seu maximè observat alium. (activ.

Obumbrare alicui.

Obumbrare vel inumbrare aliquem, obtegere aliquem, Vinum obumbrat sapientiam.

Objectivè esse in intellectu.

Objici intellectui ut verum reale ens vel ens rationis.

Occaso. Antiquatum.

Intereo, occido.

Occasionari.

Hoc dubium occasionatur ex dicto Thomæ Aquinatis, inquit expositor primæ philosophiæ: Tu dices: Huic dubio occasionem præbet dictum Thomæ: Occasionat⁹ sum hoc facere, Barb: Aldus sic: plurimùm gaudeo, oblatam mihi esse exiguam occasionem, quâ tibi gratuler.

Occasionaliter:

Per modùm occasionis.

Oculeus. Antiquat:

Malo oculatus, ut Argus.

Officiatus:

Voce hac utitur Dionys. Carth. in enarr. lib. sapient. pro officiario, Ein Res ampter/ Talis quæstor est, hominum comestor. Apulejus vocat officialem.

Ex opere operato.

Vi externæ actionis: Bellarm. c. 19. l. 2. signum crucis vim habet spiritualem contrà Dæmones, & quidem ex opere operato simul & operantis. Ergo sæpè in fronte vel pectore formandum est, id est, vis etiam inest externo signo crucis, non tantùm crucis interiori meditationi.

Oratorium.

Scriptorum Ecclesiasticorum hoc est, pro domo precationis seu templo, quod Græcis est εὐκτήριον. Basil. Fab.

Originans: originatum:

Sic loquuntur, intellig. originem activam, à parte originantis, & passivam, à parte originati. Non est originatio unius ab alio perfecta, qua circumscriptâ nihilominus esset originatum ab illo. Tu dicito pro originatio, ortus, per originante principium, pro originato, de principio ortum.

Omnipotentissimus, Augustin.

Præpotens Deus: potentia & virtute, quanta maxima esse potest, præditus, infinitè potens.

De ceteris oraliter, cùm convenerimus.

Cetera præsenti sermoni reservantur, reserventur. Cic. ad Q. Fratrem.

Oratio ejus habet manus & pedes: German.

Orationi inest os & caput, id est, est diserta & sapiens oratio.

Omnimodè.

Omni ratione, omnibus modis, quoque modo.

Litera P.

PALANGARE.

Palangare vel phalangare, exoletum Afranij pro eo, quod est onus lignis teretibus transvehere. Phalanges enim sunt fustes teretes, quæ solent supponi navigiis, dum subducuntur ad littus, aut trahuntur ad mare. **Walen.** Palangæ vitiosè scribitur.

Panspermium ἀπὸ πᾶν & σπέρμα.

Commune seminarium, materia prima.

Partionalitates fovere. Dion. Carth.

Duci, vel teneri studio partium, studiosum esse partium.

Passionatus Biel. verba passionata. Dion. Carth.

Pro, passione seu perturbatione aliquâ affectus seu turbatus. Verba affectuum plena.

Patenter. Trithemius.

Pro: Patenter dicit, dic, clarè dicit. Hinc etiam patenter datur intelligi, Augustinus alicubi: pro perspicuè.

Paulativa.

Tolerabilius est, deperditio Paulatina, id est, quæ fit paulatim: Paulativa ineptum est, & prorsus Barbarum.

Patratus Fonsec.

Factus a patre, habens patrem, qui refertur ad patrem. Sic filiatus pro habens filium, qui refertur ad filium.

Pauperesco.

In vulgus Scholasticorum probatur, & usus est eo Erasmus Roterodamus in orat. de misericord. Dei. Ego malo, pauper fio, (pro quo Dion. Carth. Depauperor) ad paupertatem redigor, ut pro insolesco Johannis Serrani & Possélij, insolens fio, insoléter efferor.

Penes pro juxta.

Multi ita loquuntur: Distinctio penes subjecta: Divisio penes causas, pro, è causis. Hæc sunt penes materiæ alterationem, pro, juxta. Sic Physici & Medici, Nutritio non fit tantùm penes partes materiales, id est, juxta. Augmentatio est attendenda penes partes seminales, quæ ex semine oriuntur, id est, auctionem fieri intelligendum est secundùm vel circa partes formales; hoc est, tam diu durat augmentatio, quam diu partes spermaticæ possunt dilatari: Invenitur & penes accidens moveri, pro eo, quod est, per accidens moveri. Propriè penes respicit personam, potestatem, possessionem.

Itaque Hermolaum non imitor ita loquentem. Motus bifariam dividi solet. Nam tum penes tempus, tum penes particulares motus singularum mobilis partium sectilis esse cognoscitur.

Peto te.

Peto abs te. Syntaxin enim sequitur verborum recipiendi & auferendi.

Per te Scholastic.

Juxta opinionem seu sententiam tuam, ex tua opinione.

Penetrativa investigatio. D.C.

Acuta investigatio.

Phantasare.

Actus phantasandi & phantasiandi, sunt Bieli: pro imaginari & φαντάζεσθαι.

Philosophunculus.

Sic quidam scriptorculus pro minutus Philosophus, φιλοσοφίδιον, plebejus Philosophus, philosophus, ut ita dicam, minorum gentium.

Tempore metimur plurem & minorem motum, Pererius physf. p 643.

Metimur plus & minus duorum motuum.

Physi-

Digitized by Google

Physicalis.

Physicus: Ita non dices quæstiones Metaphysicales, sed sapientiæ vel primæ philosophiæ, seu ζητήματα τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

Φυσικεῖν. P. R.

Græci non faciunt tibi hanc gratiam, ut sic loquaris. Dicunt enim φυσιολογεῖν.

Poculenta.

2. Eth. c. 2. τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία vertit quidam poculenta & esculenta: Sed ut ab esca esculenta: sic à potus potulenta. Utitur tamen Hermolaus, voce poculent: nisi fortè mendum scripturæ est.

Plagare.

L. Plagas inferre.

Ponoterium.

Πονοτήριον non dicitur, sed ἐργαστήριον, i. e. laboratorium, officina, in qua laboratur. Potest & pro eo πονητήριον dici, ut αἰσθητήριον, φροντιστήριον, βουλευτήριον, βαπτιστήριον, ἀκροατήριον, σφαιριστήριον, βρεφοτροφεῖον. Nec πονωτήριον dici potest, ut δεσμωτήριον à Græcis dicitur. Nam hoc est à δεσμώτης. At πονώτης nemo Græcorum dixit. Dicitur & officina laboriosa. Nam laboriosum accipitur interdum etiam objectivè seu παθητικῶς, pro eo, quod est in quo multùm laboratur, non semper ἐνεργητικῶς, id est, activè, pro eo, quod est, qui multùm laborat. Sic homo laboriosus, res laboriosa dicitur, vel opus laboriosum.

Poscitum mutuò:

Mutuo sumtum, mutuatum, quo Cicero utitur de finibus, & alio loco: Hæc ab illo viro quemadmodum multa solet ab eo, mutuata sunt. (passivè) Interdum opp. ei creditum & pecunia credita.

Possetenus faciam.

Wendel. Steinbachij est, discipuli Gabr. Biel. pro faciam quantum potero, quoad potero, quod in me erit. Ego vocem illam non possum concoquere. Eleganter dicitur: Quoad ejus facere possum. Et quantum & virium mearum modulus, & ceterorum studiorum meorum occupationes patientur.

Possibilitas.

Παθητικὴ δύναμις, passiva potentia, pro possibilitate naturæ: Dic Latinè; quoad rei natura ferre possit.

Potentatus vita brevis est. Dion. Carth.

Potentum Principum, Regum, Summatum, primatum.

Potestativè.

Sapientia inquit, in fluctibus ambulavi non locum mutando aut localiter progrediendo sed potestativè ac sapienter omnia quæ in mari fiunt & sunt disponendo seu digerendo. D. C.

Lat. Per modum potestatis seu virtutis.

Poterint.

Excusare se non poterint:

Poterunt dicendum.

Practicare causas.

Actitare causas; sic Martialis, id est, esse causidicum: Pro practicare hoc, dices ad suos us⁹ adhibere, in usũ deducere.

Præambula. Prænotamenta.

Ad accuratiorem alicujus explicationem προγυμνάσματα substernere: pro, conclusio præambula, dic, præmissa, præposita, anticipata, prævia, quod tamen magis Poëticum, ut, Lucifer est auroræ prævius, id est, anteit auroram. Præambula Luxuriæ dicunt scholastici, pro προοδόμοις, incitamentis luxuriæ, ut sunt, tactus, amplexus, & oscula. Quod nos dicimus προδιδάγματα vel προλεγόμενα, Scholastici dicunt prænotamenta, vel præambula.

Præ-

Digitized by Google

Præconsiliatum.

Sic Scholasticus Doctor Thomas Aquinâs loquitur: Electio est appetitus præconsiliati: Tu dices, antè deliberati seu consultati.

Præcordialius.

Pro, præcordialiùs amare Monachorum, dic ardentiùs, vehementiùs.

Prehabuimus apud Dionys. Carthusianum, prætractum hoc est.

Ante habuimus, jam ante diximus, tractavimus, suprà diximus, de hoc jam attigi, cui opponitur: Infra differuim⁹

Prehendidit.

Prehendidit pro prehendit in Carmine de Ebrietate Vincentij Obsopœi.

Præmentionatum, præmemoratum, præmentionatus casiu. B.

L. Modò commemoratum seu memoratum, seu dictum, seu paulò ante propositum. Suprà narratum seu expositum.

Præmiari, præmiare, præmiator. Thom. Aquin.

Non æqualiter præmiabuntur.

Latinè: non æqualibus præmiis afficientur: præmio afficere, donare, decorare. Præmiorum dator, distributor, βραβευτὴς, remunerator.

Præsumptio temporis.

Hic malo Anticipatio temporis, vel Græcum ἀναχρονισμὸς, seu χρονικὴ πρόληψις, qualis est 6. Æneid portusque require Velinos. Id enim temporis, cùm ista fierent, non erat Velia.

Præsumptuosus.

Superbus, homo elati animi, sibi præfidens, temerari⁹, quales solét esse fatui.

Præsuppositum.

Præsuppositum esse memineris: pro principio antè positum esse, προϋποκεῖσθαι memineris Sic utitur Alcinous Platonicus.

Primicerius.

Pro eo, qui primus facem ceream gestat, Primicerius nova cujusdam vox est (ut hic puer erat in Promotione Doctorum primicerius, id est, primam facem præferebat) Tu sic non loquèris, sed primus præferentium faces, πρωτοδᾳδοῦχος, protodaduchus. Nam δᾳδοῦχος est qui gestat tædam seu faculam, à δᾳδουχέω, id est facem gesto. Primicerius verò (è Latinis, primus & cerá compos. vel πριμικήριος, (vox ex Latinâ Primus & Græca κηρὸς, id est, cera, quæ reperitur apud Suidam & Monachum Zonaram) hic inquam primicerius. Græcis est πριμικήριος.

Erãt autẽ πριμικήριοι seu primicerij, principes, h. e primi & Antesignani omnium dignitatum, sic dicti, quòd in tabula cerata primi notarentur. Sic dicitur primicerius cubicularius, id est, primarius cubiculariorum. Primicerius tabellionũ: Tale officium vel potiùs dignitas vocatur primicerium & primiceriatus. Vide plura de his apud JCtos.

Principium principians.

Principium primum.

Principiata.

Principiata etsi philosophorum nationi satis tritum: tamen περιφράζειν gaudent Latij cultores; Ex principiorum complexu mutuo velut composita. Ex principiis orta, orta à principiis, deducta à principiis. ἐκ πρώτων συγκείμενα.

Pro principio principiato dic principium rei secundum.

Pre-

Proba: nomen.

Pro proba dic specimen, probatio, δοκιμασία.

Probes te.

Excutias te vel animi tui intelligentiam: Cic. Probes te, Latinum quidem est, sed addito Dativo: ut, Multis se probavit: probas mihi ista, quæ dicis, i.e. persuades. Tibi rationem facti mei probabo, probaverunt mihi sese, quò minus id facerent. Pro probare pennam Erasm. Roterod. dicit Experiri novum calamum.

Processiones.

Vulgò processiones vocantur, quæ sunt πομπαὶ, pompæ (à πέμπω) id est, spectacula quæ populo exhibentur.

Pro forma.

Ad speciem, dicis causa, ut locuti sunt veteres, ʒum ſchein/ dicis causâ id fit, quod aliâ nullâ de causâ fit, quàm ut factum esse dicatur. Varro deducit à Dex (qui dicit.)

Profundare somnum: Profundatio somni.

Somnum profundum reddere.

Promeretur: passivè.

Princeps promeretur subditi officiis: Tu dices principis gratia conciliatur &c. cap. 13. ad Hebr. Talibus hostiis Deus promeretur ex veteri versione: Tu dices: Deo placetur: In Græco est εὐαρεστεῖται.

Pro nunc: pro tunc beatus.

Optamus sanitatem pro futuro, non pro tunc quando sumus sani. Piccolomineus.

Hac vice, pro tempore definito beatus. Sic pro ex tunc dices: Ex illa hora, pro ex nunc, ex hoc tempore. Optamus sanitatem in futurum non in præsens.

Pungitivus.

Pungendi vim habens, pungens, punctivus.

Pseudovates, pseudo doctor.

Pseudopropheta pseudodidascalus, ut pseudophilosophus, fucatùs & commentitius non revera philosophus, πλασῶς non ὄντως φιλόσοφος Plato in Sophista, in quo est μαγειος δοξοσοφία.

Præditus a Rege magnis honoribus.

Affectus a Rege honoribus. Nam præditus habet ablativũ sine præpositione.

Pilatorium a pila.

Sphæristerium.

Præsertim pro primò. forma primo & præsertim constituit individuum, materia secundo seu secundariò. Piccolom. in phys.

Convenit primò seu propriè formæ, secundo materiæ constitutio individui.

Omnia tantùm pro & contrà tractat, vel disputat.

Omnia in utramq; partem, nihil definitè aut dogmaticè tractat, disputat omnia in utramq; partem, ut rem incertam relinquat (quæ vaga incertaq; ἀκαταληψία est) nihil ponit ut certum & indubitatum, nihil ex suis principiis ἀμεταπτώτοις ἀμεταπτώτως probat atq; evincit, nihil certi concludit.

Ponamus quòd ita sit: pone quòd ita non sit. barbarum. sic, Pone quòd eveniat.

Fac esse, fac potuisse, fac velle, nolle: facite, hoc meum consilium legiones novas non improbare Cic: Fac animum sic interire, ut corpus. Philosophi: Hoc posito, hoc dato, hoc concesso, Esto. Pro his etiã elegãter adhi-

Digitized by Google

betur. Ut æqui pollēs τῷ licet cū subjunctivo. Cæsar in comment. Ac jam ut omnia cōtra opinionē acciderent: tamen multo seplurimū navibus posse perspiciebant. Ovidius. Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam. Cic. Legem illam appellare fas non est, & ut sit lex (id est, dato esse legem) non debemus illam Hircij legem putare.

Pilabimus seu ludemus pila pro aliquot vini congiis ad collationem.

Lusu pilæ aliquot vini congios lucri faciemus in cœnam, in comessatiunculam, in compotatiunculum, seu in convivium insumendos.

Pessimari, Dion. Carth. in Eccl.

Pejorem fieri

Procatoria & lasciva verba ab antiq. procare, id est, poscere, Dion Carth.

Verba procacia, procacitas linguæ Salust. lingua prædita seu laborans vitio procacitatis.

Pariatio.

Pariatio latinum quidem est, quo utitur Jurisconsultus. Vide lex. lat: sed sumptum pro συνεσία consociatione seu conjunctione duorum barbarorum Scholasticorum est.

Privilegiatus est.

Est singulari seu præcipuo jure Cicero. Est solutus legibus: non tenetur lege: habet privilegium seu prærogativam, **man dispensiret mit jhm.**

Proficiat tibi institutum tuum.

Pro prosperè tibi res tuæ succedant. Prosperare Livianum est.

Proficuum. Hoc nihil tibi proficit.

Utile, quod expedit, fructuosum. Hoc nihil tibi commodat.

Præambula est expositio Scholasticorum.

Προέκθεσις, præmissa expositio. Poëtæ dicunt, prævia.

Passus scripturæ.

S. D. dicunt passum aliquem scripturæ explicare pro locum aliquem explicare.

Prognosticatio de vita.

Cicero. Prædictio & notatio cujusque vitæ ex natali die.

Permansivè non dispositivè.

Per modum habitus non affectionis.

Pro qualitate temporis & rei capere consilium.

Consilium pro tempore & pro re capere. Cæsar pro tempore benignè respondit. Salust.

Pro paucis diebus accommoda mihi librum.

Commoda, da commodato mihi librum in paucos dies, in unam saltem horā.

Nec quicquam obviat illud Augustini.

Nec quicquam obstat illud Augustini Græcè οὐδὲν ἀπαντᾷ Ἀπαντάω enim est obviam eo occurro. Aristoteles ἀπαντητέον πρὸς αὐτὸν adversus eum eundum est, id est, ei occurendum est. Ἀπάντησις autem & ἀπάντημα interdum significant objectionem seu προβολὴν obviam itionem, interdum refutationem seu responsionem ad objectionem. Johannes Sturmius respiciens, credo, ad vocem græcam semel usus est in lib. de Elocut. Rhetorica voce obviatio pro objectione. In hac significatione Thomæ Aquinati eadem vox est frequens.

Philosophus, puto Aristotelem, ait:

Designo, intelligo, noto.

Praaccipio, praassumo. Piccol.

Præcipio, id est, antecapio, προλαμβάνω, anticipo hoc, anticipo hanc notionem, prænosco, prænotione utor, πρόγνωσιν pono, præcognosco, id est, prænotionem, seu præcognitum adhibeo.

Pro hujus rei notitia requiritur: Pro solvendis adversis rationibus conducentia. Materia pro rerum naturalium. Esse necessaria est. Pro diei constitutione conspirant tenebræ, ut terminus à quo: Aër perspicuus, ut Materia, Lumen tanquam forma: Paratº pro hoc, pro aliquo ordinatum. Omnia in physicis Piccolominei.

Ejusdem hoc est. Materia principium est non pro constitutione rei, sed pro transmutatione requisitum, ut terminus a quo.

Barbara hæc valeant. Dicendum: Ad hujus rei notitiam requiritur. Materia necessaria est ad rerum constitutionem seu essentiam. Ad solvendas rationes conducentia. Ad diei constitutionem conspirant &c. Paratus ad hoc. Ad aliquid instructum, destinatum, ordinatum, directum. Cic.

Pollucibiliter cœnare Antiq.

Opipare, splendide, lautè, Prolixè, apparatè & jucunde, cœnare.

Proficiat honos Barb.

Ciceroniana sunt. Hunc honorem volo tibi benè & feliciter evenire. Volo tibi hunc honorem Deum fortunare. Hîc volo idem est, quod vehementer cupio etiam atq; etiam cupio, quod Plauto & Cælio ad Ciceronem lib. 8. familiar. est Discupio: quod ἐν παρόδῳ.

Plenariè gratiam referre.

Gratiam cumulatè, cumulatissimè referre.

Priscum pro pristino.

Utrunque quidem dicitur Prisca severitas, prisca fides, & pristina severitas pristina fides, sed significatione diversa. Prisca enim dicuntur quæ sunt extra nostram memoriam, antiquiora nostrâ memoria, ut loquitur Cicero, ut prisca secula, prisci scriptores. Pristina verò quæ ita ante fuerunt, ut tamen sub nostram memoriam cadant v. gr. pristina consuetudo cum aliquo id est, quæ superioribus fuit annis. Aliud igitur est in pristinum statum redire vel recidere, aliud in priscum. Revoco me ad pristinum studium est redeo ad illud studium, cui priùs seu antè operam dedi. Porro Vetus & Antiquus modò significant priscum, modò pristinum. Id ostendunt hæc exempla e Ciceron. Restitui in antiquum statum, id est, pristinum. Vetus opinio est, jam usq; ab heroicis (id est priscis) ducta temporibus. Veteres & prisci viri. Vetus consuetudo fori, & pristinus mos judiciorum. Antiquitùs vixerunt, id est prisci: Antiquitas ita vixit. Quò quid πρεσβύτερον seu antiquius, eò τιμιώτερον seu honoratius, & in majore pretio. Quò factum, ut antiquum pro nobili & honorato usi sint veteres & antiquius pro nobilius: ut virtute nihil est antiquius.

Pudet, pœnitet me hæc conditio Antiquatum seu obsoletum.

De hac constructione approbo Judicium. Grammatici Emmanuelis Alvari. Justa & recta hæc constructio Plautina est: Figurata verò seu ἀνώμαλον est pœnitet me hujus conditionis: Justa tamen exolevit, figurata contrainolevit atq; in ejus locum successit. At utraq; etiamnum viget & usitata est: Recta, venit mihi in mentem pater tuus, & figurata per Atticismum: Venit

nit mihi ut mentem patris tui. Priscianum hic etiam, si placet, consules.

Portitor pro portator.

Gerulus, aliquid portans, gestator, ut bajulus. Statium pro portatore dixisse portitorem, ait Ambros. Calepin. in hoc vers: *Languet hyperborea glacialis portitor ursa. Propriè autē portitor est* (*àportu.*) qui græcis est πορθμεύς, id est, transvector.

Portarius, portaria.

Janitor janitrix, custos ad limen, ostiarius, ostij custos.

Propalare.

Propalare pro palàm facere, seu aperire an apud idoneos authores inveniatur, dubito. Pro palàm latinum est pro palàm.

Practicare mala, Dion Carth.

Excogitare. fabricari, machinari mala.

Præsentialiter apparet.

Coram seu præsens conspicitur.

Prudenter fecit, pro prudens fecit.

Prudens feci, id est sciens, nec habet laudem nec vituperium. Prudenter feci semper in laude est. Qui imprudens peccat, veniam meretur, Eras. Roter.

Plenariè tractare.

Plenè, ad plenum, plenioге scripto.

Planitudo.

Planicies, æquor. At plenitudo, non planicies.

Litera Q.

Quâ calidum: Quâ Entis: pro Quâ calidus: Quâ Ens.

NEc communis, nec multorum error facit jus: Itaq; nec Piccolomineum, nec Zabarellam, nec Flaminium. Nobilium (alioquin tersum) neq; Theologos quosdam sequeris, ita loquentes: Aristoteles censet, ignem agere, non quâ ignem, sed qua calidum. Dicendum erat: Censet ignem agere, non qua ignis, sed qua calidus. Non entis, qua Entis: dicendum erat; non Entis, quâ Ens: Sic enim Arist. in 1. philos. ὄν ᾗ ὄν. Hominis, qua hominis, proprium: dicendum hominis, qua homo, proprium. Quæritur, an adoremus filium hominis, etiam qua hominem. dicendum erat, filium hominis, qua homo. Velle Deum omnem hominem salvum dicunt, sed voluntate secunda: reprobum, qua talem, non velle salvum: Sic quidam Juvenalis scriptor, pro reprobum, qua talis. Memoria pro ut inservientem tam intellectui, quàm sensui: Dicendum prout inservit. Memoria rerum præteritarum, quatenus præteritarum, pro quatenus præteritæ. Vide Zabarellam de speciebus intelligibilibus: & Flaminium in explicatione lib. 1. de General. & interitu. Aristotelis. Non est utendum amicis, ut floribus tamdiu gratis, quàm diu recentibus: Tu dices, ut floribus, qui tamdiu grati sunt, quamdiu recentes, vel tamdiu gratis, quamdiu recentes sunt.

Qualis liber est?

Quid libri, quid libelli est?

Qualiter vel quomodo vocatur?

Quod ei nomen est, quo nomine vocatur? Qui inscribitur liber? non qualiter.

Quæstiones explicandæ proposita.

Quæstiones ad explicandum (vel ad explicationem) propositæ.

Quid

Digitized by Google

Quid hoc significat, Was bedeut das.
Quid istuc sibi vult? Quid verba ista volunt. Quid hoc est dictu?

Qualitativum.

Qualitate affectum, qualitati analogum seu geminum. A Scholasticis animæ hominum substantivæ, brutorum qualitativæ dicuntur.

Quietantia.

Apocha, Apoche, ἀποχή, qua creditor testatur satisfactum sibi esse à debitore. Antapocha est, quam creditor, dat debitor, ein Handschrifft / Acceptilationem volunt esse quidam Jurisconsulti testimonium liberationis, sine soluta pecunia, Freyzettel.

Quietari.

Hic nō quietatur intellectus meus. Biel.
Lat: Non satis fit intellectui: Non acquiescit hîc intellectus: non satiatur, non expletur: Sic Scaliger: Hoc saturatur animus: In hoc conquiescit: Hoc scientiam parit: Ejus ductu in naturæ promovemur penetralia.
Hermol. tamen Barbar. doctrinæ & differentiæ gratia in 6. phys. ὅρω seu voce Quietari usus est sine reprehensione Sisti est ad cessationem tendere; Sistere, quietari tranquillariq; Consistere verò est jam quiescere, a motu cessare, Id igitur quod sistitur & quietatur necessariò movetur, pag. 524.

Quietare animum.

Cicero Tranquillare animum lib. 1. de Juribus: quietum reddere Terent.

Quis pro uter.

Apposui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuum. Vetus versio Ecclesiastici.

Tu dic, elige utrumvis. Interim & hoc nota:

Quis de duobus pro uter (ut elige quemlibet pro utrumlibet.) Græcismus est τίς pro πότερος Matth. 21. τίς ἐκ τῶν δύο, quis, id est, uter ex duobus.

Quodlibet audendi potestas. Non licet malis quodlibet.

Quidlibet audendi potestas, vel audendi potestas, quicquidlibet. Non licet malis quidlibet.

Quantum ad id quod, per Quod attinet ad.

Sic Scholastici: ut Dion. Carth. in enarr. lib. sapient. Nihil odisti eorum, quæ fecisti, quantum ad id, quod habet creatura à te, sed quantum ad id, quod habet ex libera voluntate potest odibilis fieri, pro Quod attinet ad id &c.
Idem: Deo non adscribitur consilium, nisi quantum ad id, quod perfectionis in ipso est, id est, quod attinet ad diligentem considerationem exclusa imperfectione illa, qua consilium dicitur esse ignorantis naturæ.
Pro quantum pertinet ad primum malo, Quod attinet ad primum: seu, De primo.
Pro in quantum malo Quatenus: Sed hoc obiter & quasi aliud agens.

Quod magis est pro Quod majus est, Id quod majus est.

Cic: Non tam doctus quàm (id quod majus est) expertus est.

Quin cum Indicat.

Augustin. in Evang. Johan. tract. 6. Non dubito, quin etiam orastis pro me, ut debitum vobis exolvam: pro, quin etiam oraveritis.
D. Johan. Roffensis Episcopus. Non dubito, quin te valde pœnitebit horum:
B. Pererius in phys. pag. 634. Non dubium est quin ille lapis movebitur deorsum. Dionys. a Richel. Nullum

opus vitiosum tanta simulatione potest colorari seu tegi quin ejus pravitas suo tempore aperietur. In enarr: Evangelij Lucæ.

Quod pro ut, post particulas, Is, talis, intensionis, & verbum, fit.

Barbar. Scholast. quos sæpe Mercatus est secutus. Tantùm abest, quod: pro ut: Hinc fit, quod: pro ut. Non requiritur, quod anima nostra sit materialis: pro: ut &c. Sic Castellio Joh. 6. cap. 6. Qui fit ergo ut is de cœlo descendisse dicatur? Non est necessarium, quod homo ratiocinetur per corpus, sed satis est, quod corpus aliquo modo deserviat intellectioni. Mercatus: dicendum erat: ut.

Mirabile est, res adeo distantes corpus & spiritum tanto fœdere cõjungi, quod unam propriissimè naturam componant. Idem: Dicendum fuit, ut.

Ea est majestas oris tui, quòd eam vix sustineam, pro ut.

Quoties dicitur causa? ℟. Toties.

Quotupliciter, Quot modis dicitur causa? ℟. Totupliciter, tot modis, tribus modis, tripliciter, multipliciter, ἰσαχῶς est æquè multipliciter. Vid. Arist. Græc. in 1. philos.

Quindecagonum Buteonis.

Jacob. Peletarius rectè hoc notans virgula censoria malè, inquit est conformatum græco & latino charactere. Dicendum, Quindecangulum Erratula talia levia etsi in numero non pono, tamen ex iis etiam solet præjudicio quodam ingeniorum facultas in discrimen vocari.

Forma quiddam divinum est in rebus. Thomas Aquin.

Forma est quiddam divinum θεῖόν τι in rebus quâ participatio quædam est primi actus. Sic non dicitur forma est quoddam naturale, sed quiddam naturale, Piccol. Materia est quoddam in definitum pro quiddam.

Quod pro cui Petrus Franciscus Zinus in meditationibus passionis Christi laudatissimis.

Christus ære alieno, quod non eramus solvendo, nos liberavit.

Vitiosum esse hanc locutionem esse existimo, illam verò rectam. Cui non eramus solvendo. Ita dico. Non est huic cœtui regundo, non autem, Non est hunc cœtum regundo.

Quòd pro cur vel quapropter.

Quid est quod hinc sententiæ assentiri non potes.

Quid est, quamobrẽ, quare, cur, quapropter huic sententiæ assentiri non potes, non possis. Sic Cicero quid est. Q Naso, cur tu in hoc loco sexto sedeas, Idem, Quid est quamobrem putet te tuam cum aliquo communicare posse? Asconius Pædian: Magnopere me hæsitare confiteor quid sit, quare Cicero Placentiam municipium esse dicat, Cn: Pompejus L. Domitio. Miror quid causæ fuerit quare consilium mutaris. Hic non dicendum Quod pro Quare. Plantus in Bacchid. Sed quid est, quapropter nobis malum minitemini.

Litera R.

RAMIFICARI.

IN ramos quaquaversum diffundi.

Rapinor: Rapinator. antiquata.

Rapio, raptim aufero, prædor: Raptor, ἁρπακτής.

Ratare: antiquatum.

Rati habere, id eſt, approbare, quod geſtum eſt, frequens eſt JCtis.

Ratificare.

Ratum facere, ratum habere, quod actum eſt, confirmare. Joh. Roffenſis: Non aſſerunt Paulus & Lucas calicem aut ſanguinem eſſe novum teſtamentum, ſed calicem illum per Chriſti ſanguinem eſſe novi teſtamenti ratificativum: pro eſſe id, quo novum teſtamentum ratum habetur, ſeu eſſe novi fœderis confirmationem, hunc calicem confirmare teſtamentum novum.

Rationabilitas. Haymo Epiſc.

Τὸ λογικόν, facultas rationis, poteſtas λογική.

Rationabiliter.

Probabili ratione, εὐλόγως: cum ratione, non ſine ratione. λογικῶς, κατὰ λόγον, ad rationem accommodatè.

Ratio non tenet.

Non habet vigorem, ratio non viget, eſt enervis, parum aut nihil valet, μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει, ut loquitur Ariſt. 2. Ethic. c.3. parvam habet vim, ἐν μηδενὶ λόγῳ, in nullo pretio eſt, propoſitum non concludit.

Recentari. Poëticum.

Renovari, recens fieri, Theologi utuntur. In cœna Domini memoria ejus recentatur, paſſio ejus recentatur, i.e. animo recolitur. Nec ego verbum hoc repudio, quia ſatis ſignificans & non durum eſt. Orator pro recentare ſtudia dicit recolere ſtudia. Dicitur etiam eleganter memoriam alicujus replicare & refricare: ut; ad Academicæ noſtræ converſationis memoriam honeſtam refricandam &c. Replicare memoriam annalium, temporum, id eſt, reducere in memoriam tempora.

Recidivare. Bielis. & recidivare in peccata, Dion. Carth.

Relabi in febrim, vel morbum, recidere in peccatum.

Recommendo.

Commendo, fidei, virtuti tuæ committo concredo.

Recompenſari.

Sapientia nō poteſt recompenſari: Barb. Latini eleganter: Sapientiæ nullum pretium par poteſt rependi. Sapientiæ æſtimationem pecunia metiri nequit: Sapientiæ paris momenti pretium, ſeu τιμὴ ἰσόρροπος (Ariſt. 9. Ethic. c. 1.) reperiri non poteſt.

Pſalmus hic applicabilis eſt ad regratiandum Chriſto pro beneficiis. D.C.

Uſurpari poteſt ad gratiarum actionem ſeu ad agendum gratias.

Rectificativus habitus.

Habitus dirigens actionem, moderator actionis, aliâs directivus in agendo.

Referendarij, Apocriſiarij.

L. Qui referunt ad Principem Epiſcopum, aut Papam. Ἀποκρίνομαι enim eſt reſpondeo.

Regiſtrare, regiſtrum, Barb.

In tabulas referre, in libellum referre, Rationarium, liber rationum, ἐφημερίς.

Regratiari Deo. Dion. Carth.

Gratiam habere ſeu tribuere Deo pro beneficiis, meritam ſeu debitam gratiam memori mente perſolvere.

Recompenſare.

Pro recompenſare dic compenſare, exæquare, rependere beneficium, quaſi remetiri, reponere, reddere, ἀποτίειν, ἀποδιδόναι ἀμοιβάς, reponere gratiam be-

beneficio parem, malam gratiam reponere. Quod huic negotio diminutum est, industria tua compensabis, exæquabis, Ciceronianum est. Itaque etiam pro recompensatio dices remuneratio, compensatio, quæ græcis est ἀντικατάλλαξις usitatissima Politicis Oratoribus & Logicis. Estq; his ἀντικατάλλαξις unus è modis refutandi vitiosas conclusiunculas.

Regulabili ratione. Biel.

Moderabili ratione, quæ regi potest.

Regulare.

Exemplar regulat animam, ne erret.

Tu dices, est norma seu regula certitudinis.

Rejuvenescere.

Renasci, de integro juvenem fieri.

Remediare.

Medicari, mederi, medicinam afferre.

Rememorativum.

Ecclesiasticorũ rememorativũ non prorsus rejicio: Crux adoratur nõ per modum termini, sed rememorativi. Francisc. de Mayronis. Christus in cruce rememorative adoratur ac si esset præsens Picus: pro, in signo reducente seu revocante in memoriam, in mnemosyno, in signo ἀναμνηστικῷ. Rememoro verbum Barbarum non est.

Remissa.

Ecclesiasticis scriptoribus hæc vox familiaris est, quam non damno, pro, Remissione, ut Remissa peccati, errati, pœnæ dicitur, pro remissione, gratia, veniâ vel relaxatione ejus.

Remorbesco.

In morbum recido.

Renego.

Denego, renuo.

Rephlebotomatio.

Iterata phlebotomatio.

Phlebotomiæ iteratio, iterata phlebotomia, quæ græcis est ἐπαφαίρεσις. Fernel. lib. 2. de arte medendi. Sic pro phlebotomari dices, sanguinem mitti, incidi venam.

Repropitiari.

Qui peccavit, sine ulla mora Deum sibi repropitiari festinet, pro, reconciliari Augustin. serm. 58. de Tempore.

Resistibile: irresistibile.

Scholasticorum sunt pro eo, cui potest resisti, cui repugnari, restitari non potest: Vis simpliciter vel præcisè irresistibilis: voluntas prorsus irresistibilis, pro vis cui resisti nõ potest. quæ prorsus est inevitabilis seu indeclinabilis.

Resolutè hinc intelligitur.

Clarè, expeditè, explicatè ex eo intelligitur

Res renascenda, denuò fienda.

Res, quæ renascetur, res denuò generanda & edenda. Noli mirari quod tibi dixerim vobis esse renascendum, id est, oportere vos denuò gigni. Castal. in 3. cap. Joh.

Retractare.

Forte Librarij σφάλμα est: Reperi id nuper apud quendam νεώτερον. Imprimendum erat: Retractare. Est autem retractare aliquid, 1. simpliciter id est, iterum tractare, repetere. 2. cum emendatione aliquâ vel diligenti examine. Ita scripsit Augustinus libros Retractationum: Et Cicero ad Atticum opus Retractationis dicit pro Emendatione. Sic dico: Opus meum exit retractatiùs & castigatiùs, id est, limatiùs.

Revalesco.

Convalesco, è morbo recreor, consanesco, relevor.

Recogitare tempora facta.

Excitare memoriam ad præteritorum temporum (vel factorum) cogitationem. Hæc phrasis in lucem revocanda est. Revocare verò ad memoriam ex recogitare Scholasticis D. relinquendam, pro Recognoscere.

Repropitiari.

Qui peccavit, sine ulla mora Deum sibi repropitiari festinet pro reconciliari. Augustin. serm. 58. de tempore.

Rogarij Glossar. in 5. Pompejum Festum.

Rorarij (a rore) milites, qui levi armatura primi prælium committebant, quòd, ut ante imbrem fere rorare solet, sic illi quòd ante gravem armaturam prodirent rorarij dicti: Græcè ἀκροβολισταὶ, ἀκρόβολοι. Hinc vinum rorarium, quod dabatur rorariis.

Litera S.

SAGITTARE NEOTERICORUM.

Iaculari, jaculo petere, sagittam torquere, jaculo figere, jaculum emittere. Pro sagittator dices, sagittarius: pro sagittatus, sagitta ictus.

Saltem.

Saltem particula non diminuit, sed restringit ad minus: Paris. consil. 34. num. 7. lib. 3, Recentiores scriptores sæpe hâc voce utuntur pro duntaxat: (Abusus hic seu error nunc ferè est Oecumenicus) id quod improbant, qui in literaturâ Latinâ familiam ducunt. Sapiens εὐθυρρήμων ἐστι. Quis ita loquentem ferat? Deus saltem unus est, pro, Deus tantùm seu solùm unus est. Omnis causa ordine saltem naturæ præcedit effectum: Axioma verum est; Omnis causa ordine tantum naturæ præcedit effectum: Axioma falsum est. Cœcus igitur sit, qui non videat, Tantum & Saltem non esse idem. Si non ab omni pœnâ immunis esse, saltem miliùs puniri debet: Ita rectè loqueris: Si hic pro Saltem diceres Tantùm, errares sanè. Non est hoc ἀμφίδοξον: Sic: Elegans quidam vir, Viduare non saltim de uxoribus dicitur, aut quæ sub fœminarum sunt genere: sed omni spolio. Dicendum erat solùm. Est saltem pugna imaginaria, es ist nur ein spiegelfechten. Dicendum erat: Tantùm.

Salvum conductum dare

Sic loquuntur ὑπόξυλοι (lignei) Tu dices: publicam fidem dare, geleit gebent/ Sallust. ἄδειαν διδόναι. Pausanias. Sic loquitur etiam Arist. 5. Eth. c. 4. Sallust. in Jugurth. Qui Romam fide publica venerat.

Scenofactoria: Compos. è Græc & Lat.

Utitur HaymoEpiscopus in explic. epist. ad Corinth. Tu dices pro eo, confectrix Tabernaculorum, ars faciendi tabernacula: σκηνοποιὸς erat Paulus Apostolus, id est, confector tabernaculorum.

Sapida divinorum notitia. Schol.

Sapientia θεοσοφία.

Scinda sphæræ.

Barbarum hoc in Geometria. Itaq; malo periphrasin seu ἀφαίρεσιν, pars sphæræ quanta duobus semicirculis ipsius maximis super axe seu diametro in angulum coëuntibus intersepitur.

Scij artis. Hermol. barb.

Scientes arteis.

Scrutinio consequi.

Indagando, perscrutandoq; consequi.

Secundum quod stat sub nominibus primæ intentionis.

Sic loquuntur, qui pingui utuntur oratio-

tionis genere: Judices: Quâ ratione subjicitur nominibus primæ impositionis seu institutionis.

Semper vel communiter ejus lingua sonat hoc:

Semper vel plerunq; hoc in ore habet. Nihil ferè nisi hoc crepat: crebris sermonibus usurpat hoc in suis concionibus de misericordis Domini. Omnes Pauli Epistolæ crepant Gratiæ vocabulum; quod, quoties audis, intellige tibi commendari Dei misericordiam &c. Erasm. Roterod. Sic dicimus: Paulus nil nisi Christum sapit, sed alio sensu.

Sensaria animæ pars. Hermol.

δυνάμις αἰσθητικὴ, pars sentiens, sensus.

Semivirtuosus.

Qui præditus est tantùm ἀρετῇ honesta; in quo non est solida virtus; ἡμισπουδαῖος, ad imitat. Arist. 6. Ethic. ubi dicitur ἡμιπόνηρος, id est, qui ἀρετῇ quadam vitiosa præditus est, semimalus. Sicut contra πονηρὸς est, qui confirmato habitu improbitatis laborat; qui improbitatis ἕξιν contraxit.

Sensiterium.

αἰσθητήριον, organum sensui accommodatum seu destinatum, sentiendi organon.

Sensatus Insensatus. Non satis sensatus, Dion. Carth. & virtus Biblior. vers.

Sapiens, habens sensum, valens sensu, satis sanus. Minùs compos mentis pro hoc Dionys. Carthus. Est sensatus in verbis, & loquitur sapientialiter, dic loquitur sapienter, cordatè. Nota hîc sensum interdum sumi pro mente.

Sensifico.

Augustini verbum est, pro, sentire facio; (sic αἰσθητήριον philosophi Latinè verterunt instrumentum sensificum) Anima est sensibilis, id est, potentiam habet sentiendi, quia oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera vel levia sentire facit, inquit August. lib. de cognitione veræ vitæ c. 5. & ibidem eodem sensu ait; Anima invisibilis, sed sensibilis, visibile corpus, occulta vi sensificat & vivificat. Sensificum est Macrobij.

Sententionatus ab Ecclesia. Thom. Aq.

Pro damnatus sententia Ecclesiæ. Qui benè operatur, à judice summo justus esse sententiabitur. D.C. pro hoc dic, Justus pronunciabitur.

Servitiosus alij. B. Cocles.

Officiosus in alium, alij facilè gratificans.

Sessum capere.

Pro Sedem cõcedere sessum. Sessum hîc supinum, non nomen est, sitzen/gehen. Sic illos recipiamus sessum.

Signire.

Signare, insignire, signum imprimere, signo notare, consignare, sigillo obfirmare. Ulpian.

Silentiarius.

Novum est, pro imperans silentium, & ea curans, quæ ad quietem pertinent. P. Molineus; Minister arcanorum Principis conscius, qui arcanis principis silendis interest. Procopius. Sic auricularius.

Similitudinariè.

Mellius est Transsumtivè, per similitudinẽ, impropriè, metaphoricè, translatitiè, tralatitiè, cui opponitur propriè, verè, naturaliter.

Situatum est oppidum inter duos montes.

L. Inter duos montes interjacet: Sic: Inter duas syrtes interjacet. Plin. Duabus

bus syrtibus interjacet. Columell. Dicas syrtes interjacet. Plinius. Campus interjacet urbi & urbem. Plinius.

Solenniis.

Solennibus, id est, festis diebus, in singulos annos statis, quorum Cerimoniæ dicuntur solennitates.

Solstitium hyemale.

Nemo eorum, qui castè integrèq; locuti sunt seu in lingua Latina versati, solstitium hyemale, sed Brumam appellarunt tempus illud, ait Scal. exer. 28. Et Lucret. doctiss. Poëta, solstitium appellat τὴν θερινὴν τροπὴν Solis, ut brumam τὴν χειμερινήν. Hoc omnes veteres servarunt à minoribus depravatum, ait Ob: Gifanius in collect. in Lucr. Cicer. lib. 2. de nat. Deorum. Solis accessus discessusque solstitiis brumisq; agnoscitur. Sed recentioribus duo Solstitia demus.

Solvendo æs alienum non est.

Non est solvendo æri alieno.

Somneitas.

Somni natura: vel immoderatio, seu nimietas, ὕπνου περισσεία. Nimietas pro superfluitate in barbaris non habeo, etsi Cicero non utatur. Est vox hæc Columellæ Plinij & Jurisconsultorũ. Nunc rarissimè usurpatur. Ut autem ab Anxius anxietas, sic a Nimius fecerunt nimeitas.

Sophisticari.

Cavillari, argutari, σοφίζεσθαι.

Specificari per Formam.

Perfici per formam.

Specificabile.

Quod potest perfici, vel fieri certa ὄντος species.

Specificatum.

Contractum ad speciem, definitũ specie.

Speculatur. pass.

Non est in speculo res quæ speculatur in illo. Monach. Alanus; pro, non est in speculo res, quam speculamur in illo.

Squybala.

Medici σκύβαλα vocant duriora excreméta, quæ vulgo βαρβαρίζοντες squybola nominant. Joachim. Camerar.

Stat pro sumitur. Biel.

Deus hîc stat personaliter pro Filio, i. e. accipitur, sumitur, ponitur, At probum est & elegans; Conclusio stat, cui opponitur, conclusio jacet.

Stat pro consistit.

Omnis difficultas stat in eo, ut videatur &c. Javell. ut annotat festivissimus Frischlinus in Prisc. vapulante. L. versatur, consistit.

Sub apparentia veri, recti;
Sub prætensione Boni.

Specie veri seu obtentu, utrumq; Cicero; Obtentu seu specie boni.

Suadeo ad pacem.

Suadeo pacem, sum suasor pacis. Consuasor etiam Ciceronis est. Suadeo tibi de concordia. συμβουλεύω σοι περὶ ὁμονοίας.

Suboleo hoc.

Subolfacio, subodoror hoc, hoc mihi subolet. Terent.

Substantivus, a, um.

Augustini est Anima substantiva, pro reipsa subsistente, substantivum esse, pro realiter subsistere; De Ecclesiast. dogmatibus cap. 16. solum hominem credimus habere animam substantivam, quæ exuta corpore vivit cap. 17. Animalium animæ non sunt substantivæ, per animalia hîc bruta intelligit: De cognitione veræ vitæ elegan-

tiùs subsistendi verbo utitur, quicquid alij vitam subministrat, ipsum est necesse ut subsistat. Anima (hominis) vitam corpori tribuit. E. anima hominis realiter subsistit. Scholastici brutorū animas vocant qualitativas.

Successivè.

Progressu temporis προβαίνοντος χρόνου; Successu temporis προϊόντος χρόνου. Demosthenes.

Summa Summarum.

Summa summarum vulgus dicit pro deniq;, quod Græcis est τὸ πέρας, τὸ τέλος, per Ellipsin præpositionis κατά. Observa interim, rectè dici, Summam rerum, summam summæ, summam summarum à Lucretio pro eo, quod est τὸ πᾶν seu universum.

Super beatissimus:
Super carissimus.

Superbeatissima, supersimplicissima essentia Dei. Dion. Carth.

Superdignissima Deitas.
Supermirabile.

Supra modum beatus, ὑπερδαιμονῶν, supra modum seu summè beatum esse, ὑπὲρ enim valde seu supra modum significat. Pro superabundo, ego dico, supra modum abundo vel redundo; Superabundo autem dicitur per Græcismum. ὑπερπλεονάζω, quo utitur Paulus 1. Tim. 1. Sic pro supervinco (quod Græcis est ὑπερνικάω utitur hac voce Paulus Rom. 8. v. 37.) ego dico; egregiè vinco.

Superioritas.

Excellentia, ὑπεροχή, eminentia primatus, summatus, apud Lucretium.

Superficialiter proponere, respondere, intelligere.

Populariter, leviter, obiter, exotericè, pro re nata, oben hin. ἐπιπολαίως ἐξ ἐπιπολῆς.

Superlibenter:

Ejusdem Dionysij est, pro, quàm libentissimè, longè longèque libentissimè, plusquam libenter.

Superscriptio.

Inscriptio, titulus, ἐπιγραφὴ malo.

Superscribere.

Pro titulo insignire, ἐπιγράφειν, Modestini JCti est.

Super substantialis.

Damascen. dicit, Deum esse οὐσίαν ὑπερούσιον. Hoc verterunt Barb. substantiam supersubstantialem. Τερατολογία hæc esse videtur. Vertendum erat sic; Substantia eximiè, καθ' ὑπεροχὴν, eminentissimo modo, summè, supra substantiam. Nec placet Ens hypermetaphysicum, sed ens transcendens metaphysicum. Barbarus diceret supersupra naturale, vel supertrans naturale. Metaphysicum enim à vulgo philosophorum receptum est, etiamsi Græci μεταφυσικὸν non dicant.

Supereminenter.

Eminentissima quadam ratione Deus replet cœlum & terram, modo divino & θεοπρεπεῖ, i. e. Deo convenienti, κατὰ θεοπρεπές.

Supra caput, auffs Haupt.

In caput; ut, funestam homini malo seu inimico plagam in ipso beneficio dare, est carbones ignitos in ipsius caput ingerere.

Super lunam omnia sunt æterna

Æterna supra sunt omnia Lunam Æternum nihil infra cornua Lunæ est.

Suppeditare aliquem (a suppositione pedis.

Sup-

Supplantare aliquem, einem ein bein ſetzen ὑποσκελίζειν.

Suppoſitale.

Suppoſitale eſſe, Scholaſticis dicitur, τὸ εἶναι ſubſtantiæ ſeu naturæ ſingularis, vel ὑποςατικόν, id eſt, perſonale.

Ex ſui natura. Piccolom.

Ex ſe, ex ſua natura, ſua natura.

Suus pro ejus & ſibi pro ei.

Occurrunt uſpiam loca apud autores, non ſolùm malos, ſed etiam bonos, in quibus Suum, reciprocum poſitum eſt pro ejus. Ita enim quidam locutus eſt ex Neophytis: Petrum omnes amare pro eximia ſuà ſuavitate debemus. At ſic Cicero: Quem omnes amare pro eximia ejus ſuavitate debemus. Zabarell. lib. de natura civil. Cœlum ideo eſt corruptibile quia forma ſua non habet formam contrariam. Eraſmus Roterodamus, cujus oratio nõ eſt inculta, in Concione de puero Jeſu. Quemadmodum floridus ille Jeſu ſpiritus in noſtrum ſpiritum, redundabit: Ita noſter viciſſim in ſuum corpus influet, & quoad fieri poteſt, in ſeſe transformabit. Hîc videtur mihi pro Suum dicendum fuiſſe ejus. Vide Guilielmum Budæum, florem ſummum ſuperioris ævi latinorum & Græcorum Conſiliarium Regium, ſupplicumq; libellorum in Regia Magiſtrum in aureo ſuo commentario linguæ Græcæ pag. 28. 29. &c. Non parcitur ſibi pro ei ſæpè lego apud interpretes Juris civilis & Canonici. De locis duobus Ciceron. dubium nobis movet vitus Amerbachius. primus eſt lib. 9. Epiſt. Famil. epiſt. 14. Semper amavi, ut ſcis, M. Brutum propter ejus ſummum ingenium & ſuaviſſimos mores. Hîc inquit Amerbachius, eſt Enallage ſeu κατὰ χρόνος Relativi, Pro Reciproco, ſuum. Alter eſt lib. eod. Ep. 25. Cum M. Fabio ſummus mihi eſt uſus, valdeque eum diligo propter ſummam probitatem ejus. Rurſum hîc, inquit Amerb. Enallage eſt ejus pro ſuam. Sed Vitus (cujus natura nonnullis viſa fuit ἀντιλογική) hîc non agit rectè Ariſtachum. Nam canon de reciprocis & Relativis τὸ ejus in allatis exemplis approbat. In ſequentibus ipſum approbat. Turpiſſimum eſt ipſum à ſe ipſo vinci αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ ἡττᾶσθαι Plato. Oro Deum ne barbaricam vaſtitatem in his regionibus fieri ſinat, ſed Eccleſias ipſum veris gemitibus invocantes, & earum hoſpitia & honeſtam diſciplinam & doctrinarum ſtudia tueatur è. 3. Tom. Declamat. Phil. Melanch.

Semper de facto Scholaſt.

Vera fides nunquam eſt ſine bonis operibus ſed ſemper operatur de facto, ut loquuntur, hoc eſt ſua natura & immutabiliter: ſicut ſol nunquam eſt ſine radiis: ſua natura ſpargit radios.

Servitioſus dienſtbar.

Officioſus, benignus, χρηστός, facilem ſui uſum aliis præbens, omnium uſibus, veluti patens & expoſitus, qui χρηστεύεται, ut loquitur Paulus ad Cor. 1. 13.

Subſtanteitas.

Subſtanteitas eſt prorſus βάρβαρον. Pro eo te malim dicere, Eſſentia ſubſtantiæ, hoc eſt id, quo ſubſtantia eſt id, quod eſt: nempe per ſe & in ſe ſubſiſtentia.

Syllogizari.

Syllogizari Barbarum eſt, pro ſyllogiſticè inferri ſeu concludi: Sic dicunt Barbari: Primum principium poteſt ſyllogizari, non demonſtrari ut excedens eſt majus exceſſo: Totum eſt ex-

cedens, pars est excessa. E. totum est majus sua parte, quæ conclusio est primum principium, indemonstrabile.

Synonymeitas.

Synonymia: Sic dicunt Barbari sursei-tas pro sursum, τὸ ἄ.ω.

Specificata forma Alb. Mag.

Forma in specie constituta. Sic specifica est speciem seu substantiam faciens.

Scandalizari in decore virginis.

Intuitu pulcræ virginis ad libidinem incitari σκανδαλίζεσθαι, offendi.

Stallant equi.

Stallare factum è germanico & Thusco stalla, id est, stabulo pro paulùm interquiescere seu quiescere ad emittendam urinam.

Semel pro semper Barb.

U: semel dicam. Adversarius ita semel refutatus est. Ita semel habete seu accipite. Hoc semel decrevi. Semel dixi.

Substantivari: ut mille cum substantivatur est singular:

Cum est substantivum, cum fit substantivum. Sic adjectivari dicunt pro induere naturam adjectivi.

Litera T.

TERNI LIBERI.

NOn, ut dicitur ternæ mihi sunt ædes, sic dicitur terni mihi sunt liberi, unos dedi in alienā familiam, alteros misi in Academiam Marpurgensem, tertios domi meæ retineo: sed tres mihi sunt liberi quorum unum in alienam familiam dedi, alterum misi Marpurgum, tertium domi meæ retineo. Quia in iteratione ὑπακούεται (subauditur) filius. Nam & Quintilianus & Jurisconsulti veteres posuerunt in singulari numero liberum pro filio. At accepi binas literas dici, non duas quarum alteris jam pridem respondi, non alteri, notius est quàm ut à me inculcari debeat.

Transmentatio.

Mutatio mentis, μετάνοια, reditus ad sobrietatem animi, ad sanam mentem, pœnitentia, sapere post factum, quod & Græcis aliquando ἀνανήφειν ut Apostolo 2. c. ad Timot, emendatio vitæ, mutatio sensus, mētis suæ revocatio. Revocare se, id est, mutare sententiam.

Quorsum nos transversum abripuit dolor. soloecismus.

Sed quorsum nos transversos seu in trāsversum abripuit dolor. Ad rem redeamus.

Taciturni & placidi sitis ad me audiendum.

Lat: Favete & linguis & animis mihi verba facturo, hoc est placidè auscultate. Cic. lib. 1. de Divinat. Aliud sc. esse esse taciturnum quod virtutis est, aliud tacitum, quod est actionis. Itaq; dicitur à Livio habere aliquid tacitè non taciturnè, etwas bey sich verschwigen halten. Græci dicunt eleganter ἐπέχειν τὴν γλῶσσαν lingua favere, das maul halten/nit reden einhalten. Poëtæ dicunt cum Sillio; Mente favete. Græci dicunt εὐνοεῖν interdum εὐφημεῖν pro ἡσυχάζειν, id est, quietum esse. Daniel Heynsius in 16. lib. Sil. notis.

Testamentarius.

Pro executore testamenti non rectè usurpatur Cæteroquin latinum est.

Thesaurizo.

Eccle-

Ecclesiasticum verbum θησαυρίζω est. Pecuniam condo, malunt cultiores & Thesaurum repono, asservo.

Non tenet argumentum vel consequentia.

Sic loquuntur barbari Scholastici, imò etiam ex latinis quidam hos imitati vel potius decepti loco Ciceronis lib. 4. de Finib. de quo in verbo TENEO. Tu verò dices; Nihil conficit, nullam habet vim hoc argumentum; Consecutio nulla est, non convincit, non est πιθανάγκη, persuasio cogens, seu persuasio cum necessitate. Argumentum nihil concludit, nihil valet.

Terminativè.

Scholasticorum hoc, pro eo quod est objectum ipsum, vel modo objecti vel termini.

Tormentare.

Excruciare, cruciatibus, seu cruciamentis conficere.

Travio.

Traviare seu transviare, pro transire antiquatum est. Sic quidam legunt in Lucretio lib. 5. Traviat ignis, sed ego malo legere transmeat; vel trameat cum Gifanio. Sic tralucere pro pro translucere est apud eundem poëtam.

In tantum vel tanto, quòd, pro ut.

Sic loquitur Biel pro hoc dicendum. Adeo, ut cum subjunctivo.

Timoratè, timorata gloriatio. Dionys. Carthus.

Cum timore, Gloriatio cum timore Dei conjuncta.

Hoc tento à supino tentu verbi teneo. Biel.

Hoc probè fixo. Cicero. Hoc si teneatur.

Tædet prolixa oratio. Isidorus.

Pro tædium parit oratio, tædet orationis verbosæ.

In tot mille hostiis.

In tot millibus hostiarum quas vocant, In toties mille particulis.

Ter millia hominum, nummûm.

Tria millia. Sic duo millia, non bis millia.

Tenere meritorium hospitium.

Exercere caponam. Ulpianus.

Non tenere conditionem, personam suam.

Discedere, recedere, resilire a cõditione, discedere a persona sua Modestin. de usufructu lege Titio.

Tumultuat.

Tumultuatur, turbat. Sic vocifero pro vehementius clamo seu vociferor.

Taliter qualiter.

Utcunq;, qualicũq; modo, mediocriter.

Totaliter.

Omni ex parte, ex toto Cicer: Non est totaliter sapiens pro non est plenè sapiens. Cic.

Treis sub sole viris, treis super astra diis.

Treis viris, treis diis solœcismi sunt. Treis enim pro Tribus non dicitur.

Trinaria propositio.

Averrois sectatores sic loquuntur. Aut seu Aristoteleis propositio seu enunciatio. Conjunctione seu syndesmo una, ut Deus est justus. Opponitur ei simpliciter una, Deus est, quam vocant Averrois discipuli Binariam.

Tyrannicissimus.

Græcismus est, pro crudelissimus tyrannus.

Tyran-

Digitized by Google

Tyrannicida pro τυραννοκτόνῳ.

Vindex dominationis, oppressor tyrannidis, percussor tyranni, qui tyrannum necat vel necavit.

Themista mascul. genere pro Jurisprudente seu legum consulto.

Non placet. Nam Themista fœmin. gener. idem est quod Themis, Θέμις, (cujus genitivus est ιδος & ιςος, Idis & Istis) seu Δίκη.

Trufator, Trufa.

Deceptor, Deceptio, est impostura.

Tangibile. vulg.

A philosopis multis receptum. Ciceroniani malunt. Tractabile, quod sub tactum cadit.

Litera U.

ULTIMATUM, ULTIMARI.

PRo ultima forma Scholasticorum dic perfectio seu forma, in qua natura conquiescit, forma constans; in qua promotionem sistit natura, non comparata ad ulteriorem operam, ideoq; excellens, stataria, σταδιαῖα. Ultimari autem & omninò actuari Barbarorum est ultimam διάθεσιν acquirere ad hoc ut natura alicujus introducatur: ut cum calor non modò alteratur, sed & mutatur in igneam naturam (unde febris existit) radicatus jam & habitualis factus. Plus hoc est, quàm calorem intendi & à medio deflectere: sicut plus est calorem esse radicatum, id est, suis firmatum radicibus, & habitualem, quàm intensum. Intemperies seu Distemperies ultimata est; quæ ad terminum & perfectionem perducta est, cum naturalis temperies subversa est seu destructa. Huic opponitur fiens & media, quæ habet partem fientem & partem factam ac insuper futuram, id est, adhuc est in motu. Ego pro ultimari barbaro dico: Ad extremum deduci, ultimam perfectionem consequi, absolutè perfici, perfectè absolvi. Perfectè enim absolutum Ciceronianum est: Dicitur & ad exitum perduci à Cicer.

Ubi mansisti ultimò vel ultimatè.

Recita ab eo loco ubi proximè desiisti, restitisti. Autor ad Herenn. Etsi non ab eo in quo proximè desitum erit deinceps incipietur. Indocti etiam hic pro Deinceps dicunt Consequenter.

Unde evenit, quòd: unde venit ut verear: unde venit esse, exinde venit tot esse sectas.

Qui ita loquuntur, discant se retexere sic: Ex quo tot sunt sectæ; Ita fit, sic fit, ut tot sint sectæ: Quò evenit, ut fit. Daher kompts/ Ex quo nimium, quantū tu meus, id est, ob quam caussam Sic Manutius inconsequens, inquit, est locutio, ex quo vereor, Darumb oder daher fürchte ich) ne incorruptè legatur hic textus Ciceronis l.3.fam.Ep: Quia non obscura est tua in me benevolentia: Sic fit, ut multi velint per me tibi commendari.

Unigenea.

Quæ ejusdem sunt generis.

Unigeneitas.

Homogeneia.

Unimodè.

Pro Unimodè dices, uno modo, una ratione, uno tenore. Tenor enim interdum idem est, quod modus, progressus & continuatio rei æquabilis. Sic Livius: Tenore uno rem peragere, In einem zug und thun immer hin/

Basil.

Basil. Fab. Cic. in oratore: Uno tenore in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem & æquabilitatem. Hic posterius est explicatio prioris.

Ut pro quod Piccolomineus.

Ut pertinet ad primum.

L. Quod attinet, quod pertinet, seu spectat ad primum.

Usuale.

Usuale, quod usui nostro servit, JCtorum est: Usualis locutio. Hermolai Barb. est, pro quo alij malunt, popularis locutio, (oppos. philosophicæ) locutio, quâ solemus uti: Quod vulgò dicitur. Verba Hermol in 4. phys. Usualis illa locutio reperitur, quâ solemus plerumq; in se ipso esse aliquid dicere: Sed scire licet, hominem non primò, sed per aliud in seipso esse posse.

Ut.

Solœcum est, τὸ Ut, præcedente. Adeò, in tantum, vel simili particulâ intendendi Adverbiali vel nominali subjungere Indicativum vel Infinitivum, quem vocant, modum: Itaq; observanda, non imitanda sunt, quæ sunt in Jure Justinianeo: Instit. lib. 2. tit. 16. de pupill. subſtit. Pupillare testamentum pars & sequela est paterni testamenti, adeo, ut si patris testamentum non valeat, nec filij quidem valebit. (pro valiturum fit, seu valere possit) Græcus dicit ὅπως vel ὥστε. lib. 1. de excus. tutor. h. t. 25. Qui tutelam alicujus gessit invitus, tutor ejus fieri non compelletur; in tantum, ut, licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adjecerit se eundem curatorem dare, tamen invitum curam suscipere non cogendum, divi Severus & Antoninus rescripserunt, pro, rescripserint. Excusari hæc possunt per Atticismum: Attici enim ὥστε & ὅπως cum Indicativo construunt. Ejusmodi est, quod Ut causali subjungitur infinitum verbum in leg. 62. ad L. Falcid. In lege Falcida hoc esse servandum Julianus ait, ut si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, siquidem soli sint, in eâ re dividi inter eos debere obligationem. (pro debeat obligatio) Solœcophanes hoc excusetur per Græcismum: ὡς διαιρεῖσθαι, (ut hoc Horatij: Non Babylonios tentaris numeros, ut melius, quicquid erit pati (ὥστε φέρειν, id est, ut melius patiaris, quicquid erit) vel, si fortè hoc tibi placeat, expungatur Ut, & constructio omninò constabit. Geminum his illud Ulpiani: Hodieq; obtinent in ut differenter Quæstores creari (pro ut indifferenter creentur) l. unic. de offic. quæstor. Tmesis seu διακοπὴ hic & Hellenismus est, vel Ut tollendum est, ut redundans. Vide 1. parerg. sap. Gentilis. Addo solœcismi hujus exemplum ex cap. 28. Soliloq. August. Ipsa etiam reprobatorum oratio vertitur in peccatum ut si etiam usque ad cœlos ascenderint & caput eorum nubes tetigerit & inter sidera cœli collocaverint nidum suum quasi sterquilinium in fine perdentur. Hîc Augustinus subjunxit particulæ, Ut non positæ τελικῶς, sed ἐκβατικῶς indicativum, pro perituri sint, vel perditum ituri sint.

Zelare.

Æmulari, invidia moveri, Zelo commoveri, Zelo ardere, æmulari cum invidia, & livore. Gloriam alicujus Zelare in veter. vers. Ecclesiast. pro æmulari, appetere, ardenter seu ardenti studio. Ne Zeles mulierem sinus tui 9. cap. Ecclesiast. pro uxorem in sinu tuo requiescentem ne ames, ut Zelotypus.

Zindela.

Serica tela simplex, Zindel.

Jocundari, jucundari, jucundare, jocundus.

Augustini sunt jucundare pro voluptate afficere & jucundari pro delectari seu oblectari vel in voluptate esse, refici, recreari, jucunditate perfundi, relaxare animum & dare se jucunditati, Cic. Itaq; dices pro hoc Augustino. Anima suavissimis jocundatur odoribus, Spiritus recreantur seu reficiuntur &c. Pro hoc, Jucundemur labore confecto, jucundè vivamus. Cic. Jucundi acti labores.

Pro jocundus dic jucundus, Qui alteri est voluptati. Gratus ab eo differt, ut species à genere. Nam jucunda sunt item grata, sed non continuò grata sunt etiam jucunda. Grata ægroto est medicina, verum injucunda & insuavis: sed sitienti vinum bonum & gratum & jucundum est.

Juvativum fortiter.

Hoc electuarium est fortiter (id est valde) juvativum.

Tu dices: Ad valetudinem multum juvat hoc electuarium.

Judicabile. Doctis hoc judicabile est.

Quod judicari potest: quod cadit sub judicium, quod facile est judicatu, de quo potest fieri judicium εὔκριτος λόγος dicunt græci: Latinus non potest hoc interpretari Judicabilis oratio, sed sic: Oratio benè distincta, perspicua, ad intelligendum facilis interprete magno illo. Orator. J. Sturmio. in elocut. doctrina pag. 548.

Juxta mare venit.

An dicatur hoc satis latinè, haud scio, cùm præpositio Juxta non soleat notare motum ad locum, sed quietem vel motum in loco, ut si dicam sedet juxta mare, ambulat juxta mare. D. Piscator. Dices igitur, Venit ad mare. Sic Horatius: Ad mare cùm veni.

Vel & Aut pro An. Javell.

Quæritur utrum locus sit entitas respectiva vel absoluta quidditas Aristoteli maximè dubium videbatur, esset ne cœlum corpus univocum, vel duntaxat analogum. Sic ἀγεώμετροι philosophi pro An. Sic: querar vel sileam, pro an.

Vel pro sive Zab. in comm. in 1. poster. Sint causæ vel non sint, satis est: si cognoscamus hæc duo media non esse ejusdem ordinis.

Sive sint causæ, sive non.

Sive velim, sive nolim, cogor certam defendere sententiam. Sic Cicero; Nulla ejusmodi adstrictus sum necessitate, ut mihi, velim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia.

Visorium apud Hermol.

Maluntalij organum aspectus, ut pro tactorio, organum tactus.

Venerosus.

Venereus, libidinosus, deditus venereæ voluptatis.

Verifico, verificari.

Probo, verum esse ostendo, verum reddi.

Versorium à verro.

Scopæ ein Besem/ Detersorium aliud est, nempe peripsema, περίψημα, ein Kehrwisch. Scoparius scoparia, cujus ministerium est scopis purgare. Ulpian.

Vis incumbit vel affertur mihi hoc agendi.

Necessitas incumbit mihi hoc agendi: necessitas mihi affertur respondendi, assentiendi, abeundi.

Vafrissimè colligis J. Roffensis.

Vaferrimè colligis.

Verticatio.

Verticatio pyramidis in aëre. Est in comment. in Opt. Alhazeni. pro hoc mihi attridet fastigiatio pyramidis.

Vicinari alicui. Barb.

Lat. Vicinum fieri alicui.

Victimari.

Lat. In victimam occidi, in victimam confici, immolari, sacrificari. Victimari utuntur, qui inquinatè loquuntur.

Victoriales literæ.

Tu dices cum Cic: Hæ literæ sunt nunciattices victoriæ: Hæc Epistola est nuncius vel nuncia victoriæ: literæ sunt victrices, i. e. victoriam denunriant, prædicatione impropria.

Victualia.

Cibatia, commeatus. Cic. & L. Vall.

Violentari.

Voluntatem violentari includit contradictionem Barb.

Lat. Cogi, necessitate adstringi.

Vocalis contrarietas.

Vocalis contrarietas dicit Scotus & opponit ei Realis. Nos verborum pugnam dicimus & dissensionem in verbis.

Prima jam vice hoc experior.

Delicatæ aures hoc respuunt. placet: Nunc primum experior; Ante hac nunquam idem expertus sum. Nicolaus Perottus, cavendum, inquit, est ne dicatur Hac vice tantum, sed semel tantum. Nec una vice tantum, sed semel tantum. Nec duabus tribus aut quatuor vicibus, sed bis, ter, quater. Nec Quot vicibus sed Quoties. Nec multis vicibus, nec multoties, sed pletunq; vel sæpenumero. Nec faciam hoc alia vice, sed aliâs. Nec prima, secunda, tertia vice, sed primo, secundo, tertio (vel primùm secundùm, tertiùm) Nec ultima vice, sed demum, tandem, postremo, ultimo, vel postremùm, ultimùm.) Terent. Nec illic ridebam primo. Erasm. Rot. Cum primùm esset baptissaturus infantem. Idem. Venia primùm experienti. Idem Act. 10. Hoc autem factum est tertio. Attamen idem Johan. ultimo: Hac jam tertia vice manifestatus est discipulis Jesus, pro. Ita jam tertio sese exhibuit discipulis. Pro prima vice nusquam inveniri etiam asseverat Cornelius Crocus.

Versificare extemporaliter.

Ex tempore versus fundere, id est, subito: ex tempore, ipso penè calami ductu versus facere. J. Lud. de la Cerd.

Voluptas.

Voluptate afficit, oblectat, delectat, voluptatem animo affert.

Voluptuatur Musica.

Delectatur Musica, oblectat se cum Musica, in Musica.

Vestigialiter.

Per modum vestigij. Creaturæ quæ sunt intellectus & voluntatis patticipes repræsentant Trinitatem per modum imaginis, aliæ per modum vestigij G: de Valent. quia imperfectè illam repræsentant.

Veritas non quærit angulos. Vulg.

Inter barbara numerat quidam. Verùm huic non assentior, etsi non negem elegantius dici, Veritas non quærit, non amat latebras. Hoc autem improbo, Veritas non vult absconsa esse in angulo, pro abditè latere. Pro Absconsum dico abditum.

ΠΡΟΣΘΉΚΗ.

Ad invitationem ejus adsum Germanis. auff sein laden und erfordern.

INvitatu ejus assum. Sic Cicero coactu impulsu & efflagitatu ejus feci.

Æstuatus.

Æstu affectus.

Ab intus, ab intro.

Intus, intrinsecus.

Æternaliter.

In tempus sempiternum, immensum, infinitum. Cic.

Animarius appetitus Piccolominei.

Animalis appetitus, ὁ ψυχικὸς.

Amat sic, ut nunquam magis.

Amat, ut cum maximè. Terentius.

Sic Cicero. Domus celebratur ita, ut cum maximè.

Ab omni parte locove quærere.

Undiq; (vel ex omnibus locis) perquirere & investigare. Uno verbo eleganter Anquirere, ubi An significat circum. Cicero in officiis ex lectione Georgij Fabritij. Ut omnes locos, qui insunt in ea re de qua scribimus anquirentibus nobis omniq; acie ingenij contemplantibus ostendunt se & occurrunt.

Adtholare Adtholari.

Μικτὸν est ex latino & græco Ad & θόλος, quod subjecit mihi nobile ingenium Casp. Barth. pro ἀνατίθημι suspendo tholo, dedico, consecro. Virgilius suspendi tholo dicit.

Æstimatio: ut & Reputatio, pro existimatione, vel hypolepsi, & vis æstimativa animæ, pro existimatrix.

Dices, existimatio, ὑπόληψις, opinio. Bona existimatio divitiis præstat, id est, nomen, fama. Dicitur autem existimatio, cùm de eo, qui existimat, (*activè*) tum de eo, de quo alij existimant, (*passivè*) ut, violare alicujus existimationem, id est, nomen, famam, Lambin. in Eth.

Quid æstimas nobis faciendum?

Quid censes, putas, nobis faciendum? Quid es nobis autor? *Cic.* id est, quid suades? Periphrasis hic retinet casum verbi, pro quo ponitur.

Æruscare: obsolet.

Pecuniam undiq; quibuscunq; artibus aucupari & colligere. Usitatum tamen hodieq; Æruscator pro eo, qui homines decipit pecunia, de quorum genere impostores illi, qui subæratos nummos aliis annumerant.

Advolvi genua, adhærere corpus, assidere latus adjacere sponsam, ἀρχαϊσμὸς.

Volvi ad genua: advolvi genibus, accidere ad pedes alicujus, sedere ad latus, ad sponsam adjacere, ad corpus adhærere, vel, hærere ad corpus, vel adhærere corpori: Sic ἀρχαϊσμὸς est; Advertere animum hæc: pro: vertere animum ad hæc. In his autem omnibus archaismis præpositionem verbo adscripserunt, nomini denegatam.

Ampullari.

Pro eo fortè malis illud Horatij: Projicere ampullas (λόγων ληκύθους) & sesquipedalia verba. ἡ λήκυθος ampulla est, 4. Eth. Nicom. Arist. c. 5. Sed ampullari barbarum non est: utitur enim eo Horatius.

Artificiatum. Piccol.

Arte factum: τέχνημα, artificiosum, res artificialis.

Assistentiâ tuâ opus habeo.

Societate auxilii tui, præsidio, προστασίᾳ, patrocinio, te προστάτῃ mihi opus est.

Acidiari, acidiosum fieri: vers. Ecclesiast. & Dionys. Carthus.

Remissum fieri. Barbara vox est ab Acedia, quæ significat tædium honesti laboris, G. ἀκηδία, cui contrar. φιλοπονία, industria.

Adhuc semel. Idiotism. Germ.

Iterum, secundò, denuò.

Agonizat ejus anima. Agonizat pro veritate, Ex Idiotism. Græco.

Est in extremo agone, jam desinet esse inter superos, ut loquitur Erasm. Roterodamus; Jam exspiraturus est vitam, (quod Græci per πλευτᾶν exprimunt, elleipsi Accusativi. Dicunt & ἔχειν ἐσχάτως, in extremum adductum esse, in letzten zügen sein.

Decertat, pugnat, pro veritate, luctatur cum Adversario pro veritate; Græci dicunt ἀγωνίζεται

Æditimus, æditimor: antiq.

Pro his nunc æditnus, ab æde & tuendo: ædem tueor q. æditnor Lucretii est. Varro. A Lucretio hoc etymon confirmatur, quippe qui æditnentes dixerit pro æditnis. Porrò quod quidam volunt æditimum dictum q. ædis intimum, non placet: Nec enim legitimus est quasi legis intimus, nec finitimus, quasi finis intimus. Dicitur & æditua genere fœminin.

Assiduare. Versor vetus Ecclesiastic.

Assiduare flagella.

Frequenter usurpare: pro eo Plinius usus est continuare.

Amphibologia.

Minus hoc probum, etsi vel ipse Er. Rot. sæpe utatur, putatur ab iis, qui tantùm utuntur voce ἀμφιβολία, sic ἀμφιβόλως vel ἀμφιβολικῶς, id est, ambiguè, non autem ἀμφιβολογικῶς. Porrò ἀμφιβολογία non est ab ἀμφίβολος & λόγος: Dicendum enim esset ἀμφιβολολογία, amphibolologia, quod prorsus caret autore.

Aporiari: fact. à verb. ἀπορεῖν.

Pro *Aporiari* interpretis seu versoris vet. Test. dices, adigi in angustiam, in arctum cogi, valde premi rei familiaris angustiâ, redigi ad summam angustiam, adduci in angustias, perplexum esse, & hærere, inopem esse consilii. Ἀπορία enim dubitationem, indigentiam consilii, inopiam significat.

Brutalis factus est.

Mens ejus ex statu & sede sua dimota est: obbrutuit.

Compedire, compediti.

Pedibus constringere seu colligare, mente capti.

Condividere scientiam, **mittheilen.**

Sic Dionys. Carthus. barbarissimè pro communicare cum aliquo.

Coæquævus.

Coævus, Æquævus.

Consessio Senatorum.

Consessus Senatorum, **der sitzende Raht.**

Communiter pro frequentissimè fit hoc.

Plerunq; hoc fit. Communiter aliqua re uti aliud significat, nempe communionem. Significat unà, promiscuè, universè, de communi sententia: ut communiter ita pronunciatur.

Enumero inter, pro in eundem numerum refero.

 Aliud

Aliud est enumerari aliud annumerari. In actis Apost. cap. 15. 28. Scortationem inter adiaphora enumerari verum est: Adiaphoris annumerari, in indifferentium numero poni, seu in adiaphoris numerari, hoc est, pro adiaphoro haberi, seu in adiaphoris haberi falsum est. Alius enim generis actio est, nempe καθ' ἑαυτὴν vitiosa.

Exterminium. Exterminare Scholasticorum ut D. Carthus. pro perditione & perdere.

Pro extermino in hoc significatu malim interfectio, occisio: pro exterminare perdere destruere. Pro hoc Ægyptiorum nobiliores simul cum Rege suo exterminati sunt dico perierunt, interierunt submersi sunt in rubro mari. Exterminare autem Ciceroni est finibus expellere exturbarevé, quasi extra terminos ejicere, ut exterminare aliquem ex Hassia græcè ἐξορίζειν.

Sed objici potest Exterminare pro evertere, è medio tollere, verderben/ verstören/ usum esse Ciceronem pro domo sua.

R. istos loci Exterminator significat expulsorem seu exturbatorem.

Deus creavit hominem inexterminabilem. vet. vers. B. bl.

Deus creavit mortis expertem, immortalem, immortali vitæ conditione, sempiternum.

Expedientius est. Schol. D.

Utilius, magis expedit, Apud Plautum est conducibilius.

Eat quisq; in cor suum Germanis. M. L.

Quisque excutiat se ipsum.

Pro rei Exigentia.

Pro ut res postulat, ut res exigit, nach notturfft der sachen.

Ex multo tempore & adhuc Germanis.

Jam olim mihi summa necessitudine junctus est, lange gewesen vnd noch. Jam olim barbaris odio sunt literæ. Barbari dicunt sunt odibiles.

Excessivè.

Extra modum, præter modum, ultrà quàm satis, nimium, plus æquo, ultra medium, seu μεσότης.

Evidentialiter apparet.

Evidens est.

Evincitur hæc sententia (pro evertitur.)

Νεόφυτος quidam scriptor ita locutus est contra morem stylumq; latinorum. Dicendum. Hæc sententia enervatur evertitur. Evincere enim est, erzwingen/ conficere, concludere, cogere. Evinci est convinci, obtineri, confici, cogi. Sic dicitur à Cicerone. Ex quibus id quod volumus evincitur, conficitur, cogitur (συνάγεται græcè.)

Extumulare. Schol.

Humo, tumulo, effodere, eruere, mortuos effodere, ossa alicujus effodere ἀνορύττειν. Exhumare probat Perottus pro extrahere ex humo.

Exinde, Exin pro ex eo.

Exinde significat ordinem, ut Deinde Indidem significat ex eodem loco.

Ex dispositio convenerunt. Macrob.

De industria, ex pacto & conventu seu convento. Cicero.

Imprimere suas observationes in Ciceronem pro typis describere, excudere.

Est, qui hoc carpat. Sed licere in re nova uti

uti novo verbo, sentit Nizolius. Ejus sententiæ me adscribo. Sic Cisiolanus novum seu πεποιημένον recentiorum artificum, pro Calendario syllabico, seu libello continente mensium & festorum dies, loco non moveo.

Irrefrenatè irasci.

Irasci supra modum. Graviter exardescere iracundia & stomacho. Cic.

Incinerari. Scholast. D.

In cineres redigi.

Insolesco pro in consuetudinem venio.

Inolesco.

Intentio pro fine.

Malim Scopus proposit⁹, πρόχειμενος σκοπὸς, Galenus.

Mala mensura.

Maligna, parca mensura.

Non semel: idq; non semel, pro ne semel quidem.

Non semel significat plus semel. Sed ne semel quidem negat etiam τὸ semel.

Nunquid unus mundus, an plures?

Valla improbat. Nunquid et de uno interrogat. An de pluribus. Erasmus approbat. At locus Ciceronis 2. de legibus adversari⁹ esse Vallæ videtur. Nunquid vos duas habetis patrias (unam loci seu naturæ, alteram juris seu civitatis: unam quæ genuit, alteram quæ excepit) an est illa una patria communis?

Portarius portaria.

Janitor, janitrix, custos ad limen, ostiarius, ostij custos.

Propalare.

Palàm facere, aperire.

Recipere aliquem ad sessionem.

Cic. Recipere aliquem sellum, ubi sessum est lupinum.

Practicare mala. Dionys. Carth.

Excogitare fabricari machinari.

Speculatores.

Corruptum pro spiculatores, id est, satellites qui gerunt spicula ad discudendum corpus principis.

EXEMPLA MUTATIONIS SENTENTIÆ vel Phraseos vulgaris seu trivialis, aut minus puræ in elegantem, brevis in copiosam, obscuræ in perspicuam.

Verba Oris sunt expressiva interioris conceptionis affectionisq; cordis.

Voces & scripturæ sunt humanarum conceptionum & affectionum δηλώματα atq; Symbola, sunt νοημάτων in mente nostrâ hærentium effigies & simulacra, sicut νόημα rerum extra mentem positarum, sunt rerum ipsarum non fallaces imagines atq; ὁμοιώματα, id est, assimilationes.

Cœlum rotatur orbicè.

Cœlum in orbem torquetur, cœlum circum axem movetur, versatur (id est, vertitur, volvitur) admirabili celeritate.

Actus mentis reflexus seu circularis.

Motus mentis in se conversus, νοῦ εἰς κύκλον κατάκαμψις, mentis in seipsam collectio, in seipsum recursus, ad seipsum reditus. Leo: progreditur animus à sua naturâ intelligibili ad corporea, & ab his rursus ad intellectum recurritur. Cic: Animus seipse convertans. Animus à medio profectus seseq; ipse versans.

Omnia desiderant esse perpetua, quantum possunt.

Omnia desiderio perpetuitatis tenentur.

Qua

Quà potest ea pro se quicq; id agit, ut particulam sibi divinitatis immortalis capiat. Natura nititur ex summis viribus, ut se ad imaginem quandam immortalitatis & divinitatis componat. Barb.

Homo proponit, Deus disponit.

Homines quidem multa constituunt, sed humana consilia divinitùs gubernantur, & ea tum demum, si Deo visum fuerit, exitu comprobantur.

Transfer re hypothesin ad thesin.

Controversiam avocare à propriis personis & temporibus ad universi generis quæstionem. Avocare controversiam à circumstantiis ad universi generis orationem. Aristot. vocat 8. Top. ἀπόςασιν.

Principium individuans.

Characteristica seu singularis ꝓprietas.

Obduratio Dei non est actus DEI positivus, sed negativus.

Hoc Augustinus sic dicit: Obduratio DEI est nolle misereri, ut *non ab illo irrogetur* aliquid, quo sit homo deterior, sed tantùm quo sit melior *non erogetur*: Et: Deus obdurare peccantes quosdam dicitur, quia non miseretur eorum, nō quia impellit ut peccent. Et: Non obdurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam. Ad Sext. Roman. Presby. Epist. 105. Ad sextum artic. falsò ipsi impositum: Non imittit malam tentationem in cor. Ad 24. art. falsò. imp. Deserere deserentes. Ad 17. art. Non præparat ad peccata, Ad 11. art. Non indit Dei peccandi voluntatem.

Dici ad convertentiam.

Reciprocari, converti.

Si non pones ea circumstantialiter, judicari ista nequeunt.

Nuda ista si pones, nequeunt, id est, ἀπεριςάτως judicari, qualia sint, non facilè possunt. Cic.

Subjectum coincidit in idem numero, cum efficiente, cujus actio est ad intra.

Subjectum idem numero est cum efficiente interno, seu, agente per emanationem.

Sine prævia dispositione.

Sine apparatuum antegressione, sine præcedente διαθέσει, sine προπαρασκευῇ.

Sine formidine assentire.

Non languidà fide, non dubitanter, sine omni dubitatione, non titubanter.

Formidare de opposito. Greg. de Val.

Vereri ne non sit verum, ne assertionis assensus sit falsus, dubitare, utrum sententia proposita vera sit.

Forma in ordine ad materiam.

Forma relata ad materiam.

Inorganicæ potentiæ sunt reditivæ & reflexivæ super seipsas: reflectunt se super se. Dionys. Carthus.

Illiterata & illota hæc: Ipse Dionysius tersiùs sic ferè: Animæ facultates non organicæ intelligunt & volunt seipsas & suas ipsarum actiones (proprios actus) & quicquid est hominis.

Utrumlibet contingenter, ex æquo verum aut falsum.

Sic vulg. Elegantius ita: pro re nata verum aut falsum, ὅπη πέρ ἔτυχεν.

Propter nostrum affirmare aut negare.

Sic Schegkius: propter nostrum affirmare aut negare non erit quippiam, aut non erit, cum nostra notitia non sit mensura rerum, sed res potiùs ipsæ sint

sint mensura notitiarum. Melius: propter nostram affirmationem vel negationem. Sic Theologi, propter nostrum credere: Melius: propter nostram fidem.

Nullum corpus Organicum habet partes simultaneas.

Illiberale planè hoc est: Tu dicito: Omne corpus organicum habet partes extra partes, id est, habet ita, ut, uni una est, ibi simul non possit esse alia. Politianus.

Habere partem extra partem.

Partes ita dispositas & ordinatas habere ut (non solùm ratione, sed &) situ discriminatæ sint, ut una sursum versus, alia deorsum versus, una foris, alia intus, una ante, alia post consistat, ut alibi collum, alibi manus sit.

Non hoc competit utriq; univocè.

Non hoc convenit in utrumq; æqualiter, secundùm eandem essentiam.

Ens intentionale.

Ens intellectu apprehensum, νοητὸν, cui opponitur, quod extra mentem existit.

Aliquid creatur ex praexistente materia inidonea.

Latin. & periphrasticè: Quædam res prius non existens fit subitò absq; ullo motu, solo DEI jussu ex materiâ quidem, sed habente in se nullam rei producendæ potentiam definitam.

Prima causa vim suam in secundam influit.

Prima causa Deus vim suam in secundam causam infundit, vim suam cum secundâ causâ communicat.

Fundamentaliter planè argumentum illius refutat.

Illius sententiam planè convellit, & ab radicibus elidit omnes fibras argumentorum ejus, omnes illius argumenti stirpes & fibras penitùs elidit; vel: Argumenta ejus funditùs evertit. Similia his collige: literis & ocio hic abuti non videberis.

Necessaria causa necessario & ad extremum agit.

Necessaria causa necessariò ac tota vi seu facultate fertur ad effectum: quicquid necessariò aut naturaliter agit, ad extremum suæ potestatis agit.

Finita virtus non agit instantaneè.

Finita vis & potestas tempus ad agendum requirit, non agit momento.

Naturalia fiunt ferè unimodè.

Res naturales eodem tenore progrediuntur seu fiunt, nisi externâ potestate prohibeantur.

Omne ortum tandem interit.

Quæcunq; orta sunt, suapte naturâ sunt occasum habitura: Earum rerum, quę essentiali causarum ordine conjugatæ sunt, nulla ortum habet, quæ occasu non concludatur; Mundus ut ortus est, sic tandem aliquando interiturus est.

Linea arcualis non potest rectificari.

Linea circularis (arcuata) non potest fieri recta: Directa non potest omni ex parte æquari lineæ rectæ: non potest perfectè adaptari & congruere rectæ. Itaq; quadratio circuli fieri nequit.

Vertere ad literam non est necessarium.

Non necesse habemus verbum pro verbo reddere.

Caritas naturâ incipit à seipsa.

Natura hominem sibi ipsi primum conciliat. Omne animal ipsa natura sibi primùm conciliat.

Quà potest ea pro se quicq; id agit, ut particulam sibi divinitatis immortalis capiat. Natura nititur ex summis viribus, ut se ad imaginem quandam immortalitatis & divinitatis componat. Barb.

Homo proponit, Deus disponit.

Homines quidem multa constituunt, sed humana consilia divinitùs gubernantur, & ea tum demum, si Deo visum fuerit, exitu comprobantur.

Transferre hypothesin ad thesin.

Controversiam avocare à propriis personis & temporibus ad universi generis quæstionem. Avocare controversiam à circumstantiis ad universi generis orationem. Aristot. vocat 8. Top. ἀπάγειν.

Principium individuans.

Characteristica seu singularis ꝓprietas.

Obduratio Dei non est actus DEI positivus, sed negativus.

Hoc Augustinus sic dicit: Obduratio Dei est nolle misereri, ut *non ab illo irrogetur* aliquid, quo fit homo deterior, sed tantùm quo fit melior *non erogetur*: Et: Deus obdurare peccantes quosdam dicitur, quia non miseretur eorum, nō quia impellit ut peccent. Et: Non obdurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam. Ad Sext. Roman. Presby. Epist. 105. Ad sextum artic. falsò ipsi impositum: Non immittit malam tentationem in cor. Ad 24. art. falsò. imp. Deserit se deserentes. Ad 17. art. Non præparat ad peccata, Ad 11. art. Non indit Dei peccandi voluntatem.

Dici ad convertentiam.

Reciprocari, converti.

Si non pones ea circumstantialiter, judicari ista nequeunt.

Nuda ista si pones, nequeunt, id est, ἀπεριστάτως judicari, qualia sint, non facilè possunt. Cic.

Subjectum coincidit in idem numero, cum efficiente, cujus actio est ad intra.

Subjectum idem numero est cum efficiente interno, seu, agente per emanationem.

Sine prævia dispositione.

Sine apparatuum antegressione, sine præcedente διαθέσει, sine προπαρασκευῇ.

Sine formidine assentire.

Non languidà fide, non dubitanter, sine omni dubitatione, non titubanter.

Formidare de opposito. Greg. de Val.

Vereri ne non sit verum, ne assertionis assensus sit falsus, dubitare, utrum sententia proposita vera sit.

Forma in ordine ad materiam.

Forma relata ad materiam.

Inorganicæ potentiæ sunt reditivæ & reflexivæ super seipsas: reflectunt se super se. Dionys. Carthus.

Illiterata & illota hæc: Ipse Dionysius tersiùs sic ferè: Animæ facultates non organicæ intelligunt & volunt seipsas & suas ipsarum actiones (proprios actus) & quicquid est hominis.

Utrumlibet contingenter, ex æquo verum aut falsum.

Sic vulg. Elegantius ita: pro re nata verum aut falsum, ὅπη ἂν τύχῃ.

Propter nostrum affirmare aut negare.

Sic Schegkius: propter nostrum affirmare aut negare non erit quippiam, aut non erit, cum nostra notitia non sit mensura rerum, sed res potiùs ipsæ sint

ſint menſura notitiarum. Melius: propter noſtram affirmationem vel negationem. Sic Theologi, propter noſtrum credere: Melius: propter noſtram fidem.

Nullum corpus Organicum habet partes ſimultaneas.

Illiberale planè hoc eſt: Tu dicito: Omne corpus organicum habet partes extra partes, id eſt, habet ita, ut, uni una eſt, ibi ſimul non poſſit eſſe alia. Politianus.

Habere partem extra partem.

Partes ita diſpoſitas & ordinatas habere ut (non ſolùm ratione, ſed &) ſitu diſcriminatæ ſint, ut una ſurſum verſus, alia deorſum verſus, una foris, alia intus, una ante, alia poſt conſiſtat, ut alibi collum, alibi manus ſit.

Non hoc competit utriq; univocè.

Non hoc convenit in utrumq; æqualiter, ſecundùm eandem eſſentiam.

Ens intentionale.

Ens intellectu apprehenſum, νοητὸν, cui opponitur, quod extra mentem exiſtit.

Aliquid creatur ex praeexiſtente materia inidonea.

Latin. & periphraſticè: Quædam res prius non exiſtens fit ſubitò abſq; ullo motu, ſolo Dei juſſu ex materiâ quidem, ſed habente in ſe nullam rei producendæ potentiam definitam.

Prima cauſa vim ſuam in ſecundam influit.

Prima cauſa Deus vim ſuam in ſecundam cauſam infundit, vim ſuam cum ſecundâ causâ communicat.

Fundamentaliter planè argumentum illius refutat.

Illius ſententiam planè convellit, & ab radicibus elidit omnes fibras argumentorum ejus, omnes illius argumenti ſtirpes & fibras penitùs elidit; vel: Argumenta ejus funditùs evertit. Similia his collige: literis & ocio hic abuti non videberis.

Neceſſaria cauſa neceſſario & ad extremum agit.

Neceſſaria cauſa neceſſariò ac tota vi ſeu facultate fertur ad effectum: quicquid neceſſariò aut naturaliter agit, ad extremum ſuæ poteſtatis agit.

Finita virtus non agit inſtantaneè.

Finita vis & poteſtas tempus ad agendum requirit, non agit momento.

Naturalia fiunt ferè unimodè.

Res naturales eodem tenore progrediuntur ſeu fiunt, niſi externâ poteſtate prohibeantur.

Omne ortum tandem interit.

Quæcunq; orta ſunt, ſuapte naturâ ſunt occaſum habitura: Earum rerum, quę eſſentiali cauſarum ordine conjugatæ ſunt, nulla ortum habet, quæ occaſu non concludatur; Mundus ut ortus eſt, ſic tandem aliquando interiturus eſt.

Linea arcualis non poteſt rectificari.

Linea circularis (arcuata) non poteſt fieri recta: Directa non poteſt omni ex parte æquari lineæ rectæ: non poteſt perfectè adaptari & congruere rectæ. Itaq; quadratio circuli fieri nequit.

Vertere ad literam non eſt neceſſarium.

Non neceſſe habemus verbum pro verbo reddere.

Caritas naturâ incipit à ſeipſa.

Natura hominem ſibi ipſi primum conciliat. Omne animal ipſa natura ſibi primùm conciliat.

Supereminenter.
Eminentissimâ quâdam ratione.

Prætactamenta seu prænotamenta nobis sunt tria. Jacob.Bad.
Initio tractanda seu προλεγόμενα nobis sunt tria, προτηρίζεις seu προγνώζεις tres.

Proletaria animalia. Herm.Barb.
Quæ simile sibi progenerant animalia.

Cæli color non secundùm existentiam, sed tantùm apparenter est cæruleus
Cœli color est cæruleus, non revera, sed aspectui nostro: Species enim luminis à non opaco deficientis refertur, & exprimitur in cæruleo.

Apparenter bonum, bonum secundùm apparentiam, non existentiam.
Quod boni speciem præ se fert, non reapse bonum, sed boni speciem præ se ferens.

Ratio formalis objecti Quæ scientia, Theologiæ, &c.
Ratio formalis objecti, quæ per se primò respicitur à scientia. Ejusmodi ratio in Theologia est divinitas seu res divinæ, quatenus ad eas omnia habent σχέσιν, quæ tractantur in Theologia.

Ratio formalis sub qua objecti scientiæ, Theologiæ.
Ratio formalis per quam velut medium quoddam Theologia infert conclusiones suas: Ea est revelatio divina facta Ecclesiæ, (Ratio sub qua, i.e. medium.

Theologia positiva.
Theologia ponens & statuens ex scriptura sacra principia firma & conclusiones firmas. Ab hac diversa est Scholastica, quæ disputatrix est & argumentosa.

Materia signata.
Materia quanta, determinata, seu definita quantitate, Thom. Aquin. vel: Materia cum potentia proxima ad hanc determinatam quantitatem, non ad aliam. Card. Cajetanus.

Quædam formæ sunt præditæ latitudine quadam.
Quædam formæ sunt præditæ gradibus, quædam sunt positæ in indivisibili.

Materia substantiatur per posse.
Potentia est materiæ differentia substantialis seu ratio formalis, id est, συστατική, constitutiva: Potentia est ratio constituens principium materiale: Potentia significat naturam materiæ loco differentiæ constituentis, interprete Zabarella lib. 1. de rerum mat. c. 11. & 13. Potentia est conditio necessaria materiæ, ejus naturam constituens.

Potentia objectiva.
Potentia, qua effectus, qui τῇ ἐνεργείᾳ non est, esse potest respectu suarum causarum, à quibus potest produci. Ita mundus est in potentia objectiva Dei, à quo potuit procreari.

Potentia subjectiva.
Potentia, qua materia potest subjici omnibus formis. ita mundus non erat in potentia subjectiva, quia nulla erat ante eum materia, ex qua generaretur.

Hæc præsupponuntur. Schol.
Hæc præmuniuntur sequentibus. Cic. Quæ omnia præmuniuntur reliquo sermoni.

Ἀνακλητέα sunt corrigenda.
Piccolom: Declarabo primò, quotuplex sit privatio: Secundò, quòd sit: Tertio &c. Ordiens igitur à primo: Aristoteles refert varias significationes pri-

privationis: Hoc dictum voluit: Quod ad primum attinet, vel, ut ordiar à primo.

Νοθευόμενα (uno excepto Axiocho) non placuit vertere, in genuinis Platonis fontibus expoliendis satis superq; laboris mihi esse ratus: Hoc dictum à se volvit: non placuit vertere; quòd in genuinis &c. mihi esse ratus sim: vel: non placuit vertere in genuinis &c. esse rato.

Græca & Hebræa loquendi ratio interdum traducenda in Latinam.

Omne verbum otiosum, quodcunq; dixerint homines, de eo reddent rationem: Matth.12. pro de omni verbo reddent &c.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Joh.17. pro eo quod est: Ut omnibus, quos dedisti mihi, det vitam æternam, vel, ut, quotquot dedisti ei, det eis &c.

Quocunq; respectas (quocunq; oculos conjicis) in hoc universo, ordinata rerum series ostendit esse Deum.

Hæc sententia sic dilatatur: Quaqua te vertis in hac tota rerum natura, vel cœli figuram, motus & harmoniam cum elementis considerans, vel mirandam artem in opificio nostri corporis & terræ fœcunditatem intuens, ordo in omnibus rebus clamitat esse mentem æternam, architectatricem, & conservatricem rerum.

Materia generali formâ corporeitatis actuata.

Sic loquuntur, qui sunt in ea hæresi, quæ nullum sequitur orationis florem, (licet nihil sit, quod non persequatur suis argutiis) pro eo quod est elegantiori stylo: Materia non distincta a formis substantialibus, & eatenus orbata formis seu ἄμορφ⊘-.

Irresistibilitas.

Impotentia resistendi.

Irresistibilis impressio.

Impressio, cui obsisti non potest.

Mores oriuntur, non tàm ex traduce, quàm ex rebus non naturalibus.

Qui vocum lautitias & veneres affectant, hoc argumentum cum Cicerone dilatant sic: Ingenerantur hominibus mores, tam à stirpe generis ac seminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipsa natura ac conditione loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & vivimus.

Conserves, quæso, illum indemnem. Seneca.

Hoc mihi da atq; largire, ut eum sartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumq; conserves: Cic. ad Attic. **schadeloß halten.**

Animus non est potis se videre.

Non valet tantùm animus, ut se ipse videat. Cic.

Pars Quantitativa.

Pars integrans, mensurans totum quantum, quâ quantum.

Totum perfectionale: Totum totalitate essentiæ.

Totum perfectionis: totum individuum, simplex, absolutum à partibus, non habens partes. Partium expers non dicitur.

Verba interdum partim principiis partim ablativis designantibus consequentiam commutanda sunt: ut

Pater Publij febri & dolore viscerum infirmus erat & ingressus est ad eum Paulus ac oravit & imposuit ei ma-

Compaſſivum cor, compati in alienis miſeriis.

Commoveri alicujus miſeriâ, capere dolorem in alicujus miſeriis vel temporibus, dolere alienam vicem, dolere alterius vicem, dolere ex miſeria alicujus, dolore dolorem alicujus, de dolore alius, dolore alieno, ſeu miſeria aliena, alterius incommodis affici, graviter angi: Dolori alterius ſuum adjungere. Cic. ad Att. De alienis doloribus ſollicitum eſſe. Id. Budæus pro compati utitur condoleſcere, quod Cic. uſurpat pro ſimplici: Græci dicunt συμπάσχω & συμπαθέω à πάθος. Eadem forma dicitur ἀπαθῶ, expers ſum affectuum, μετριοπαθῶ, κακοπαθοῦντα μόρια, loca affecta & vitiata. Gal. Pro compaſſivum Græci dicunt συμπαθῶς ἔχειν, id eſt, cum alio condolens. Epiſtola ſcripta συμπαθῶς eſt apud Cic. ad Att.

Contemtibilis, contemtibilitas, contemtibiliter.

Deſpectus, ignobilis, qui nullo eſt numero, deſpicientia, contemtio, humilitas, contemtim. Livius.

Contechnari: Plaut. μηχανὴ ex Lat. & Græco.

συντεχνάζειν, colludere.

Convivere, convivere tecum: Verſ. vetus Eccleſiaſtici.

Pro convivere Quintiliani malim unà vivere, (ut unà vivere in ſtudiis: Cicero) convictores eſſe.

Chriſtus non in cœnâ, ſed craſtinâ demum die in arâ crucis corpus & ſanguinem ſuum obtulit.

Sic locutus eſt quidam primæ claſſis Theologus, pro proximâ ab illâ die, poſtridiè.

Quædam agit Deus ſecundùm congruitatem ſapientiæ ſuæ, non omnia ſecundùm omnipotentiam ſuam.

Juxta ſapientiæ ſuæ congruentiam, &c. ut ita dicam, decentiam.

Conveſci.

Cibum capere cum aliquo.

Diſcontinuatus, non diſcontinuatus motus, actus, mos.

Pro illo dic, motus temporis ſpacio intermiſſus, non perpetuus: pro hoc: motus non interruptus, temporis ſpacio non intermiſſus, perpetuus, perpetuatus, continuus, continuatus. Nam perpetuare eſt idem, quod ſine intermiſſione continuare, Plauto & Ciceroni, ut verba perpetuare: ſic vox perpetua eſt vox ſolida: Vide Hadr. Cardinal. de modis L. Linguæ.

In neceſſitate depudeſcendum, non eſt Poët. ſed Barb.

Latinus depudere dicit, ut Ovidius, pro pudorem abjicere: Neceſſitas excutit pudorem: Vel: Rebus pudor abſit in arctis. Valer. Flaccus.

Depudicare aliquam.

Antiquatum hoc eſt: Succedaneum igitur hujus ſit, vitiare, ſtuprare, pudicitiam ſeu caſti pudoris decus auferre.

Diſcredere. Verſ. Athanaſ.

Fidem non adhibere, ſeu habere, diffidere, ἀπιστεῖν, non credere.

Deliciari, delicioſè vivere.

Pro his dices: In deliciis eſſe, delicias facere, luſt vnd kurtzweil pflegen, delicate & molliter vivere, eſſe voluptarium, dedere ſe voluptati, vivere voluptariè.

Extra ſemper & frequenter.

 For-

Fortuna non est in iis, quæ sunt extra semper & frequenter. Barb. Physici.

Lat. Fortuitũ nec illius generis est, quod necessarium & perpetuò est, nec illius, quod plerumq;, sed quod rarò. Sic Arist. in phys. Fortuna quod est, non est causa ejus quod est ex necessitate & semper, nec ejus, quod est frequenter, sed eorum, quæ præter hos modos fiunt.

Effor.

Ita Poetaster quidam nuper ausus est fari, pro eloquor.

Eugium, antiquatum, Laberij & Nevij.

Media pars inter naturam mulieris, seu naturalia muliebria (Eugium frangere.)

Ut exemplificem.

Exempli causa, verbi gratiâ, puta, ut putâ, ut apponam exemplum.

Exponere pro aliquo.

Procurare & suppeditare alicui, quæcunq; necessaria sunt.

Et non: pro non, vel non autem. Græcis.

Diabolus & Homo sunt peccati autores & non Deus: Dedocendus & dediscendus Latinæ civitati ascriptis hic loquendi modus, qui aliquid olet ex Græcia, & loquendum sic: Diabolus & homo sunt peccati autores, non Deus, non autem Deus, Deus non item, Deus verò non. Hoc mihi gloriæ, & non pudori est, das ist mir eine Ehre/vnd keine schande: pro hoc Germanismo dices cum Livio: Gloriæ, non pudori (vel non infamiæ) est. Hoc autem Hieron. Wolffii placet: Bonorum est prodesse tantùm, & non etiam obesse. In comm. in offic. Cicer.

Fugam peccati quærit.

Quærit effugium, latebram culpæ, diverticulum peccati sive excusationem, vel colorem culpæ.

Ad fundamentum usq; exterminare.

Funditus tollere, evertere, perdere, prorsus de medio tollere.

Habituata materia.

Materia affecta & præparata congruentibus qualitatibus.

Immemoratio beneficiorum Dei.

Oblivio beneficiorum, ἀχαριστία, beneficiorum nulla commemoratio.

Incautela.

Temeritas, inconsiderantia, imprudentia, incuria, inconsulta ratio.

Illud igitur sit indubium.

Quamobrem illud maneat, ac fixum sit, quod neque moveri neq; mutari potest. Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam utile esse. Cicero. Formulæ hæ sunt conclusionis tractatæ rei. Cicero etiam dixit, tenere aliquid firmum, pro eo, quod est, pro certo habere.

Inexterminabilis hujus viri memoria.

Memoriam hujus viri excipient omnes anni consequentes. Ciceron. Memoriam ejus usurpabit omnis posteritas.

Infirmatorium.

Valetudinarium: Columell. Nosocomium, νοσοδοχεῖον, ægrotorum receptaculum. Hospitalia pro hospitum receptaculis tolerari potest.

Inventitia puellula: Inventitius.

Exposita, expostitia, expostititius, ein fündling/puer projectus, projectitius.

Lineali rectitudine.

Ad

Ad perpendiculum, πρὸς κάθετον, κατὰ κάθετον, ad lineam. Cic.

Locum hunc producimus adversariæ sententiæ eversivum.

Evocamus hunc locum in aciem ad expugnandum adversarium, ad evertendam adversariorum sententiam. Platonici dicunt τόπον ἀνατρεπτικόν.

Lyra Perott.

Lira, Porca.

Mediator pro sequester seu interventor, seu reconciliator, deprecator, pacificus, pacificator.

Politiores seu potius delicatiores respuunt: sed quia Latinis Theologis hæc vox familiarior est, quam ut loco vel debeat vel possit moveri, rectè retinetur. Dicitur autem Mediator seu μεσίτης duobus modis: propriè & analogicè: Propriè qui partes alias reconciliat aliis: analogicè, qui partes alias sibi reconciliat. Sic Justitia propriè est ejus qui suum alteri tribuit: Analogicè verò est ejus, qui suum sibi. Hæc explicatio utilis est in Dispqt. de Christi satisfactione & placamento.

Ferrum ignis Μεθεκτὸν *absolutè non est, pro particeps.*

Sic quidam è recentioribus: Sed dicendum erat μεθεκτικόν. μεθεκτικὸν enim accipitur pro Participe, μεθεκτὸν pro communicabili seu κοινωνητῷ.

Memorare novissima.

Memento novissimorum.

Mortualia.

Mortuorum vigiliæ, cantiones funerales. Erasm. Roterod.

Minus quàm omnes beatus.

Minimè omnium beatus: Sic maximè omnium beatus.

Monialis.

Monastria, Ascetria, ἀσκήτρια, μοναχή, quæ abdidit se in monasterium.

Morosè in aliquam figere visum.

Obtutum in aliquam figere diutius, cum mora: oculos in aliquam conjicere fortiter seu acriter & diu.

In naturalitate diminutus.

Deminutus sensu: Hermol. Barb. in paraphr. in post. anal. Non satis bene affectus animo, homo mente non integrâ, der seine sinne nicht alle hat.

Notabiliter doctus. Dion. Carth.

Valde, præter cæteros, insigniter.

Omnivalens.

Qui omnia potest: In omnes partes valens: Ad omnia valens. Cic.

Obstat mihi loqui.

Vetat me loqui: Impedit, quò minus loquar.

Ad hoc, ut aliquid sit Genus, oportet ut dicat determinatam naturam.

Non hoc μιμητέον; Dicendum hîc pro Oportet, Requiritur, vel necessarium est, opus est: vel, vocibus *Ad hoc* sublatis, sic: ut aliquid sit genus, dicat (h. e. contineat) determinatam naturam, oportet, (id est, opus est, necesse est) vel sic: Genus oportet ut dicat determinatam naturam: Generis ea conditio est, ut contineat definitam naturam, non omnem. Oportet, Necesse est, Opus est, quomodo distinguantur à Ciceronianis, Latinum Lexicon ostendit.

Nescis, quomodo debeas ejus doctrinam practicare.

Quomodo ex ejus doctrina commoda tua

tua compares, quomodo doctrinam ad usum transferas.

Pegma.

Machina ludicra, imaginosa, da Affenspiel auff getrieben wird/ von Meister Hemmerling/ pegma, πῆγμα.

Pariare.

Parem facere, æquare, paria facere.

Pater meus perrexit Antvverpiam: pro profectus est.

Cornelius Crocus pronunciat ad Gothos relegandum, sed errat: Nam apud Cic. ad Atticum est, Brundusium pergere cogito, & pro Plancio: Qui cum abessent aliquot dierum viam, in Macedoniam ad Planciumq; perrexi, id est, contuli me, interprete doctiss. Budæo. In Academicis Cicero addidit infinitum. Itaq; confestim ad eum ire perreximus, hoc est, cœpimus. Sic Livius; Triginta navium casse ire obviam pergit. Terent. Postridie ad anum recta pergit, id est, vadit. Pergere obviam alicui etiam apud Cic. est, pro Ire.

Pellex mariti, viri, pro uxoris.

Ita quendam inscitè locutum invenio. Pellex enim uxoris est, non ejus, qui miscet se cum ea (pellice). Pellex scilicet est quæ commiscet se viro, Cui uxor legitima est: Non igitur est adulteri sed veræ conjugis. Propudiosè filia pellex matris, dicitur à Cicerone quòd pater ipse cum illâ (filia) concumbat. Dicitur & pellex cubiculorum, quo elogio detestabilis sceleris arguitur Sallustius, quod παιδεραστῶν pellex sit vicaria.

Alexander Pheræus à Thebe uxore propter pellicatus suspicionem interfectus est Cic. in officiis. Intellige Alexandrum non tantùm uxorem Theben, sed & fratrem ejus, ut nefaria illorum temporum consuetudo ferebat, in deliciis habuisse. Perottus: Nō dicendum, Hæc est pellex mea, sed pellex uxoris meæ.

Prosequium antiq.

Prosecutio.

Penes pro apud.

Penes pro Apud sine significatione potestatis etsi rarius, probū tamen. Nam in Terentij Adelphis est. Hæc jam penes vos Psalteria est, & in Ciceron. ad Herenn. legitur. Ut ne ad solarium quidem idoneus sed penes scenam & in ejusmodi locis exercitus sis.

Perterricrepum antiquatum.

Quod terrores crepat & incutit.

Perennale.

Perpetuum, juge, continuatum, perenne, (ut bienne, decenne.)

Podiris.

Ποδήρης, poderes, vestis talaris, id est, ad talos usq; demissa.

Penultima pro proxima ab ultima.

Ego vocem τεχνικὴν retineo, quam delicati respuunt.

Professus, professio, perfiteri.

Religiosus, Deo & religioni addictus, devotus Deo, ἱερόδουλος; Religio qualis est Monachorum; devotio vitæ, quæ fit Deo; Religione se obligare, religionem suscipere, dedere se in cōsecratum peristylium, salutem mundo dicentem, & semel è publico secedentem.

Præ oculis habe prælatum. Dion. Carth.

Reveretor antistitem; Sit in oculis tuis ma-

magnus: Cic. Ferre in oculis dicit idem pro diligere.

Proficuus ad nihil.

Ad nullam partem, ad nullam rem, ad nihil utilis, ut puta ἀσύνετος, ἄφρων.

Praeorare pro praeloqui preces.

Precanti vel precantem voce praeire. Praeire preces, hymnum. Sic dicimus praeire carmen, pro praefari carmen. Praeire verba, quibus me pro legionibus devoveam, Livius. Praeeunte aliquo jurare. Plinius avunculus dixit, aliquem de scripto praeire, einem vorlesen.

Qualitercunq; sit, vel sese res habeat.

Utut sit, quoquo modo se res habeat, sic eleganter, quoquo modo extinctus est, mors immatura fuit, er sey gestorben wie er wolle.

Quàm magnum hoc fuerit, pro quantum quantum, vel quantumvis spaciosum.

Odore hoc repletur, quantum quantum est, hypocaustum.

Quantum est ex parte Dei.

Nemo sperans, quod quidem ad Deum attinet, quantum in Deo situm est.

Sequitur igitur, quòd etiam vitia sunt paria.

Sequitur igitur, ut etiam vitia sint paria.

Seriosè.

Seriò, citra jocum, extra jocum.

Superscriptio.

Barbarum quidem non est, (utitur eo Jurisconsultus): sed titulus, inscriptio, epigraphe usitatiora sunt. Verbi superscribere periphrasis est, titulo insignire.

Suppeditari.

ὑποκελίζεσθαι, conculcari, pedibus subjici.

Sustinentia.

Patientia, tolerantia, ἀνοχή.

Subtiliatus.

Subtilior factus, subtilis redditus, ad subtilitatem redactus: Aer subtiliatus, inquit Jacob. Milichius, id est, rarefactus.

Transvaso.

Vasa transfero, μετασκευάζομαι, sedem muto, in alias sedes migro, Bud. in comm. Linguae Graecae: σκευάζεσθαι est vasa colligere, quod Terentio conversare per Hellenismum.

Transversaliter in medio dividere.

Decussare, Columell. Zwerch in der mitten abtheilen.

Veterascere in piis actionibus.

Consenescere, seu permanere ad senectutem & mortem usq;. Aliud est senex, aliud vetus.

Justim vel juxtim antiq:

Juxtà.

Uxoratus est.

Uxorem duxit, sibi adjunxit.

Videtur mihi, quod videam.

Videor videre, videor mihi videre.

Volenter. Barbar.

Consulto, Data opera, de industria, ἐκ προαιρέσεως, ἐκ προνοίας, κατὰ προαίρεσιν, ἑκόντι, ultrò. Sic pro Nolenter dic; ἀκουσίως, ἄκοντι, παρὰ προαίρεσιν, contra voluntatem, Nolens, Invitus, gravatè. Pro volenter nolenter dic; Volens nolens; ἑκὼν καὶ ἄκων. Pro Scienter Volenter dic; Sciens volens seu εἰδὼς καὶ ἑκὼν cum Aristotele.

Digitized by Google

Volentissimè peccare.

Summa voluntate, summa cum voluntate, plena voluntate, peccare, ex destinata malitia peccare.

In votando primus.

Illotus hic sermo est: Tu dices Lat. Primam habens sententiam, habens prerogativam in suffragiis, seu prærogativam primæ sententiæ: Princeps Senatus, ut loquitur Florus ex Livio: qui est primæ sententiæ, ut loquitur Flavius Vopiscus in Aurel: A Græcis dicitur πρωτογνώμων: Græcis enim γνώμη est sententia; quod & patet ex 6. Ethic. Aristot.

Votum vel vocem dat mihi.

Adest pro me, suffragatur mihi, præstò est sententiæ meæ.

Voluntabile, volibile.

Pro volibile dices, Quod sub voluntatem cadit, βουλητὸν, pro voluntabili, voluntati optabile: Quod quis velle potest aut debet: Quod voluntas appetit: βουλητὸν aliquando. D. Lambinus in annotat. in 3. lib. Ethic. Aristotelis periphrases hæ sunt εὐσημοι, id est, benè significantes.

Assuescere militiam.

Assuescere militiæ.

Alimentare vicissim parentes. Barb.

Parentibus vicem rependere in præbendis alimentis, reddere parentibus θρέπτρα, officia debita, debitam gratiam pro nutricatione, θρεπτήρια, ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, 1. ad Timot. cap. 5. ἀντιπελαργεῖν, hoc est, more Ciconiarũ gratiam referre parentibus eosq; piè colere & fovere, solvere eis nutricationis præmia. πέλαργος enim parẽtem ætate confectum alit, humeris gestans æquatum educit.

A tuis literis delectatus sum.

A redundat.

Tuis literis delectatus sum, ex iis voluptatem capio: Tua epistola sum exhilaratus: Delectarant me tuæ literæ, exhilararunt me. Tuis literis sum recreatus, animo refectus. Epistola tua animum meum refecit. Delectationi mihi fuit, delectationem, mihi attulit.

Battarizat: fictum è Græco.

Impeditè loquitur. Βατταρίζει.

Consistorium: novum.

Senaculum, βουλευτήριον, locus Consilij, seu habendi Senatus, synedriũ. Templum Consi (qui consiliorum Deus) poëticum est. Sed Consistorium quis loco moveat, quod nunc pervagatissimum? A συνέδριον est σύνεδρος, id est, consessor, Senator.

Dispensare propter duricordiam.

Indulgẽter concedere ob σκληροκαρδίαν, id est, ob cordis duritiem. Duricordia (è græco) Tertulliani est 5. contra Marcionem lib.

Effundare. Cæcilius antiq.

Funditus evertere.

Emotæ mentis homo.

Qui discessit à se ipse. Cic. A mente atq; à se ipso discessit. Cic.

Inficiatur pass.

Itur inficias (ut dicitur eo inficias. Sic itur Romam, eo Romam) negatur intellige verbis. Status inficialis est in quo itur inficias, id est, negantur objecta. Valla & Eras. Roterod.

In cor inducere, animum vel cor habere, über das Hertz bringen.

In animum inducere & mihi imperare, seu animo meo imperare non possum, ut hoc faciam. Sustinere non possum. Sene-

Seneca. Non sustineo eum deserere, cui dedi vitã, ich kans über mein Hertz nicht bringen/ daß ich ihn verlasse. Sic Quintilianus: Non sustineo conscius esse mihi dissimulanti. Sic Demosthenes etiam usus est voce ὑπομένω.

Rem ante & retrò intus & in cute diligentius considerate. Recentior:

Hoc cum vestris mentibus undiq; & penitissimè considerate, ad trutinam exquisitiss. expendite, pensitate, pensiculate: Gellius. Ex omni parte, non populari quadam trutina, sed aurificis statera examinate. Cicero.

Multivola mulier. Dion. Carth.

Multorum appetens.

Quod non pro Quin. Nihil tam pressum, quod non possit esse pressius.

Nihil tam (seu adeò) pressum est, quin possit esse pressius.

Omnes non uno excepto occisi sunt.

Effusè fugerunt, sed omnes, ne quidem uno excepto, occisi sunt, occidione occisi sunt. Livianum. Occidere occidione est omnes ad unum interficere, biß auff den letzten Mann.

Utrobiq; pro utrinq;.

Aliud est Utrobique, aliud Utrinq; : ut aliud In, aliud De. Utrinque magnæ sunt copiæ, id est, ex utraq; parte. Utrobiq; adversarios habeo, id est, in utraq; parte.

Aufugium apud Perottum. Aufugium quærit.

Fuga, ἀποφυγὴ, effugium, διαφυγὴ, suffugium. Non patet effugium, quod quærit, sed ei præclusum est; der weg ist ihm verlauffen. Nequam quærit angulum: Proverbium de malè sibi conscio, quo scitè festiveque usus est Zuingl 2. parte operũ suorum p. 474. Aliud interim est effugium quàm suffugium. Suffugium enim est vicinum confugio, profugio & perfugio, zuflucht/ & suffugij exemplum est, cùm imber aliquem, qui in publica via est, cogit suffugere sub tectum. Effugium verò Elapsionis & Evasionis significationem habet, außflucht.

Dum cum indicativo pro causali, Cum, cum subjunctivo, vel pro quatenus.

Particula dum ponitur pro Quando, vel Cum addito indicativo, vel pro Eo ipso quòd: Ne itaq; sic loquitor; Dum autem hoc certum est, pro cùm autem hoc certum sit. Animal, dum oculatum est, videt, pro quatenus oculatum est, vel dum modo oculatum sit. Hæc autem proba sunt; Dum aliis inserviendo consumor, id est, inserviendo aliis, vel eo ipso quod inservio aliis, consumor. Stulti dum vitant vitia in contraria currunt. Dum aliis foves, tueris partium studia, officis veritatis luminibus. Dum te simile producere existimas, dissimile & prorsus non conveniens adducis. In convertendo Dominus Captivitatem Sion pro dum convertit Dominus, est Barbarismus è Græco.

Lineamentum pro Lineato recentioris cujusdam Mathematici.

Lineamenta non sunt, quæ ex linea facta sunt, sed primæ lineæ alicujus operis, ὑπογραφαὶ vel πέρατα. Græcis ὑπογράφειν est lineamenta ducere. Sic dicuntur lineamenta faciei, oris. Transfertur etiam ad orationem hæc vox. Cicero in Orator. de Catone; Intelliges, nihil ejus lineamentis eorumq; pigmentis, quæ non dum inventa erant, florem & colorem defuisse. Hic igitur

Digitized by Google

pro adumbratione seu prima informatione vox lineam: ponitur.

Creatus est in artium magistrum. Idiotismus Peregrinus.

Creatus est & renunciatus artium magister.

Dicat quid velit adversarius. Indoct.

Quidcunq; dicat, quidlibet dicat, quicquid tandem dixerit, sic quocunq; (vel quoquo modo) ea res huic quidem cecidit Cic. es sey jhme auch die sache gerahten oder gefallen/ wie sie gewolt. Idem, quomodocunq; (vel quoquo modo) nunc se res habet, es stehe nun umb die sache wie es wölle (hic ne dicas habeat) quicunq; is est, er sey wer er sey (hic non dicendum, sit.)

Quid quæso absurdi & non convenientis hinc existere potest?

Quod quæso absurdum & non-conveniens hinc existere potest? Sic ad hanc locutionem recentioris cujusdam autoris, quantulibet magni, Siquid eximij & excellentis sibi tribuit, appono notam. Dicitur enim rectè; si quid excellens, vel præstabile.

Navis venatoria, ein Jageschiff.

Navis cursoria, quasi alata.

PRÆTERMISSORUM IN GRÆCO Alphabeto supplementum.

Ἄγεσθαι.

Ἄγεσθαι primum & quidem longè frequentissime est duci, moveri, impelli sine coactione. Sic Martyr. aliquis Christi non repugnans etiam ἀγέσθαι, i. e. ducitur ad supplicium. Deinde est Rapi: ut cum fur ἄγεται ad suppliciũ, ad crucem. Sic Pausanias dicit ἀγέσθαι τῷ ἐπὶ θανάτῳ rapi ad mortem. Non igitur sequitur. Quotquot ἄγονται Spiritu Dei, filij Dei sunt, ergo spiritus sancti arbitrio raptantur. Ἄγεσθαι enim non significat ibi præcipitem ferri, invitum & obtorto collo rapi, sed moveri, incitari, duci (sicut pædagogus significat ductorem & monitorem pueri, non raptatorem.) Nam renati acti, non coacti à spiritu Dei, agunt, ac eorum est συνεργία. Nõ igitur illud ἄγονται est detorquendum ad violentam impressionem, vel raptus Enthusiasticos. Vid. colloquium Vinariense Illyrici & Strigelij.

Ἀνθρωποπάθεια.

In Physicis & Politicis ἀνθρωποπάθεια est affectus humanus in hominem cadens, vel hominis proprius, vel humanitatis affectio. Sic ἀνθρωποπαθῶς γίνεσθαι est ex affectu humano fieri. Ex ἀνθρωποπαθείας est ex humanitatis indulgẽtia: cujus significationis exẽplũ affert in comm. l. g. Budæ. Ἀνθρωποπαθεῖν est humano more affici (quod in Deum non cadit) vel aliquid humani seu humanum quippiam pati. Theologiæ Doctoribus ἀνθρωποπάθεια est cùm Deo vel angelo tribuũtur membra actiones, πάθη & affectus humani: ut Deo desiderium, pœnitentia: angelo lingua, quatenus non habet adaptatum sibi corpus κατ' ὁμωνυμίαν. Itaq; Rhetores illam Tropis subjicere solent. Ita autem Anthropopathea est vel ex toto vel ex parte. Ad Romanos 14. Mihi flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur Deo. Hic anthropopathea est ex parte. (Satan enim propriè genua flectere nequit) & sententia est: Omnis creatura λογικὴ me pro Domino suo agnoscet, & mihi factorum suorum rationem exponet Joh. P. Ad Rom. 8. Christus est

ad

ad dexteram Dei, id est, in summa gloria & majestate patri συνάρχει. Potest & Anthropopathea in Rhetoricis dici, cùm rebus inanimis animos & actum quendam damus, ut cùm dicimus mare iratum, parietes gestiunt: Quæ aliàs hyperbolica metaphora dicitur.

Ἀντιπρόσωπον.

Ἀντιπρόσωπον Oratoribus est, cùm persona pro persona ponitur: ut cùm me pono pro alio, invidiæ declinandæ causâ: quæ est insinuatio quædam Ethica.

Ἀντωμοσία.

In Republica Græca ἀντωμοσία, Gulielmo Budæo elegantiss. autore & teste satis locuplete, est. Juramentū τοῦ φεύγοντος (rei) de calumnia: sicut Διωμοσία est ὅρκος τοῦ διώκοντος (accusatoris) in commentario ling. græc. pag. 160.

In Apologia Socratis apud Platonem est Libellus accusationis mutuo jurejurando sancitus. Locus hic est. ὥσπερ οὖν κατηγόρων τὴν ἀντωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν, Σωκράτης &c. τοιαύτη τίς ἐστι, id est: Nam illorum velut accusatorum libellus accusationis; mutuo jurejurando utrinq; sancitus, perlegendus est, *Socrates præter jus & æquum curiosius investigat ea, quæ sub terra sunt & in cœlo. & sermonem non bonum dicendo efficit bonum, & alios etiam hoc docet.* Hic nimirum accusationis libellus est (Græc. ἀντωμοσία.) Interprete Johanne Serrano. Ἀντὶ igitur hic vicissitudinem seu mutuum significat. Voces sunt a διόμνυσθαι & ἀντόμνυσθαι, hoc est, tale, (quale dixi, τοῦτ' ἐστιν calumniæ) juramentum præstare. Ἀπωμοσία & ἐξωμοσία est ejuratio, id est, negatio jurisjurandi παντελής.

Ἀπελπίζω.

Ἀπελπίζειν. 1. est spem abjicere, regitque genitivum vel accusativum, ut τοῦ ἀπελπίζω, de his spem abjicio, despero. Sic Plutarchus ἀπελπίζει νοσοῦντος desperat de ægro. 2. ad desperationem aliquem adduco, quod annotavit Joachim. Camerarius in 6. cap. Lucæ. 3. Exinde spero, ex re aliqua spero Lucæ 6. μηδὲν ἀπελπίζοντες, id est, μηδὲν ἀπὸ τοῦ δανείσματος sperantes, hoc est, mutuum date *vel nihil sperantes* vos de pecunia data recepturos esse. Non enim, inquit Camerarius, de fœnore hic loquitur Christus, cum suprà planè dixerit peccatores, id est, homines improbos sic etiam solere pecuniam mutuam dare aliis, ut æqualia recipiant: & Judæis constet, inter ipsos fœnoris quæstum fuisse prohibitum: *Vel nihil sperantes*, id est, δανείζεται etiā iis, à quibus mutuum beneficium non speramus: date mutuum etiam malis & ingratis, sicut Deus benefacit etiam improbis & ingratis hominibus.

Διαλογισμὸς.

Διαλογισμὸς media vox est (ut valetudo) Significat modò bonam, modò malam cogitationem. In malam partem accipiuntur Διαλογισμοὶ pro pravis cogitationibus ad Philippens. cap. 2. Est autem Διαλογισμὸς vel Internus vel Externus. Internus, ὁ ἐν τῇ ψυχῇ, seu intestina sermocinatio. Externus, ὁμιλία, confabulatio.

Δέχεσθαι.

Nativa significatio hujus verbi est Capere, χωρεῖν, suscipere, recipere in se, recipere ad se, accipere & occupare aliquid accipiēdo: quod cùm fit, id quod occupat δεχθῆναι, id est capi (χωρεῖσθαι) etiam ab eo quod occupat & quo excipitur oportet, ut cum dicitur ἀγγεῖα ἀγγεῖα posse δέξασθαι, vascula inania posse capere aliquid, ut replean-

tur

tur atq; occupentur. Ita venarum vasa in corpore δεξαμένας vocavit Physicus Democritus, quòd sanguinem capiant & vehendum suscipiant eoq; occupentur, & Suidas δεξαμένην θείαν interpretatur sacram mensam quæ res sacras capit, hoc est, excipit, recipit, & piscinæ, canales tubi ὑδάτων δοχεῖα (id est, aquarum receptacula) Græco sunt: qui & dicit χώρα μὲ ἐδέξατο, & δέχεσθαι τῇ χώρᾳ, τοῦτ' ἐστιν, recipere regione seu in regione. Sic Gregorius Nazianzenus (cui propter excellentiam inter Doctores Ecclesiæ & rerum divinarum scientiam eximiam cognomentum Theologi fecit Græca Ecclesia) Δεῖ γὰρ αὐτὸν ὑπ' οὐρανοῦ δεχθῆναι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως: i. e. oportet enim ipsum cœlo recipi (i.e. cœlestem habitationem occupare in hanc ascendendo & inferendo suam carnem) usq; ad tempora restitutionis omnium (tunc enim cœlo rursus efferet, id quod intulit) Etsi enim recitet hic Nazianz. ἀντίθεσιν Arianorum: tamen versio hæc passiva non est eorum sed tantùm objectio. Cœlum igitur, id est, cœlestis habitatio est Christi Regis δεξάμενον seu δοχεῖον, & ὑπ' οὐρανοῦ δεχθῆναι Christum non significat eum εἰς οὐρανὸν ὡς τὸ δεσμωτήριον ἀποτεθέντα, id est, carcere detineri districtum & alligatum in cœlo, sed eum cœlesti regia recipi receptumve esse cùm in cœlum e terris ascenderet (locali facta μεταστάσει) & inde sit in terras reversurus. Sic cùm dicimus, multos capi una domo, non significamus eos esse captivos & conclusos, quæ perversissima interpretatio est, sed suscipi, ut cum Ovidius dicit, Terra feras cepit, volucres agitabilis aër, id est, terra feris cessit seu data est, ut ipsarū locus sit in quo commorentur. Suntq; prorsus idem Domus non potest eos capere & Domo capi non possunt. Ac utraq; phrasis est Ciceron.

Deinde Δέξασθαι accipitur pro λαβεῖν, ut πίστιν δέξασθαι fidem accipere, quod & dicitur λαμβάνειν δεξιὰν accipere dexteram. Sic loquitur Xenophon & Herodoto δεξάμενος est ὁ λαβών. λαβεῖν autem fit. 1. corpore ut manu, ore, aure. 2. animo. Sic οὐ δύναμαι δέξασθαι, τὴν χαριεντισμὸν, non possum capere, percipere, animo complecti. 3. Δέξασθαι est malle. 4. est expetere, Plato in Hipp. Majore: Δέξαιο δ' ἂν πότερον, id est, utrū malles. In Apologia ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις δέξαιτο ἐξετάσαι, τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα πολλὴν στρατιάν. Quantò potiùs quilibet maluerit illum explorare qui copiosum exercitū in Trojam adduxit.

Porro de verbo Δέχομαι accipe hæc pronunciata. Primum.

Verbum Δέχομαι significat ἐνεργητικῶς etiam prolatum παθητικῶς, sicut contrà interdum verbum aliquod sub voce activa habet significationem passivam. Secundum.

Verba δέχομαι, θεῶμαι, λυτρῶμαι, ῥύομαι, Grammaticis per omnia tempora significant ἐνεργητικῶς, præterquam in ἀορίστοις seu indefinitis ἐδέχθη, ἐθεάθη, ἐλυτρώθη, ἐῤῥύσθη. Ita igitur in media διαθέσει multò magis activè significant. Efromus Rudigerus, vir Græcarum literarum insignitè doctus, hæc olim annotavit. Tertium:

Mutatio versionis activæ in passivam non facit ex verbo ἐνεργητικῷ παθητικόν.

Horum omnium Exempla sunt. Δεξαμένη τόπον, δεχθῆναι τόπῳ, ut quæ paria sint. Sic χωρεῖν τόπον, & χωρεῖσθαι ὑπὸ τόπου, capere locum, & capi loco. Regio cœli eum excipit, & regione cœli excipitur. Vas capit vinum, & vinum vase capitur. Præteritum ἥλωκα & Aoristus secundus ἧλων, unà cum suis participiis, ἡλωκώς, & ἁλούς, ab ἁλίσκω, sub

sub activa voce passivam habet significationem, ut ἁλῶναι ἔρωτι, captus amore, pro ὑπ' ἔρωτος κατεχόμενος, quomodo etiam Græci loquuntur eodem sensu. Τέρπομαι est oblector, & tamen Poëtæ hoc, τέρπεται φρένα, (oblectatur animo seu secundum animum) latinus interpres rectè reddidit activè sensu prorsus eodem, Animum oblectat. Falsum igitur est, quòd quidam scribere ausus est, Verbum δέχεσθαι nunquam exponendum esse passivè, & concludendum, esse expositionem verborum Act. 3. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, quem oportet cœlum capere, per hæc, Quem oportet cœlo recipi, infulsam esse & ἀγραμματικὸν, ut hic censor barbarè loquitur.

Κατέχειν ut & κτᾶσθαι, aliud est quam δέχεσθαι. Est enim Tenere, ut κατέχει ἀρχὴν, tenet, possidet imperium, regnum. Sic Christus tenet regnum patris sui. Sic πόλιν κτᾶσθαι est urbem tenere seu possidere: ut cum hostis urbem occupat.

Εἰδικὸς, εἰδικῶς.

Εἰδικὸς est formalis, qui est à forma, qui habet formam. εἰδικὸς ὁρισμὸς est definitio ἀπὸ τοῦ εἴδους, id est, constans forma, quæ opponitur. Materiali & cõpositæ. id est, constanti ex materia & forma simul. Exempli causa, Sanguinis effervescentia circa cor, est definitio Materialis Iræ. Est ulciscendi cupiditas, est formalis ὅρος: Sanguinis fervor in præcordiis ob ulciscendi impetum, est compositi ex materia & forma (ὁ ἐκ τούτων) hoc est, comprehendit materiam cum forma. Definitiones autem εἰδικοὶ sunt principia πίστεων seu ἀποδείξεων. Vide Budæum in comment. græcæ linguæ pag. 703.

Εἰδικῶς Quòd acceptum dicitur à Grammaticis & Philologis, cùm speciale generali subjicitur: Ut, Quòd pater convaluit, gaudeo.

Ἐνέργεια.

Sicut differunt ἐνέργεια & ἔργον (1. Ethicorum Aristoteles. Alii fines sunt ἐνέργειαι, alii præter eas ἔργα τινά.) Sicut differunt opera & opus: sic ἐνέργεια & ἐνέργημα. Propriè ἐνέργεια est operatio (Lambino muneris functio, functio operis) sic ἐνεργεῖν κατ' ἀρετὴν ex virtute operari, & virtutis munere fungi. Ἔργον verò est ipsum opus ex actione proveniens quod etiam actione desinente perdurat. & opus aliquod efficere dicimus, non operam aut operationem. Per metonymiam tamen itaque impropriè ἔργον sumitur pro operatione cujusque facultatis: 7. capite: ἐστιν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον. id est opus igitur hoc hominis erit functio muneris animi, rationi consentanea interprete Lambino. Sic aliud est τμῆσις, id est ipsa sectio: aliud τμῆμα, id est segmentum. Ad summam ἐνέργεια differt ab Energemate ut motus à re motu facta ut actio ab eo, quod vi actionis existit seu extat: ut id, quod est ἐν τῷ γίνεσθαι ab eo quod est ἐν τῷ γενέσθαι. Per Metalepsim tamen interdum alteram pro altero ponitur ut cum ἐνέργεια θεανδρικὴ patribus est ἐνέργημα θεανδρικὸν, hoc est effectum Christi, tum qua Deus tum qua homo: quod alias dicitur Apotelesma, opus redemptionis. Sed ἄκυρον & populare nõ potest præjudicare κυρίῳ & accurato. Sic propriè aliud est ὁμοίωσις, aliud ὁμοίωμα, licet sæpè ὁμοίωμα ponatur pro ὁμοίωσις, vicinum pro vicino: 1. ad Corinth. capite 12. vers. 6. dicitur: distinctiones sunt ἐνεργημάτων: latina versio ibi habet operationũ: sententia autem est: Distinctiones sunt operum miraculorum,

sorum, in quibus potentia Dei elucet: ubi dicuntur opera illa ἐνεργήματα δυνάμεων. Ibi latina versio habet operationes virtutum.

ἐνέργειαν & ἐνέργημα antecedit δύναμις activa, cui ab Aristotele opposita est δύναμις passiva. Utilis autem hæc est distinctio in doctrina theologica de κοινωνίᾳ & officio mediatorio inter ἐνέργειαν & ἐνέργημα: duæ enim ἐνέργειαι duarum naturarum Christi distinctæ, licet non sint divisæ, concurrunt ad unum ἐνέργημα seu effectum personale: ut ex actionibus Verbi divini & carnis existit ἐνέργημα nempe nova vita Lazari, ac falsum est lexicographos ἐνέργημα & ἐνέργειαν habere pro synonymis ideoque vanam & elumbem planè esse distinctionem ἐνεργειῶν & ἐνεργημάτων, quæ verba sunt adversarii: cui respondetur, oleum & operam philologiæ nostræ perire, si proprietatis nominum observatio vana est, etsi interdum unum pro altero impropriè positum reperiatur; itaque distinctionem hanc maledico dente non fuisse carpendam. Mori pro mundi vita est ἐνέργεια singularis Christi secundum humanam naturam, non etiam secundum divinam, quia sola caro mori potest non Deitas ut quæ sit naturâ immortalis. At mundi vita seu mundum vivificare Christi ἐνέργημα est totius.

Κακέμφατον.

Κακέμφατον 1. est. Compositio auribus injucunda, ut, cum nos cum Musis oblectemus. Et: Numerum cum navibus æquant. 2. κακέμφατα sunt, Verba obscœna (qualia sint Cynicorum) quæ vergunt ad obscœnæ rei significationē. Hæc verecundia & hominis castū os vitat. Vide Epist. famil. Cic. lib. 9. epistolam Amo verecundiam. Exemplorum abunde est in Priapeis. Decenter teguntur periphrasi, ut; Qua parte viri sumus: Nexæ solvere vittam &c.

Eodem sensu etiam dicitur κακόφατον.

Litera ξ.

ξανθός.

ξανθὸς est flavus. Splendidum (λαμπρὸν) rubro & albo mistum ξανθὸν, id est, flavum est: Plato in Timæo. Hoc est quòd ait Scaliger ex Platone ex luce & humore & candore flavum creari exerc. 325. f. 2. ξανθὴ χολὴ bilis flava Aristotel. λαμπρὰ χολὴς splendida bilis poeticum etiam.

ξενηλασία.

ξενηλασία alienorum ex urbe ejectio est in Politicis (à ξενηλατῶ, id est, alienos ejicio vel abigo.) Estq; duplex. 1. ejectio alienorum hominum seu peregrinorum: De qua 2. de legibus Plato. 2. ejectio περισσῶν τεχνῶν, id est, non necessariarum seu supervacanearum artium, quam etiam Politia Platonica vult. De eadē Plutarchus in Lycurgo.

ξενικὸς βίος pro θεωρητικῷ & ἀπράκτῳ.

Aristoteles in Politicis vitam Philosophorum eorum, qui ita versantur in contemplatione & cognitione rerū, ut prorsus nihil rei ipsis sit cum κοινοῖς seu republicā, vocat ξενικὸν (Peregrinam) qualis est hospitis diversantis.

ξηραμπέλινος.

In colore illo, quem græci dicunt χρῶμα ξηραμπέλινον, dissentiunt etiam ij, qui mihi sunt idonei autores. Alij enim subjiciunt ῥοδινῷ, id est, roseo, ut Scaliger Xerampelinum, inquit, Veneti vocant rosam siccam, cujusmodi est in an-

in autumnalibus vitis frondibus. Simillima, ita est arefactis vitibus ξυρὰ arida seu sicca est: ἄμπελος vitis est. Alius Xerampelinii color est, quem Plinius Pulliginium id est pulium vel Gellius Attorem id est attum colorem vocat. Prioribus magis hic faveo.

ξιφίας.

In Meteorologia Xiphias est cometa ξιφοειδὴς, id est, figura gladij vel perticæ, ensiformis. Aliàs ξιφηφόρος, ensifer. Differt ab Acontia. Ἀκοντίας est qui similis jaculo longiùs procurrit tenui appendice. ξιφίας verò brevior; & juxta corpus latior paulatim in mucronem terminatur. In Zoographia est Piscis quidam marinus: à quasi telo seu gladio, qui a rostro prominet.

ξυστός.

Xystus est porticus destinatus athletarum exercitiis hybernis. Xystum est subdialis ambulatio, id est, ambulacrum sub diò, amœnum, ordinatum. Ambulationes tales dicuntur etiam περιδρομίδες.

πλουτοκρατία.

Proba vox est, qua usus est Plutarchus, etiamsi non inveniatur in Græco Lexico communi. Est autem πλουτοκρατία in Politica ὀλιγαρχία quædam quæ umbra est ἀριστοκρατίας, id est, status optimatum. Scalig. lib. 3. poetic. Sic dicta quòd in ea regant divites. Hìc ἄριστοι censentur ex censu. Est igitur species πλουαρχίας, id est, multorum principatus: quæ species est πολιτείας. Politia enim est φύσις καὶ τάξις πόλεως, forma & status civitatis (pro quo etiam interdum πόλις seu civitas dicitur.) Ejusque species διχοτόμως duæ sunt, Monarchia & Polyarchia. Scalig. lib. 3. poëtices pag. 425.

Σκότος.

Σκότος & σκοτία, (caligo) sicut latinum Tenebræ interdum pro obscuro & morte ponitur: sicut φῶς lux pro illustri & claro καθ' ὑπεροχήν. Homerus σκότος τ' ὄσσε κάλυψαν, id est, θάνατος. Sic Gregorius Bersmannus.

Nam mater mea, Fabrici, illa mater.
Mater illa animi una lux miselli,
Non est lux modò, sed meræ tenebræ.

id est, mortua est. Apostolus Paulus σκότος dicit pro ἐσκοτισμένοις, (obtenebratis) quibus opponuntur φωτισμένοι (illuminati) τὸ φῶς ἐν σκοτίᾳ φαίνει, 1. Joh. 1. lux in Caligine lucet. Chrysostomus hìc σκοτίαν interpretatur & naturam egentem lucis & mortem & errores.

Ταπείνωσις.

Ταπείνωσις. 1. est extenuatio contemtus humilitas, humilis sors, conditioque Vilitas demissio seu dejectio quæ fit per afflictioné seu miseriá aut conditionis infirmitatem. Conditionis humilitas seu parvitas. Lucæ 1. Exaltavit ταπεινὸς, id est, humiles cótemptos, depressos ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Respexit ad humilitaté ancillæ suæ. Hic non intelligitur Virtus. Sententia enim est, Respexit ad me neglectam coram mundi fama obscuram opibus tenuem (Neglecta à mundo, Electa à Deo.)

In oratoria est elevatio seu extenuatio verbi vel rei opposita ὑπερβολῇ ἢ αὐξήσει. Aliàs μείωσις, id est, diminutio Verbi, ut erratum pro scelere, perstrinxit pro percussit vel vulneravit. Huc pertinet cum Virgilius dicit semivirũ comitatũ. Catullus percacatas chartas, Cicero. Hominicidiũ. Rei ut moneta est, tàm bona quam plumbea pro vobis est. Adeò fortis miles est Thraso ut strepitum filiorum & umbrã suam metuat. Aliud a ταπεινόω est ταπεινο-

φρονύνη: accipitur enim hæc vox, in bonam & malam partem: Cùm in bonam, est modestia quædam submissioque animi & virtus quidem ἠθική. Sic ταπεινόφρων dicitur, qui modesto est animo minimeq; elato qui modicè de sese sentit, nihil sibi præter meritum arrogans nec ostentans se magnificè: qui submissiùs se gerit Cic. Cùm in malam, est humilis abjectusq; anim^{9}. Sic ταπεινόφρων est, qui humilis de missi abjecti est animi ingenijve. In prima significatione accipitur à Paulo ad Philip. 2. & 1. Petr. 5. Itaque ibi τὸ ταπεινοφροσύνη rectè versum demissio animi, submissio animi, & in secunda à Paulo ad Colos. 2. ubi vers. Modestia (Scholastici dicunt Animi humilitas) At Modestia non usurpatur nisi in laudem. Eras. Roterodam. in Medardo.

Ὑγιάζειν. CURARE, SANARE, ἰᾶσθαι.

Ὑγιάζειν, quo utitur Arist 3. Ethic. cap. 5. est sanare, sanum facere, Perionius vertit curare. Repræhendit Lambinus, quòd diversa horum verborum vis sit, ac differant ut antecedens & consequens, ut destinatum & finis. Qui enim sanat curavit, id est, remedia adhibuit, & curant omnes, ut sanent. Multi etiam curant, id est, curationem & medicinam adhibet, (quod græcis est ἰατρεύειν) qui non sanant. Ego soleo dicere sanare est curare efficaciter. Atq; hæc mea sententia est. Curo latiùs patet quàm Sano: & primo significat actionem quæ sanationem antecedit seu ad eam destinata est, id est, medicinam facio, exerceo. Secundo idem est quod sano. Exemplis hoc ostendo. Theod. Zuinger. in Eth. Aristotelis. Methodus Elegantium Medicorum curativa hæc est: Nō prius docti medici ad oculorum curationem accedunt quàm universum corpus & Venæ sectione & pharmaco evacuarint pro ut morbi natura corporisq; constitutio efflagitare videbitur. Hæc pertinent ad primam significationem. Augustinus in sermone de tempore. Christus, ut medicus, unde vulnera cordium *curaret*, in corpore cicatrices ferebat. Hîc curare sanare est: sicut in alio sermone idem August. dicit: Voluit Christus quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vulnerum, ut *sanaret vulnus* incredulitatis. Pro hoc antea dixit curaret. Cicero. Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle quo curante omnes suos perdidisset. Hîc curare est medicamina adhibere. Idem curationes hujus medici non probo. Hîc curatio non est sanatio sed medicinæ factio seu adhibitio seu exercitio. Idem intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam reduviam curem. Idem. Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. Hîc & adhibitio remedij, & sanatio intelligitur. Idem. Mali medici in aliis scientiam profitentur, ipsi se curare non possunt. Hîc curare est salutaria remedia adhibere & sanare.

ἰάομαι sanare est, θεραπεύειν curare, id est, pharmacis mederi. Interdum alterū pro altero ponitur. In Act. Apost. c 5. Omnes ἐθεραπεύοντο, curabantur, id est, ἰῶντο, sanabantur. Metonym. efficientis pro effecto κατάχρησις.

Ὑγιεινόν.

ὑγιεινόν. 1. est salubre, quod est causa conservans sanitatis, quod naturæ sani animantis convenit nempe simile in gradu & tēperatura, ut ægris cōtraria sunt salubria, ita ὑγιεινόν τι & salubre dicitur Diæta, i.e. victus ratio. 2. significat

ficat ὑγιές, id eſt, ſanum, ut corpus benè conſtitutum, σῶμα εὖ διακείμενον. 3. Ποιητικὸν ὑγιείας, ἰατικὸν, ὑγιαστικὸν, habens vim ſanandi, αἴτιον reſtituens ſanitatem, ut medicamentum.

4. Indicium ſeu ſignum ſanitatis, ut pulſus ſedatus, bonus color. Ariſt. 3. Ethic. cap. 6. utitur in prima ſignificatione, corporibus benè conſtitutis ſalubria ſunt ea quæ revera talia ſunt: σώμασιν μὲν εὖ διακειμένοις ὑγιεινά ἐστι τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα. Differunt ab eo εὐθεράπευτον & ἰατὸν, id eſt, quod curationem recipere poteſt, vulgò curabile.

ὑγιεινῶς βαδίζειν 5. Ethicorum Nicom. cap. 1. dicit. Ariſtoteles pro valenter ambulare & ex conſequenti benevalere. Lambin.

ὑπαλλαγή.

Hypallage (ab ὑπαλλάττω, quod penè idem eſt cum ἀνταλλάττω) 1. eſt figura locutionis qua oratio in verſa vice (inverſè, præpoſterè) profertur. Ejus ſpecies eſt alternata caſuũ mutatio, qua ſimul naturalis rerum ordo invertitur. Aliter dicitur ἐναλλαγή, μεταλλαγή, ἀνταλλαγή, ἐνηλλαγμένως enim eſt ὑπαλλαγμένως, id eſt inverſo ordine Melanchthon retulit ad figuras Rhetoricas & quidem aſcripſit primo earum ordini. ego ferè enunciationem impropriam logicam vel σόλοικον λόγον facio. Cicero. Non vidimus in urbe gladium vagina vacuum, pro vaginam vacuam gladio. Vina ſunt onerata cadis, pro cadi ſunt onerati vino. Hîc quod ſubjecti eſt, attribuitur adjuncto. Per flavit fiſtula buccas inquit Poëta pro buccæ perflarunt fiſtulam: hîc quod agentis eſt attribuitur patienti. Matthæi 8. dicitur purgata eſt ejus lepra; pro purgatus eſt ille à lepra. Hinc Syntaxis ὑπαλλακτική (alternativa) dicitur 2. Hypallage eſt inverſio conſtructionis ſine mutatione ordinis & naturæ rerum ut 2, Pet, 1. ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, pro καλῶς ποιεῖτε ᾧ προσέχοντες, id eſt rectè facitis quod attenditis ſermoni illi Actorum 3. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, id eſt δεῖ ἵνα ὁ οὐρανὸς δέξηται αὐτὸν: oportet ut cœlum capiat ipſum (Chriſtum.) Hîc inverſio conſtructionis eſt in pronomine relativo. Differt autem Syntaxis Hypallactica à Reciproca. Hypallactica ἀνώμαλος & Poëtis familiarior eſt ut dare claſſibus auſtros, pro claſſes auſtris. Reciproca ſeu ἡ ἐναλλαξ eſt magis oratoria & æqualior ut induere pedem calceo, induere pedi calceum. Admovere os poculo, admovere poculum ori, Spargere humum foliis, ſpargere folia humi, non procul abeſt mors ab illo, non procul abeſt à morte. Hoſpites capit domus & domo capiuntur hoſpites. Nos aliquando capiemur cœlo & cœlum nos aliquando capiet. Nihil tamen vetat quò minus tales conſtructiones Hypallacticas dicas; ſanctis debetur cœlum, & cœlo debentur ſancti. Præterea Hypallagen Cicero Cœlius Secundus & Johannes Sturmius (in de univerſa ratione elocutionis) accipiunt pro immutatione verbi ſeu Enallage tali, qualis eſt metonymia, ut cum ponitur abſtractum pro concreto, res prò perſona, autor pro opere, nomen pro re ipſa ut claritas, lux; vel lumen pro clariſſimo illuſtrive viro: prætorium pro prætorianis, miniſterium pro miniſtris, viſcerà pro liberis intra viſcera geſtatis Paulus ad Philemonem περιτομὴ pro circumciſis, κατατομὴ pro reciſis. Idem Paulus cum inquit Deum fuiſſe in Chriſto reconciliantem ſibi mundum, vel fuiſſe Deum, qui ſibi reconciliavit mundum in Chriſto, κόσμον

μον seu mundum dixit καθ' ὑπάλλαγὴν ὄντα ἐν κόσμῳ, i. e. eos qui in hoc mundo sunt ii jam sunt, qui in mundo credunt Evangelio. Joachimus Camerarius in notatione figurarum orationis & mutatione elocutionis in Apostolicis scriptis. Talis Hypallage etiam est μετάληψις ut pallida mors pro faciens pallidos. Ad hæc est Hypallage valdè usitata po..., talis μεταγωγὴ, qua 1. detrahuntur personis Epitheta & attribuuntur rebus 2. permutantur Epitheta ut ea, quæ sunt personarum, tribuantur personarum affectibus 3. aut accommodantur locis & temporibus exemplum 1. Virg. Heu fuge crudeles terras fuge littus avarum, id est crudelis & avari regis ditionem ac hospitium. Exemplum 2. Virg. 1. Æneidos Odium crudele tyranni, id est crudelis tyranni. Exemplum 3. idem 6. Ibant obscuri sola sub nocte per umbras, id est soli ibant sub obscura nocte & 7. Udæ vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam, id est Udum vocis iter vide Georg. Fabr. de re poëtica lib. 6. Hypallage αὐξητικὴ (augés) est σκότος pro ἐσκοτισμένος tenebris involutus apud Apostolum. Sic: mihi quidem tenebræ sunt ista, i. e. obscura. Cicero: Metonymiæ hoc exemplum hyperbolicæ.

Jam est Hypallage vel Enallage cùm diminutio substantivi datur adjectivo ut sunt tres qui nullo discrimine vera fatentur ebrius & stolidus nesciolusque puer, id est nescius puerulus. Etsi luca Hypallage orationis festiva est, ut si videns pusillum cum longo gladio dicas quis illum alligavit gladio? non fatua, ut hæc Herr Rappune / als hier schicket euch mein Herr ein par Probeste / pro Domine præposite Dominus meus mittit tibi duos capones. Absona inepta absurda, παρηλλαγμένα διανοίας ὑπαλλαγή. ὑπάλλαγμα Politicis est commutatio vicem alterius præbens seu subsidiaria: res succedanea. Aristoteles 5. Ethic. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην, id est nummus etenim est veluti pro indigentia succedaneus, hominum instituto & civili consensu: quia succedit loco rei, qua nobis opus est. In syllogismis sæpe est hypallage seu permutatio casuum Synonymorū & Paronymorum (ut sanitatis & salubris) quæ & μετάληψις dicitur, id est traductio à Peripateticis.

ὑπάλληλα.

ὑπάλληλα & ἐπάλληλα sunt opposita: hæc enim sunt alia aliis superposita sine interstitio seu intercapedine: Illa vero quorum alterum sub altero ponitur: sic accepit Porphyrius in Isagoge. Sic Ammonius, τὸ σῶμα ὑπάλληλόν ἐστι τῇ οὐσίᾳ. Hypallela autem non sunt heterogenea, id est genere diversa sed ὁμογενῆ. Itaque substantia & corpus sunt ὁμογενῆ.

ὕπακρος.

ὕπακρος est qui summo est ὑποτεταγμένος (ferè idem quod ὕπαρχος) τὰ δευτερεῖα ἔχων qui consistunt in secundis. Platoni in Dialogo Amatores est qui summo artifice est inferior: Cui opponitur ἄκρων, id est ὁ ἔχων τὰ πρωτεῖα, habens primas, ferens partes summas, id est primas, vel ὁ ἔχων τὰ ἄκρα, obtinens suarum rerum summam. Singuli in suis artibus artifices (δημιουργοί) sunt ἄκροι, id est summam suarum rerum obtinent. Philosophus verò ὕπακρος est, id est hac ratione secundariæ cujusdam dignitatis obtinet statum, seu omnium artium secundas reportat, licet interim omnium artium generales actiones intelligat: Ceteroquin.

quin proprium & peculiare Philosophiæ ut ἀρχιτεκτονικῆς opus est, in quo nimirum Philosophus est ἄκρος, id est summum gradum obtinet præcepta tradere & vitæ privatæ familiarisque & reipublicæ rectè instituendæ ac moderandæ, non in μετεωρολογίαις totum esse.

ὑδροποτεῖν.

ὑδροποτεῖν esse aquam bibere notum est sed est & idem quod fastidire vinum, abstinere à temeto: quo sensu etiam ὑδροποσια nonnunquam intelligitur. In posteriore significatione accipit Dioscorides. Utitur hac voce Apostolus in Epistola ad Timotheum ac quidam interpretes in prima, quidam in secunda significatione ibi accipiunt.

χειροκρατία.

χειροκρατία est vitiosa (seditiosa) Politia in Democratia corrupta à Dæmagogis Δήμαγωγοὶ autem sunt turbulentæ plebis inescatores qui reperiuntur non tantum in Repub. sed etiam Ecclesia sancta. utitur hac voce Polybius. Vox non est à χείρ, id est manus, sed à χεῖρον, id est deterius.

FINIS.



INDEX

Digitized by Google

INDEX PRIMUS.

A.

Α 1
Ἀγαπᾶν. 2
Ἀγάπη. 2
ἀδιαίρετον. 2
ἀδιαφορία. 2
ἀδικία, ἀδίκημα. 3
ἀδολεσχία, ἀδολεσχεῖν. 3
ἀειπάθεια. 3
ἄθεος. 3
αἰνιγματῶδες. 4
αἱρετικός. 4
αἰσυμνετεία. 43
αἰσθητικόν. 4
αἴτημα. 4
αἰτιολογία. 4
ἀκέφαλον. 5
ἀκόλουθον. 5
ἀκρίβεια. 5.7
ἀκρασία. 7
ἀκρατὴ, ἀκρατεῖς. 7
ἀκροστιχίς. 7
ἀκτὴν. 8
ἀκυρολογία. 8
ἀλλὰ μή. 9
ἀλλοιοθέτα. 10
ἀλλοίωσις. 9
ἅμα καὶ ἅμα. 10
ἁμαρτάνω. 11
ἁμαρτία καὶ ἁμάρτημα. 11
ἀμβλυωπία. 12
ἀμετάπλαστον. 11
ἀμετρία. 11
ἀμφιβολία. 11
ἀνάβασις. 12
ἀναβατικός. 12
ἀνάγκη. 32
ἀναγραμματισμός. 13
ἀναγωγή. 15
ἀνάθημα, ἀνάθεμα. 15.16
ἀνακεφαλαίωσις. 17
ἀνακόλουθον. 5.16
ἀναλεκτικὸν carmen. 16
ἀνάληψις. 16
ἀναλογία. 17
ἀνάλυσις. 20
ἀνάλυτον. 21
ἀναμνᾶν. 21
ἀνανταπόδοτον, ἀνταπόδοτον. 21
ἀναπνοή. 22
ἀναστροφή. 22
ἀνατομία. 22
ἀναφορά. 22
ἀντανάκλασις. 22
ἀντανακλαστικὴ καὶ ἀντωνυμίαι. 23
ἀντί. 23
ἀντὶ φύσεως, 35
ἀντίθεσις. 30
ἀντικατηγορούμενον. 24
ἀντικατηγορία. 24
ἀντιλογία. 25
ἀντιλογικός. 25
ἀντιπεπονθός. 25
ἀντιπεπόνθησις. 25
ἀντιπερίστασις. 26
ἀντίποδες. 27
ἀντιστροφαί. 28
ἀντιστροφή. 28
ἀντίτυπον. 30
ἀντιφωνή. 28
ἄνω καὶ κάτω 30
ἀόριστον. 31
ἀπείρως. 31
ἁπλῶς. 32
ἀπό. 34
ἀπόδοσις 34

ἀπο-

ἀποδύεσθαι. 35
ἀποκατάκλασις. 35
ἀπόλογος. 35
ἀπόστημα. 39
ἀποτιλεῖν. 36
ἀποτέλεσμα. 36
ἀποτομή. 39
ἀποφόρητα ξένια. 39
ἀπήχησις. 40
ἄπτωτα. 41
ἄρεστον. 41
ἀρετή. 42
ἀρκτικόν. 42
ἀρχέτυπον. 42
ἀρχή. 43
ἀσύστατον. 44
ἄτομον. 45
ἄτεχνα. 45
ἄτοπα. 46
αὐθέκαστος. 46
αὐτεξούσιος. 46
αὐτό. 46
αὐτοδίδακτος. 47
αὐτοέκαστον. 46.47
αὐτόκαλον. 48
αὐτο ὄντα. 48
αὐτοφυές. 48.

B.

Βάναυσες. 48
βαρβαρισμός. 49
βαυκοπανοῦργοι. 49
βίαιον. 49
βούλομαι, θέλω. 50
βραβευτής. 50

Γ.

Γάρον. 50
γαστρίμαργοι. 50
γένος. 51
γεραίρειν. 51
γίνεσθαι. 51
γνώμη. 51
γνώμων. 52
γνωστικοί. 53
γνωστόν, ἄγνωστον. 52
γράμματα. 54
γραμμή. 53
Griphus, γρῖφος. 54
γυμναστής. 56
γυμναστική. 56
γυμνός. 56
γυναικοκρατούμενοι. 56
γύνανδρος. 57.

Δ.

Δεῖ. 62
δεσμωτήριον. 62
διαγραφή. 57
διάδημα. 57
διαδικάζεσθαι. 57
διαδικασμός. 57
διάθεσις. 58
διαίρεσις. 59
διακοπή. 58
διάλεκτος. 59
διάνοια. 61
διάφραγμα. 61
δίαυλος. 61
διπλοῦν, δίδυμον. 61
δράκων. 62
δῶρον. 63

E.

Ἑαυτοῖς. 63
ἔγκαυστον. 63
ἐγκυκλία & λόγοι ἐγκύκλιοι. 63
ἐγκύκλιον. 64
εἰδικῶς. 64
εἴδωλον. 64
εἰκῇ. 65
εἱμαρμένη πεπρωμένη. 65
ἐκ παραλλήλου. 67
ἐκ περιττοῦ. 67
ἐκπίπτειν. 67
ἔκστασις. 68
ἐκστατικά. 69
ἑκών, ἀέκων, ἄγνοια. 69
ἐλεύθερος. 70
ἐμφανίζειν. 71

ἐναλ-

ἐναλλαγή. 71.73
ἐναλλαγὴ ἐνιαύσιος. 72
ἐνάργεια. 73
ἐνέργεια. 74
ἐνεργεῖν. 74
ἐνθύμημα. 74
ἔννοιαι. 75
ἐνυπαρκτικῶς. 76
ἐνύπνιον. 76
ἕνωσις. 77
ἐξάδειν. 78
ἐπεξεργασία. 78
ἐξίστασθαι. 78
ἐξουσία. 78
ἐξοχή. 78
ἐξωτερικοί. 79
ἔοικε. 79
ἐπαμφοτερίζοντα corpora. 79
ἐπάνοδος. 80
ἐπανάληψις. 80
ἐπεξήγησις. 80
ἐπιγίνεσθαί τινι. 81
ἐπίγραμμα. 81
ἐπιεικές. 82
ἐπιεικῶς. 82
ἐπίζευξις. 82
ἐπίθετα. 83
ἐπιθυμία. 83
ἐπινίκιον. 84
ἐπιπολή, ἐπιπόλαιον. 84
ἐπιστάτης. 84
ἐπίφθεγμα. 84
ἐποχή, Epocha. 85
ἔργον. 86
ἑρμαφρόδιτος. 86
ἑρμηνεία. 86
ἑρμῆς. 89
ἔρος. 90
ἐπόστιχα. 91
ἐτυμολογία. 92
εὐήθεια, εὐηθές. 92
εὐθυρρήμων. 93
εὐλάβεια. 93
εὐλογία. 93
εὐνοῦχος. 94
εὐπορία. 94
εὐφημία. 94
ἐφήμερις. Ephemerides. 95
ἔχειν. 95

Z.

Ζῆλος. 96
Ζηλοτυπία. 96
Ζήτησις. 96
Ζωή. 97
Ζώνη. 97
Ζῶον 98
Ζώπυρ, ζώπυρα. 99

H.

Ἤθη. 99
ἠθοποιία. 98
ἥρως. 99
ἠχώ. 99

Θ.

Θάλασσα. 100
θανατᾶν. 100
θέατρον. 100
θέλων. 101
θέμις. 101
θεολογία. 101
θέσις. 101
θεωρία. 101
θήκη. 102
θιγγάνειν. 102
θυμέλη. 102
θυμικόν. 102
θώραξ. 103

I.

Ἰδέα. 103.105
ἰδιοσυγκρασία. 104
ἰδιωτισμός. 104
ἵνα. 106
ἰσόκωλον. 105
ἰσοπερίμετρον. 105
ἴσως. 106
ἴτης. 106

K.

Καθ' αὑτό. 111.
καθ' ἕκαστα. 110.
καθίζω. 108.
καθόλου. 107.
καί. 108.
καιρός. 109.
κακέμφατον, κακόφατον. 107.
κακοπαθῶ. 109.
καρδιαλγία. 109.
καρπός. 109.
κατά, παρά. 110.
κατάγειον. 113.
κατ' ἄλλο. 110.
κατακαύχιμος. 112.
κατάληψις. 113.
κατάστασις. 113.
κατὰ τὸ πρᾶγμα. 112.
κατηγορεῖν. 114.
κείμενα. 114.
κεφάλαιον. 114.
κίνησις. 115.
κινητόν. 117.
τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον. 117.
κοιμητήριον. 121.
κοινά. 121.
κοιναὶ ἔννοιαι. 122.
κοινῇ, ὅλως. 122.
κρίσις. 122.
κριτικοί. 123.
κτῆσις. 124.
κύκλος. 124.
κυκλοῦν. 123.
τὰ κύκλῳ. 123.
κύριον. 124.

Λ.

Λανθάνειν. 125.
λείπεται. 125.
λειτουργία. 125.
λέξις. 125.
λιτότης. 126.
λογίζομαι. 128.
λογικόν. 129.
λογισμός. 128.
λόγοι. 126.
λόγος. 126.
λογότροπος. 128.
λύτρον. 129.

M.

Μαργίτης, μαργείτης. 129.
μέλλω. 130.
μέσον. 136.
μεταβολή. 130.
μεταποίησις. 137.
μετάθεσις. 131.
μετάληψις. 132.
μεταλλευταί. 133.
μεταξύ. 137. 140.
μετάξα. 140.
μεταμόρφωσις. 133.
μεταστροφή. 135.
μετασχηματισμός. 134.
μεταφορικόν. 141.
μετεμψύχωσις. 135.
μετεωρίζομαι. 134.
μετεωροσκοπική. 135.
μετουσία. 137.
μέτρον. 137.
μηχανική. 141.
μικρολογία. 148.
μιμητική. 148.
μόνας. 148.
μονοπώλιον. 148.
μονόφθαλμος. 149.
μουσικὴ ἄφωνος. 149.
μυκτήρ. 149.
μυστήρια. 149.

N.

Νοερόν. 150.
νόθος. 150.
νυμφαῖα. 150.

Ξ.

Ξανθός. 366
ξενηλασία. 366
ξενικὸς βίος. 366
ξηραμπέλινος. 366
ξιφίας.
ξυστός.

á artie.

O.

ὃ artic. 151.
οἰκείωσις. 154.
οἶκος. 154.
οἷον. 151.
ὁλόκληρον. 155.
ὅλον. 155.
ὁμαλότης. 151.
ὁμογενῆ homogenea. 152.
ὁμόγονα. 153.
ὁμοιόπτωτον. 154.
ὁμώνυμα. 154.
ὄνομα. 154.
ὄντως ὄν. 155.
ὅπερ. 151.
ὅραμα. 155.
ὀργανικὸν 155.
ὀργανοποιΐα. 155.
ὀρέγομαι. 156
ὀρθοέπεια. 157
ὀρίζω. 160
ὀρκίζω. 157
ὀρμή. 156
ὄρος. 158
ὀρθιῶδες. 161

Π.

Πάθος, πάθησις. 161
παλιμπλαγχθείς. 206
παλιλλογία. 162
πανδέκτης. 163
πανηγύρεις. 163
πάξ. 163
παράβασις. 192
παραβολή. 169
παράγεσθαι. 163
ὁ παράδεισος. 163
παραδιαστολή. 200
παράδοσις. 169
παράδοξον. 206
παρακαλύπτεσθαι κεφαλήν. 163
παρακείμενον. 167
παράλλαξις. 164.193
παράλληλα inter se composita exactiùs sentiuntur. 164
παραλυτικός. 169
παρασιώπησις. 168.201
παραστατικῶς, ἐν πλάτει. 168
παραυγασμός. 169
παραχρῆμα. 193
παρέκβασις. 170.193
παρέλκον. 193
παρέμπτωσις. 201
παρεμβολή. 194
παρενθήκη, παρένθεσις. 194
παρηγμένον. 201
παρήλιος, παρήλιοι. 201
πάρισον. 201
πάροικος. 170
παροιμία. 170
παρόμοιον. 170
παροξυσμός. 170
πάροχος. 171
παρρησία. 171
παρῳδία, παρῳδή. 171
παστός. 194
πατεία, φατεία. 173
πεῖρα. 173
πεπλασμένα. 201
πεπλεγμένως. 174
πεποιημένα. 175
πέρας. 174
πελάγω. 174
περιβολή. 174.201
περιγραφή. 1/4
περιοχή. 202
περιστροφή. 175
περίστρωμα. 175
περίπτωμα. 175
περιπτωματικόν. 176
περίφρασις. 177
περιχώρησις. 177
πεσσοί, πεσσά. 178
πεφυκός. 202
πιθανολογία. 179
πιστεύω. 179
πίστωσις. 180
πλατεῖα. 180
πλαλικός. πλαστικῶς. 180
πλεονασμός. 181
πλεονεξία. 181
πολυτεχία. 367

πλοκή. 181
πλουταρχία. 367
πνεῦμα. 207
ποίησις. 181
ποιητής. 182
Pœmander, Pimander. 181
πόλις. 185
πολίτευμα. 184
πολίτης. 184
πολιτική. 185
πολιτικὴ ἀρχή, πολιτεία. 189
πολιτικόν. 188
πολιτικός. 186
πολιτικὸς βίος, politica vita. 189
πολυγαμία. 189
πόρευσις. 202
πραγματικός. 189
πρᾶξις. 190
πραχθέν. 202
προαίρεσις. 190
προαύλιον. 190
προαφίστασθαι. 190
προβολή. 207
προεπίληψις. 207
πρωθύστερον. 200
προκατάληψις. 203
προκατάστασις. 203
προκείμενον. 195
πρόκλημα, πρόκλησις. 204
πρόρρησις. 204
πρός. 191
προσαγωγία. 191
προσαίτης. 207
προβασκάνιον. 191
προσδιορισμός. 191
προστυχικόν. 192
προσκήνιον. 192
προσκυνέω. 192
προσοικοδόμησις. 204
πρόστασις. 205
προσωνομασία. 192
προσωπολήπτης. 195
προτάσεις. 196
προὔργον. 190
προφερόμενα. 205
πρῶτος. 200
πρωτόκτιστος. 200
πρωτοπαθεῖν, δευτεροπαθεῖν. 205
πρωτοπλάστης. 205
πρωτότοκος, πρωτοτόκος. 200
πρώτως. 205
πτῶμα. 200
πῦρ. 206
πῶς, πῆ; ἐν πῶς aut πῆ. 206

P.

Ραψῳδία. 207
ῥοπαλικὰ μέτρα. 208
ῥυθμός. 208

Σ.

Σάρξ. 209
σκηπτικόν. 237
σιωπώμενον. 237
σκαιόν. 231
σκάλλω. 232
σκάνδαλον. 232
σκῆναι. 232
σκότος. 367
σκύβαλα, σκύβαλον. 209
σκῶμμα. 209
σοφιστής. 223
σπερματικόν. 211
σπίλωμα. 233
σποράδες. 211
σπουδαῖος. 212
στιχοδίλεκτον. 213
στοιχεῖον. 213
στρατήγημα. 233
συγγνώμη. 213
συγκοπή. 213
συγκυκέωσις. 237
σύγκρασις. 214
σύγχυσις. 233
συζυγία. 216
σύλλαβος. 237
συμβέβηκε. 216
σύμβολον. 215
συμπάθεια, συμπαθές. 216
συμπαρατείνεσθαι. 237

συμ-

συμπλεχθέντα. 233
συμπληρωματικῶς. 215
συμπλοκὴ, πλοκή. 216
συμπράττειν. 216
σύμπτωμα. 217
σύμφυσις. 218
σὺν. 233
συναγωγή. 218
συνακόλουθα. 218
συναλοιφή. 218
συνάρχειν. 218
συνδεδυασμένον. 220
σύνδεσμος. 234
συνδόξαντος. 237
συνδρομὴ. 233
συνδύο. 237
συνεκτικὸν αἴτιον. 221
συνεγκλιτικὸν. 221
συνεκδοχή. 222
συνεκτῶς. 234
σύνεσις. 222
συνηρημένος. 234
σύνθεσις. 223
σύνθρονος. 234
σύνοδος. 223
συνοικείωσις. 234
συνόλως. 234
σύνορος πραγματεία Aristotelis. 225
συνουσία. 225
συντήρησις. 225
συνύπαρκτα. 226
συνώνυμα. 224
σύστασις. 227
σύστοιχα. 228
συστολή. 229
συστροφή. 235
σχέσις. 229.
σχηματισμὸς. 235.
σχίσμα. 231.
σχολή. 230.
σφαῖρα. 230.
σφιγκτὴρ. 231.
σῶμα. 236.
σωρεϊσμὸς. 236.
σωφροσύνη. 236.

Τ.

Τακτική. 237.
τάξις. 238.
ταπείνωσις. 367
ταπεινοφροσύνη. 238.
ταυτακισμὸς. 239.
ταχυβάμενες. 239
τετράγωνον. 238
τεχνοπαίγνιον. 239
τμῆσις. 239
τὸ. 240
τόδε τι. 240
τοίνυν. 240
τοπική. 240
τραπεζῖται. 240
τρεῖς. 240
τρόποι. 241
τύπος. 244
τύχη. 244

Υ.

Ὑπάρχειν, ὕπαρχον. 244
ὑπερβάτως ποιεῖν. 245
ὑπέρβατον. 248
ὑπερβολή. 246
ὑπέρθεσις. 251
ὑπέχειν τὸν λόγον. 248
ὑπογραφή. 250
ὑγιάζειν. 368
ὑγιαινόν. 368
ὑπάλληλα. 396
ὑπαλλαγή. 396
ὑδροποτεῖν. 371
ὕπαρος. 370
ὑπόθεσις. 253
ὑποκαθίζω. 251
ὑπηρέτης. 250
ὑπολαμβάνω. 245
ὑπόληψις, ὑποληπτέον. 249
ὑπόμνημα. 247
ὑπομονή. 250
ὑπόνοια. 249
ὑπόστασις. 251
ὑποστατικὸν. 253
ὑπόστεγα. 250

ὑποτύπωσις. 255
ὑστερολογία. 255

Φ.

φαίνεσθαι. 255
φαινόμενον. 255
φαντασία, φανταστόν. 217
φαντάσματα. 256
φάσις. 261
φαῦλος. 264
φεύγειν, φεύγειν εἰς καθόλου. 259
φθαρτόν. 257
φθορά. 261
φιλολογία. 257
φιλομέλισμα. 259
φίλον. 259
φιμός. 258
φρενικός. 258
φύσις, φύσει. 261
φυσικόν. 262
φυσιογνώμων. 264
φωνή. 264
φωτίζειν. 264

Χ.

Χαίρω. 268
χαλεποί. 268
χαρακτήρ. 264
χαρακτηριστικόν. 268
χεῖλος. 268
χαῖνος. 269
χεῖρ. 273
χειρουργία. 371
χειρομαντία. 269
χιασμός. 274
χολῶν. 275
χορδή. 275
χρηματίζειν. 276
χρηματισμός. 275

Ψ.

Ψευδογράφημα. 276
ψόγος. 277
ψύλλοι. 277
ψυχή. 277

Ω.

Ὠκεανός. 281
ὤν. 281
ᾠόν. 277
ὥρα. 280
ὡς. 280
ὡς ἐπίπαν. 285
ὡς καθόλου. 281

Τ Ε' Λ Ο Σ.



IN

INDEX SECUNDUS.

A.

Ἀγχιθυμ. 362
Ἀνθρωποπάθεια. 362
Ἀντιπρόσωπον. 363
Ἀντωμοσία. 363
Ἀπελπίζω. 363
Ἄβιος. 1
Ἀγραμματικὸς non dicitur. 365
Ἄδοξα. 206
Ἄχορδον. 187
An Actuale peccatum sit δυνάμεως ἀληθα-πικῆς. 74
Adiaphoron vitæ genus. 3
Adiuvare. 216
Ad nihilum redactio. 130
Æquum & bonum quid? 62
Æquilibrium. 144
Æra. 85
Affectio quid? 58
Ἄγνωστον quid. 53
Ἀκρασία quid? 141
Ἀκρονύχισις. 2
Alphabetum Elegiacum D. Mauritij Landgravij Hassiæ. 40
Amicum. 256
Amoris divisio. 90
Ἀμφιδοξα. 206
Amphitheatrum. 100
Ἀνάκαμψις λόγων. 28
Ἀνακεφαλαίωσις, repetitio dictorum summatim facta. 17
Ἀνακοίνωσις. 234
Analogum genus quid? 50
Ἀναλῦσαι in epist. Pauli quid? 21
Ἀνάπαυσις. 230
Anaschematismus. 235
Anima. 277
Ἀνθρωποπάθεια. 362
Ἀνθρωπάρεσκοι qui? 41
Ἀντιδιῃρημένα 24
Antigrammatismus. 15
Ἀντικατηγορία. 24
Ἀντίλεξις. 24
Antilogicus, est vox media. 25
Ἀντίλυτρον. 24
Ἀντιμερεία. 71
Ἀντιπαράστασις. 234
Ἀντιπρόσωπον. 363
Ἀντίψυχος. 24
Antisophistæ. 224
Ἀντωμοσία. 363
Ἀπάτωρ. 2
Ἄπειρος γραμμάτων. 54
Ἄπειρον quid? 31
Ἀπειροκαλία quid? 48
Ἀπελπίζω. 363
Ἄπεπτος. 1
Ἀπεψία. 1
Ἁπλῶς, id est, simpliciter, καθόλου prædicatum quid? 107
Ἀφρήτωρ. 187
Ἄποιος. 1
Ἀπόλιδες. 187
Ἄπολις quis, & quibus ex causis. 190
Ἀποπηδᾶν λόγου quid? 190
Apophthegma quid? 52
Appellationis φρενῶν pro Diaphrag. ratio 63
Appetitus distinctio. 156
Appositio, substantiva continuata. 81
Argentarij, vocantur Danistæ. 240
Argumenta εἰκότα. 65
Ἀστοργεία. 11
Astrologiæ divisio. 38
Ἀσυνεσία. 222
Ἀθέμιστος. 187
Ἀτεχνία quot modis dicatur? 46
Attributa systatica peristatica, ecstatica 69
Aversio philosophica. 135
Augeatur aliquid quot modis? 46
Αὐτεπιγνητικόν. 47
Auxiliari. 216

Bene-

B.

Benedicere homini quid? 93
βυλευτικὴ *quid?* 186
βεϱδυβάμονες. 239.

C.Ch.

Cabala. 15
Calor revocatur sub noctem ad inferiora. 26
Causa continens. 221
Causa motus localis. 117
Causæ simpliciter notiores sunt effectis. 32
Centones. 208
Centri divisio. 143
χαϱιεὶς *quis?* 268
Christus non moritur pro mundi vita secundum Deitatem. 38
χωϱεῖν. 363
Circulator quis? 123
Circuli Ciceroni quid? 123
Citaris vel Cidaris quidam ornatus capitis. 57
Civis quis & quotuplex? 184
Civitas & ejus distributio. 185
Cochlea. 146
Cognitam suam dicere est λόγ☉ σημ☉ & *venerandus.* 127
Cognitio duplex. 53
Communia trium generum. 121
Communicatio idiomatum. 10
Concupiscentia Scholasticorum. 83
Conjunctio causalis quid? 4
Corruptio quotuplex? 130
Crisis Medicorum. 123
Cultus orationis. 266
Cuneus. 146

D.

Δέχεσθαι. 364
Decussatio. 274
Deductio organi seu Logica quid? 140
Definitio enigmatica. 4
Demonstratio certior quæ? 6
Demonstrationes γϱαμμικαὶ quæ? 54
Demonstratio φαινομένων. 256
Dextra Dei Augustino quid? 8
διαλογισμὸς. 363
διαφεϱότης *quid.* 63
Dicacitas quid? 216
Dicteria solent esse hominum vernilium 210
Dicterium forte à dico est: Scaligero est à Græco δείκνυμι. 210
Δικαστικὴ *quid?* 186
Discere seu μανθάνειν *accip pro* συνιέναι. 222
Discrimen inter ἀποτοίησιν, κοινοποίησιν, & μετάποίησιν *in Theologia Christi τῦ θεανθϱώπε.* 131
δϱιμύτης *orationis.* 267

E.

Eadem vox simul propriè & impropriè intelligendum accipitur. 9
E ho κ ἀπ φων☉. 27
Ecstasis animæ quid? 68
εἰδέναι. 365
εἰκὼν. 65
ἐκθεατϱίζειν *quid?* 101
ἐκλέγεσθαι *quid?* 128
ἐμβϱιμᾶσθαι ἀνεπαθῶς ἢ ἀλλοπαθῶς. 108
Empusa. 65
Enallage. 370
ἔνδοξα. 206
ἐνέϱγεια, ἐνέϱγημα. 365
ἔνστασις. 234
ἑοϱτὴ φώτων γωγίας. 264
ἐπαμφοτεϱίζοντα *quid?* 11
ἐπιεικὴς λόγος *quid.* 202
ἐφαϱμοσις. 154
Epicurus ne sit melior, an jus ἀπλῶς? 82
ἐπικάϱπιον *Galeni.* 110
ἐπίκϱισις *quid?* 212
ἐπιληψία. 113
ἐπιπόϱευσις *stella.* 202
Error & erratum. 11
Erroris species in sponsalibus. 11
Essentia rei est individua. 45
Et variè accipitur. 108
ἑτέϱωσις. 71
Euouae quid. 28
ἐξαλλαγὴ. 71
Excrementa quid & eorum distinctio. 175

Excrementitium quid? 176
Exemplum versuum λαγαρῶν, id est, in quorum medio brevis pro longâ ponitur. 152
Exire à potestate quid? 68
Experientia. 173
Explicatio Canonis, Dici de aliquo requirit inesse. 168
Externi λόγοι Aristotelis. 79
Εὐφημισμός. 94

F.

Fallacia à dicto secundùm quid, ad dictum simpliciter. 32
Fatum. 65
Fides γυμνή quid? 56
Fieri tripliciter dicitur? 51
Fornacarius. 48

G.

Geminum duplex. 62
Genus accuratum & logicum quid? 7
Genus dicendi nativũ & immutatum. 202
Genera seu characteres dicendi. 265
Generum dicendi affectiones duplices. 265
Gnostici qui? 53
Gorgotes orationis. 261
Γραμματισμός. 239
Γυμνότης quid? 56
Gymnosophistæ qui? 56
Γυναικομανία. 56

H.

Helluones seu gurgites qui? 50
Heterogeneum in arte & heterogenea. 141
Homonyma duum generum. 129
Homo sacer quis? 16
Humanitas Christi non est ἐν ἑαυτῇ & καθ' ἑαυτὴν Deus. 111
Hypomochlium. 145

I.

Ἰάομαι.
Idea quid? 76
Ideæ ex quo genere communium sint? 121
Ἰδάζω. 59
Ἴδρωσις quid? 138
Ignorantia seu Inscientia quotuplex? 69
Immunitas bonorum. 125
In Christo operante, & quà Deus, & quà homo, quinque considerantur. 38
Indifferens & indifferentia. 2
Infinitum. 21
Injuria. 3
Insciens agit, & per inscitiam agit, Aristoteli differunt. 70
Internundinium. 19
Interpretatio. 86
Involucrum, penult. long. 19

K.

Καθόλου & commune an semper unum & idem sint. 122
Καππακισμός. 239
Κατὰ πόδα. 110
Καταρυθμίζεσθαι & παραρυθμίζεσθαι. 110
Κατήχησις. 365
κατηγορούμενον, προσκατηγορούμενον, συγκατηγορούμενον. 114
Κατοχή quid? 113
Κεραννύμενον. 259
Κρύπτεσθαι seu occultari. 71
Κτητική quid in Oeconomicis? 124
Κυριολογία quid? 9

L.

Λαβεῖν. 364
Lapicidina. 19
Leniendi orationem ratio duplex. 266
Libra. 145
Linea κυκλοτερὴς seu circularis in Anatomia quid? 53
Lineæ manus. 269
Loco motiva virtus animæ 117
Λόγος ἀσύνθετος, carens conjunctione 234
Λύτρον Christi sanguis ejus pro nobis effusus. 129

M.

Machina quid. 143
Manus. 273
In manu consideranda. 271

Mar-

Margites ἄφρων. 129
Masculinæ & fœmininæ stellæ. 86
Medium triplex. 136
Mensura alterius à posteriori & priori. 137
Mensuræ distinctiones. 137
Metadosis & μεταδοτικῶς. 169
Metagrammatismus. 13
Metaphora reciproca & non reciproca. 5
Μεταςύγκρισις *quid?* 215
Μετεωρίζομαι & μετέωρον εἶναι, *suspensum esse, quid propriè, quid impropriè.* 135
Metrum Diaulonium & Leoninum. 61
Manus, digiti, lineæ, figuræ. 371
Metrum fistulare. 12
Metra antistropoda. 29
Metra ἀπόλυτα *quæ?* 32
Μικροπρέπεια *quid?* 48
Mollis oratio. 266
Monarchiæ modi. 44
Μονοφυὲς *quid?* 48
Monoptota quæ? [illegible]
Montes manus. 269
Monticuli manus. 272
Morbi sporadici. 212
Mortuus. 181
Motus & mutatio. 115
Motus respirationis cordis. 120
Musici τόνοι *seu toni.* 243
Mutilamen quid? 195
Mutationis distinctiones. 130

N.

Necessitas prædicationis. 12
Necessitas rerum & consequentiæ. 12
Nomen. 154
Nominum schesis. 230
Νομοθετικὴ *quid?* 186
Norma quid? 52
Νέοι σποραδες. 212
Notitia propositionum. 249
Nudus pro solo. 56
Numerus oratorius. 208

O.

Obscœnitas orationis 266
Obterere ovum canoræ avis. 279
Occentare. 20
Oecumenica Synodus quid? [illegible]
Ὁπλασία. 15
Operatio unius agentis propria ad apotelesma, non est propriè simpliciterque communicabilis alteri cooperanti. 37
Opus, oportet. 62
Oram solvere, & oram maris legere. 21
Ὄρεξις. 156
Ὁρμολικὸν πρὸς συνουσίαν *quid?* 156
Ostium. 65
Ὅτι. 4
Ovum Symmiæ Græcum 278. *& Latinum.* [illegible]
Ὀξύτης, *acumen orationis.* [illegible]
Ὀξύμωρον *ut* ἄχορδον μέλος. 187
Ὥρα. 299
Ὡς ἔπος εἰπεῖν, *Proverb.* 28

P. Ph.

Παιδεία. 21
Παράλειψις. 201
Πειραστικὴ *in Organo.* 20
Personale non opponitur substantiali. 140
Φιλοκατηγορία. 1[illegible]4
Philologi. 257
Φιλομελιστάριον. 259
Φίμωσις. 256
Φωνισμός. 264
Πλοκή. 23
Ploce, figura. 175
Poculum eulogiæ quid? 93
Poetarum ætates. 182
Poetices divisio. 183
Ποιήματα ψεκτικά. 272
Politicus D. Vulcejo est καλὸς κἀγαθὸς & πολιτικῶν ἔμπειρος. 186
Ponderum divisio. 144
Postulatum quid? 4[illegible]
Πτέρον. 28
Praxis distincta est à ζητήσει. 9[illegible]
Prædicationis de Christo reciprocatio quid 178.
Præstantia scientiæ quotuplex? 6

Pri-

Primum & ἀπλὸ ὄστατον esse quid est? 47
προοίμιον σπερματικῶς ἔχει τὰ ὑποθέσεως. 211
Problema quid? 5
Proprætor & pro Prætore quid? 18
Proprietas significati appropriatur signo. 9
προστάξις πρώτως seu primò Deo competit. 205.
προσφώνησις αὐτολεξεὶ est πρόῤῥησις. 204
προτάσεων seu propositionum divisio. 197
Πρυτανεῖον seu πρυτανεῖον quid? 125
Ψέγειν. 277
Ψευδερμηνεία. 89
Ψευδόμενον quid? 44
Ψῆφος quid? 264
Pulcritudo orationis. 260
Punctum quid? 6
Pura oratio. 266
Purpura. 63
φύσις νοερὰ duplex. 150

Q.

Qualitas patibilis. 161
Qualitas afficiens & affecta. 161

R.

Radius Geometricus. 8
Reciprocæ figuræ. 25
Repassio quid? 25
Resolutoria in organo. 20
Respirare quid? 22
Respublica 184
Rhythmopœia. 208
Rhythmicus seu Rhythmopœus. 209
Risivum. 4

S.

Salubris penult. long. tantùm. 20
Sapere, quæ sursum sunt, quid? 30
Saturnalia munera. 39
Schismaticus. 4
Secundum, præter, & contra naturam quid? 33
Sensorium. 4
Series causarum in motu voluntario. 275
Simulacri & idoli differentia. 165
Somniorum causæ. 76
Speciei significatio propria & Catachrestica. 51
Spiritus significationes. 207
Sporadica & monadica animalia. 188
Στοιχεῖον seu elementum sign. multipl. 197
Suavitas orationis. 266
Substantiæ mutatio Flaciana. 45
Solœcismus quid? 49
Solœcophanes quid. 10
Sphæra triplex in Astron. 230
σφαιροποιΐα quid? 145
σποράδην concepti, spurij. 212
Stellæ ἄθετοι quid? 211
Stellæ ἀστρόθετοι. 212
Subjectum non prædicatur de passione, nisi sit inter ea ἀντιστροφή. 140
Συγγνώμη quid? 52
Συγκακοπάσχω quid? 109
συμβάλλεσθαι. 58
Symbolizare. 215
συμπάσχειν & condolescere, συναλγεῖν. compati non dicitur. 205
συμπολίτης an dicatur? 126
Synechdoches ἐξοχή. 79
συνίζησις quæ in versu, quid? 219
Syzetesis. 97
σύνθεσις pro συνέσει. 222
σύνθημα. 223
συνοδικὴ Luna. 223
συνώνυμα duûm generum. 129
συνωνυμία. 229
συστοιχία quid? 225

T. Th.

Ταπεινοφροσύνη quid? 40
Tendines. 275
Terminus. 158
Termini homologi. 151
Ternio qualis numerus. 32
θεῖον σημεῖον. 275
Thesis pro dogmate absurdo. 101
θυμός quid? 102
Tmesis. 22
Topica in organo. 20

Totum. 185
Totus, prim. brevi. 19
Transanimatio. 135
Transelementatio quotuplex? 130
Transformationum distinctiones. 133
Transsubstantiatio seu μετουσία φυσικὴ quid? 131.
Trochlea. 146
τρόπος quid? 88
τρόπος ἀντιπoδίας quid? 5

U. V.

Vasorum divisio. 16
Ubi Christi quod? 8
Vectis. 145
Venustas orationis. 260
Verbi notiones. 127
Verba ἐναργῆ seu ἔυζημα. 73
Veritas in quo consistat. 46
Versus ἀντιπαθεῖς qui? 21
Violatio quid? 55
Violentum quid & quotuplex? 44
Visum secundum quietem duplex. 76
Unionis distinctio. 76
Ut Causale & event. 106
Vult pro videtur, solet. 50

Y.

ὕβρεις. 2
ὑπερβολικῶς. 245
ὑποκρισμὸς quid? 126

Z.

Zelotes. 16
Ζωόφυτα. 95

F I N I S.



ἈΞΙΟΜΝΗΜΌΝΕΥΤΑ EFFATA.

AEquale ἀντιπεπονθὸς est vinculum vel fulcrum civitatis p. 23.

Proprium & subjectum ejus sunt anticategorumena 24.

Calor noster revocatur sub noctem ad interiora quatuor de causis 26.

Nomina ut rerum δηλώματα docent res. Nominibus rerum naturæ discriminantur. Ut animi nostri noemata (id est conceptiones seu sensa) sunt rerum effigies & simulacra: Ita nomina sunt simulacra & repræsentationes rerum 154.

Ἀντιπαράλληλα exactius cognoscũtur 164.

Peccatum, transeunte ejus actu, in aliquo est imputatione seu reatu 169.

Unum corpus alteri non incorporatur modo penetrationis: sed corporei & incorporei penetratio fieri potest 177.

Caro sentit mediatè, non primò 4.

Quodvis εἶδος suapte natura & finitione est propriè τοῦ τι καθ' ἕν 47.

Dici de aliquo requirit inesse, hoc est, convenire ei, de quo dicitur.

Propositionis reduplicativæ vel specificativæ veritas innititur veritati præjacentis. Scholastic: regula 33.

Motus est actus imperfectus corporis mobilis, quâ mobile, hoc e. iter est inter duos terminos, quorum unus est initium, unde motus procedit, alter finis, ad quem tendit.

Motus qui fit super duobus centris est inæqualis 115. 116.

Falsum vel certe hyperbolicum est, necessitati ne Deum quidẽ repugnare posse. 13.

Cabala est secreta hebræorum dogmatum receptio. 15.

Gnomon auget tetragonum, non alterat. 52.

Diagraphe lineis & umbris, quasi nudam rem (ut artem) potius ostendit, quam coloribus. 57.

Deus muneribus non capitur aut corrumpitur. 94.

Ψευδερμηνεία, id est falsa nominis vel phraseωs explicatio. erroris genitrix est. 89.

Animæ nondũ solutæ duplex vita est. 68.

Quidam politici & philosophi sunt heroes. 99.

Potentia φυτική (id est naturalis seu vegetatrix) & attractrix in stirpibus & animantibus alimentum assumit, attrahit, retinet, conficitq;, & rejicit supervacanea. Aristot. Plat. & Plutarch. 156.

Quæ cum ejusdem rei tractatione & fine cõveniunt in homogeneis censentur. 152

Axioma, numerus est par vel impar, est καθ' αὑτὸ ubi docetur. At in Grammatica traditum est heterogeneum. 153.

Termini nonnulli connotativi non connotant id quod inest suo subjecto, sed quod ei infuit, vel alteri inest. 168.

Si determinatio repugnantiam tollit, ut quæ fit termino alterante seu distrahente, falsa (sine determinatione) propositio evadit vera, ut corpus Christi quod in cœlis est, in terris editur (non in seipso sed) in pane, ut in objecto.

Aliud est Terminus analogus proportionis, aliud terminus analogus attributionis. 160

(Nomen hoc Gubernator esse analogum ex analogismo perspicitur)

Deus est omnium perfectionum mensura 137.

Finitum ab infinito infinita intercapedine distat. 138.

Sophistæ in vanis & infructuosæ diligentiæ commentis occupati sunt. 224.

Cranion est os ambiens meningas (à voce κράνος. quia est cerebro quasi galea & propugnaculum) 228.

ἘΛΛΕΙΜΜΑΤΑ ET MENDA TYPOGRAPHICA ET librar. cum correctione.

In Voce.

A: p.1.b.lin.30.pro, Ab à part. lege ab α part.

Ἀκρίβεια p. 6. l. 10. pro idem facit l. fidem facit p. 7. l. 42. l. vera ἀκρίβεια non est ficta: & hæc: *Tandem manum de tabula: quod proverbiale est*, rejice ad finem, ubi incipit Acrostichis.

ἀκυρολογία p. 8. pro πέπσει l. πέψει, pro κυρολογία, l. κυριολογία.

Alloeosis p. 10. pro προσώπον l. προσώπων.

ἀναλεκτικὸν p. 16. p συναγαγ. l. συναγωγικόν.

Lapicid. p. 19. pro unde lapidicina l. unde lapicidina. Anatomia. p. 22. pro seu phys. l. sed physici. ἀνλιπερίστασις p. 26. pro σωτης. l. σωτηρία, i.e. salus. ἀντίποδες p. 24. pro ἀντιπαθεῖς, l. ἀνλιπαθεῖς. ἀντίφωνα p. 28. pro euoae l. euouae. ἀλλολογία. p. 4. lin. 25. l. interdum ἀλλολογικῶς: εἰδικῶς.

ἀντία pag. 34. pro masculum l. masculam.

ἀπὸ p. 34. pro σωματ☉ l. σώματ☉.

ἀρχέτυπ☉ pro ἐκτύπον l. ἔκτυπον.

ἀσύμφωνον pro ἀσύμφονα leg. ἀσυμφωνα vel ἀξύμφωνα. ἄτοπα pro ἄδοξα l. ἄδοξα pro capitu. l. crepitu. αὐθέκαστος p. 46. pro ac seipso l. A seipso. Diæresis p. 58 pro κατ' αὐ l. καθ' αὑτὸ. Diaphragma, pro appellationes, l. appellationis. εἰκῆ pag. 65. pro εικαῖα l. εἰκαία. εἱμαρμένη p. 65. pro πεπαγένων l. πεπαγμένων. ἐνύπνιον p. 76. pro falcet, l. fallet. ζήτησις p. 97. pro εὕρεσις l. εὕρεσις & pro distincta est ζητης. l. Distincta est à ζητήσει. πρᾶξις quippe est exterior. &c. ζώνη, pro Metonom. l. metonym.

ἠθοποιία pro ἠθόποια, l. ἠθοποιΐα. ἦρωε p. 99. pro ἥρωσι leg. ἥρωι. θέσις, pag. 101. Adde hæc: Aristoteli dicitur disputator πθέναι, id est, ponere, quod verum esse non asseverat, sed tanquam verum aut saltem verisimile sit disputando defendere conatur. Ita Thesis opponitur aphorismo qui asseverat aliquid, & à quo abest dubitatio Academica.

ἵνα p. 106. pro ex peccati l. ex peccato.

κατὰ, p. 110. dele κατὰ μέρει.

κατ' ἄλλο p. 111. pro ἐν ἑαυτῷ, l. ἐν ἑαυτῷ.

καθίζω pag. 108. l. in Johannis Evangelio dicitur ἀνεπαθεῖς: In Marc. 1 c. ἀπεπαθῆς.

pag. 113. pro κατάληψις l. κατάληψις.

μετεωρίζομαι p. 135. pro μετεωρίζ. l. μετεωρίζομαι. μεταφορικὸν. p. 141. pro & ἀντιστροφῆ. l. ea ἀντιστροφῆ. μιμητικὴ pag. 141. pro σφαιρεπικα l σφαιροποιΐα. p. 144. pro Ænisorr. l. anisorrhopa.

παράλλαξις p 164. ad finem adde παραλλάξεις, seu παραλλαγαὶ temporum seu horarum anni, sunt vicissitudines. Sic in politicis παραλλαγαὶ imperiorum.

ὁμαλίτης p. 152. l. 21. leg. Citharœdus erit apud Ausonium. Exemplũ versuum λαγαρῶν, id est, quorum in medio brevis pro longa ponitur.

νοερῶς pag. 15. pro νοερῶ leg. νοερῶς.

Parallela p. 164. pro exactus l. exactius.

Parallelismus pag. 165. pro grex cum, l. grex, cui.

παραλυτικὸς pag. 164. Sic ἀποπληκτικὸς, & ἐπιληπτικὸς pro ἀπόπληκτος & ἐπίληπτ☉. Sic καταληπτικὸς pro κατάληπτ☉.

πεσσοὶ p. 179. obloriga, l. oblonga. περιχώρησις pag 178. lin. 30. leg. Alternata attributio seu mutua prop. comm. in persona. Eam etiam vocare possumus prædica-

dicationis reciprocationē cum ea &c.p. 180.l 30. pro πετνομεν l. πεύνομεν & lin.33. pro doctè, leg. docere. pag.181.a.9. pro πλεοναστικὴ λέξις, l. πλεοναστικὴ λέξις.
pag.182. b.9. θεολογῦνΐων leg. θεολογύντων. pag 186.b.31.περιπτῶν. l. περιπτῶν. p.200. b.32. pro quam l.quæ.pag.204. a. 25. pro περίφρασις l. περίφρασις & l. 26. pro ἀντιλεξῇ l. ἀντιλεξεῖ. Et lin. 29. dele signum parentheseos, pag. 205. a. 3. πρῶτος leg. πρώτας. & l. 15. dele sin. parenthes. & lin. 23. pro Sardanapalæ l. Sardanapalo.
pag.206.b.5.pro ἄδοξα l. ἄδοξα.pag.210.l. 3.pro T11.τὸ Et l.19.σκώπτει l.σκώπτειν.p.211. b.36. τῆς ἀποθέσεως, l. τῆς ὑποθέσεως:& l.16. pro Stelllæ leg. Stellæ. pag.212. pro sporadia l. sporadici p.212. b.in tab.l.11. pro podagra realibus, l. podagra Borealibus familiaris Scorbutus. pag. 214.a.15.ὁπῆς l. ὀπῆς. pag.215.b.37. ἰατρεύτανης l. ἰατρῶν

ἰατρεύτανης: Ibid. Æscula pro Medico tum fere: l. Æsculapio medicorum ferè.
pag.215.b.3.leg. symbolizare è barbarorum physicorum schola. pag. 216. a.35. συμπερῆναι pro συμπερᾶναι. p. 219. a.36. πάθεια l. πάθεια. pag. 219. b. 7. qui l. quî.
pag.221.a.9. συνεκλικὸν l συνεκτικὸν. p.222. a.5.cap.10.l.cap.11.& lin.10. τὸ αὐτῷ pro τὸ αὐτὸ.Ibid.lin.3.pro cum,l.enim:lin.8.pro μανθάνει l. μανθάνειν. pag.223.a.6.οἰκονομικοὶ l. οἰκουμενικοί. pag. 259. b.17. φιλομελισματισ l. φιλομελισμάτων. p. 261. lin.1. φθόρα l. φθορά: & lin. 10. b. κεφάλαιον l. κεφάλαιον. pag.275.a.32.dele: Hinc decachordum. Ibid. penult. pro σημεῖον l. σημεῖον. p.238. l. non humilitas in Ethicis. pag.255.ad finem vocis Hypothesis adde: Hypothesis ὁλομερὴς est descriptio omnes rei partes componens. pag.278.pro σχῆμο leg. σχῆμα.

In Sylloge Voc. &c.
Operarum seu Typothetarum πταίσματα & errata sic corrige.

Pag.286. l. affectiva verba scholasticè non barbarè dicitur, pro, verba affectum significantia. p.289. pro ἀλληλία l. ἀλληλία. pag.290. pro aversatum l. aversatio, pro dissensu l. de sensu. p.291. desideratur titulus hic: *Unus aut Duo*: cui subjiciantur hæc: Latini veteres, Unus & alter: Unus aut alter. Sic Livius: Uni aut alteri militi. p.294. ad vocem *celer*, adde: Celer in feminino genere non quidem est barbarum, sed antiquatū. Olim dicebant; celer origo, fama celer. Vide Lucret. pro Vitiosè igitur ibi l. priscè seu obsoletè. p.296. Ad finem vocis *condolere* adde; Condolescere afflictis est eorum incommodis affici. p.291. in voce *Contingibilia* pro contiguat l. contigua. p. 302. in voce *demeritoriæ* l. cogitationum & pro defalcare l. defalcare. p.304. pro fabulari l. fabularum. Amentes. ait quidam, insignis proceritatis homines censeri adeo vulgatum est. ut abierit in diverbium, Amens (i.e. insulsus, bardus, indoctus) qui longus. Hic dicendum fuit Proverbium. Ibid. voci *Devotus* adde: Gens alicui devota est, id est, dedita. p.310. in voce Foriolus pro Quod l. qui. Ibid in *Facere Rev* l. facere reverentiam alicui, honorem habere alicui p.312. f. 1. v. 24. l. Inter archaismos hoc deputo. Nam Gerundium in Do hodie non est dativi casus in significatione activa. p.314. pro πυρεκτικῶς l. πυρεκτικῶς: Ad influxum adde: Sic apud Archangelum Mercenat. sæpe occurrit effluxum, pro, Quod effluxit. p.312 pro ἐπιπλεῖν l. ἐπὶ πλεῖον. p.320. in Mammetr. pro corrutè l. corruptè. p 326. pro περιπνευμ. l. περιπνεύμονες: pro περινέφρων l. περι-

...ηγών. p.330 l. portitor proprie est custos portus vel exactor portorii. Damasus autor mihi non luculentus usus est pro eo, qui portat: Jussus post multos graditur paralyticus annos, Mirandum! lecti portitor ipse sui. p.334. Res renascenda. Sic homo moriendus, res pereunda apud Schol. pag.335. In Scenofactor: pro consector l. confector. pag.343. pro ὅσαl. ὥστε. pag.346. pro ὑπόληψις l. ὑπόληψις. pag.347. In Communiter l. communioné, significat unà, κοινῇ, promiscuè p.359. l. μετασκευάζεσθαι & συσκευάζεσθαι. p.321. per narcoiicitas l. narcoticitas. In fine pro novis rebus stu. l. novis rebus studens.

FINIS.

